CHRISTOPHORI LACKHNER I.V.D. QUAESTIONES IUSTINIANEAE, È SACRATISSIMI...

Christoph Lakner, Giovanni Battista Coccini




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
20 C
7

CHRISTOPHORI Lackhner

I. V. D.

QVÆSTIONES IVSTINIANEÆ,


è

SACRATISSIMI IMPERATORIS IVSTINIANI

Institutionum Libris IV. necnon aliis adprobatis Iurisperitis, nonnullæ methodice collectæ.



QVIBVS ET AXIOMATA IVRIS PRO SVBIECTA materia, cum Aphorismis Politicis, ab Eodem ex fide dignis Authoribus sunt subiecta.







Ex Legato Ill.mi ... Lovaini.

FRANCOFVRTI,

Typis Nicolai Hoffmanni, sumptibus IONÆ ROSÆ.

Anno M. DC. XVII.



ILLVSTRIBVS ET
Generosis



AVSTRIÆ TAM INFERIORIS QVAM SVPERIORIS FLORENTISSIMÆ DESIGNATIS ac ordinatis Proceribus,&c. Dominis Patronis omni obſeruantiæ cultu honorandis ſalutem à ſalutis Authore P.



ELeganter ſane, Generoſi Heroes, Diſcreti Mecœnates, illud tritum & à multis Illuſtrib. apprime Viris frequentatum in diuerbium abiit Apophthegma.

Nil iucundius, quam bene impenſi temporis memoria. Quod vel hoc dicto non abſimili comprobatur: *Vita breuis, ars longa, fac cito quod voles, fac bene quod potes.* Quæ cum æ-

qua-

qualibus, vt par eſt, Illuſtres & Generoſiſſ. Viri, ea ſtatera, quæ Authori omnium laudandarum rerum haud fertur abominabilis, & perpendiculo perpendens, & diligentiſſime dirigens, in eam & ambabus manibus ſuopteque ductu pari paſſu & ego, Auſtriæ exoptatiſſimæ gratia opinionem, imo firmum gnomonem merito deſcendi. Et quoad temporis ratio per ſubſeſiuas à publicisq; officiis remotas horas ad & permiſit, totum, quod ſuperfluum erat, ſaluti publ. nec non priuatorum ornamento adſcripſi, vouiq; pro viribus ſedulo. Id quod exinde videre eſt luculenter, quod ea, quæ lucerna (non Epicteti) veſpertina, vel nondum albeſcente die clara incendia calamo conceſſere, in proximorum emolumentum & ornamentum collocarim.

Quippe, vt ſequenti ex ſermone ad Togam cernere licet, volui prodeſſe, honorique meo haud deeſſe. Et quia cupida legum Iuuentus, quæ ex Academiis ad noſtras oras, viſum, ſe recte eo ipſo tempore contulerat, laudabili impetu & generoſo motu me humaniter

conuenerat, illis literarum fautoribus & pædagogis, tempus melius dispensandi gratia, quo Sacratiss. Imperator. Iustin. Institutiones explicarem, leuique calamo suggererem & dictarem. Prima fronte, vt verum fatear, quasi erubui, qui prope his Iuris Cæsar. studiis, ob publ. præpedimenta, remque priuatam, valedixerim, nec tamẽ despondendum animo esse duxi, petitioniq; honestæ locum sic dare, dignitatum ac laudum præhabita ratione condigna, debui. Hinc breui diuina adspirante gratia laudabiles cum Studiosi & amici mei charissimi fecissent progressus, in cœpto munere alacrius, licet suspenso interdum gradu, placide ire perrexi, hosque ita feliciter duxi, vt vix & ne dum vix quidẽ duobus Institutionum Imp. Iustin. libris absolutis, quidam horum ad Ministerium, quidam ad Scholæ munera legitime vocati, grata ac felici hac promotione labori meo grati finem imposuerint. Cogitanti mihi porro resedit cœpti continuatio ad animum, quo post funera tandem testimonia ac argumenta ocii

neglecti & bene impensi temporis extarent, sic qualibus qualibuscunq; laboribus perfeci, æque feliciter ac inceperam, propositum, vt reor, pium. Ne id ipsum tamen mecum sepeliatur, Magnorum Virorum suasu consultius & conuenientius fors esse duxi, in publ. prodire, & cupidæ Iurium militiæ togatæ prodesse, vti pro certo crediderim, me non defuturum.

Hoc autem, Illustres ac Generosissimi Proceres, Domini ac Patroni gratiosissimi, cui rectius, contra Areopagitas, quam dedicarem vobis, diu volui ac reuolui, nec tamen magis in alium quam vestrum splendorem, pro famæ & honorum augmine, id ipsum conferre multis nominibus censui.

Quare, tutamine vestro munitus, perexiguum hoc & leuidense obsequii & humanitatis argumentum Vobis, Antesignani, Austriæq; Proceres offero, magis animi Authoris ad quæuis promptitudinem, instanter orans, dignentur præexercitamenta hæc Iustinianea ex æquo & bono, tanquam summi &

ſtricti Iuris temperamento, ponderare, & aduſque reapſe temperare, vt, ſi opera ac labore non ſatis fecerim, animo, propenſione ac ſeruitiis me planius & plenius commendarim. Actum Sempronii inter occupationes publ. die 19. Nouem. Anno M. DC. XVI.

Illuſtrium ac Generoſiſsimar.
Magnificentiar. Veſtrar.
addictiſsimus Seruitor

CHRISTOPHORVS Lackhner
I. V. D.



Commonefactorium

AD CANDIDVM ET BENEVOLVM Lectorem.



Vius apprime discretionem tuam Candide Lector commonefactam velim, quod hoc meo labore pro Duce ICtum Clarissimum MATTHÆVM WESENBECIVM *Institutionum Iur. commentario sequutus sim quem optimo iure tota Germania (& quis non?) obseruat ac magnifacit, ne me exinde, quasi mea, quæ sunt & alterius, mî adscripserim, impudentia nota & carbone deturpare quis queat. Alterum est, quod præcauere hac cautela velim, scilicet quod Regulas, Axiomata è I. Can. Superpondij magis loco, quam quasi ad præcedentes Titulos per omnia spectantes sub- & adiecerim: Aphorismos vero Politicos, quia impossibile propemodum, vel certe immensi laboris fuisset, congruentes Titulis annectere, ideo Politico & Iurisperito ad capessendam Remp. vehementer profuturos, rogatus tanquam Politicæ partem non postremam confusaneo sane stylo & ordine, commodi potius quam ordinis gratia; postposui, indubia spe fretus, quod candidus & beneuolus Lector non eapropter me, vel accuset, vel rigorose reprehendat, quem prodesse cupida LL. Iuuentuti sana intentione voluisse luculenter reapse constat. His prosperos ad vota successus precor.*

PRÆ-



PRÆFATIO AD AUDITORES PRIVATOS.

IN NOMINE DOMINI nostri IESU CHRISTI.





Extus hic in prooem. Instit. & l. 1. 2. C. de offic. P.P. Afric. & de omn. eius diœces. statu. *Ex qua* l 2. *videre est Sacratissimi Imperatoris Iustiniani studium pietatis, hæc quippe sunt verba illius*: In nomine Domini nostri Iesu Christi ad omnia consilia omnesque actus semper progredimur; per ipsum etiam iura Imperii suscepimus, per ipsum pacem cum Persis in æternum confirmauimus, per ipsum acerbissimos hostes & fortissimos Tyrannos deiecimus, per ipsum multas difficultates superauimus, per ipsum Africam defendere, & sub nostrum Imperium redigere, nobis concessum est; per ipsum quoque vt nostro moderamine recte gubernetur, & firme custodiatur, confidimus. *Hinc cupidæ L L. Iuuentuti videre & ob*

seruare licet, quod precibus, Deo propitio, & annuente cœlestique fauore omnia nobis concedantur & subueniant, sicut eleganter etiam Ecclesiastici habetur 15. 24. 33. c. *quod* Pietas ad omnia sit vtilis: *Et Epist. Paul.* ad Corinth. 1. cap. 3. *concinnior & congruentior adhuc ita probat hæc & profert: quod* fundamentum omnium nostrarum actionum nemo aliud potest ponere præter id quod positum est, quod est IESVS CHRISTVS. *Quare in nomine Iesu Christi, qui & vniuerso generi humano æquitati conformes & salutares tulit leges, ad ea quæ à me Doctissimi Iuuenes vnanimi consensu desiderastis, & tanquam Sacerdotes LL. (qui enim Iustitiam colit, sacris Dei vacare dici potest,* l. 1. § 1 ff. de Iust. & Iur.*) petiistis, licet quasi Iure postliminij domesticis nec non publicis præpeditus alias negotiis, & qui, vt vos quasi per medium profundum Iuris ducam, satis superque hoc statu & tempore meæ tenuitatis mihi sum conscius, deuenio.*

Sciendum itaque, quod duas *principes partes sibi Politicus & Iuris studiosus eligere debeat,* Notitiam Iuris *siue artem ipsam nimirum Iurisprudentiæ &* Eloquentiam, *quippe hæc duo vere sunt ornamenta regia, & tanquam brachiale in brachio dextro, atque vt lucifer inter reliquas stellas, eminent, ambas etiam in hoc studio Iuris acquirere & comparare fas est, adusque vt discretio, (quæ mater est omnium virtutum) vix & ne dum vix quidem eligere queat, vtrum Sacratiss. Imperat. minus sub hoc suo conamine laurea condecorauerit. Multa quidem tumultuario studio & confusaneo ordine à multis sunt in lucem edita, multa etiam sana methodo & summo studio sermonis Romani extant: Tamen nil ex omnibus adeo elegans & iucundum facile inuenietur, quod ad nostrorum Iurisprudentum Responsa collatum non insipidum tam grauitate, iudicio, & amplissimarum rerum copia, quà verborum lenociniis & ornatu videatur. De elegantia latini sermonis & cultu Eloquentiæ vbi vbi luce meridiana clariora extant documenta? Et demonstratio confirmatioq; prædictorum ex vna quauis lege procliuiter deprehenditur,*

adeo

adeo vt si Cicero ipse Antesignanus in dicēdi genere periret, & omnis splendor sermonis Romani vna, tamen in integrum & in melius posset vel solo Corpore Iuris absq; dubio restitui.

De fructu & emolumento studij huius habemus itidem Elogium in procem. Inst. §. summa itaque vlt. *quippe ciuilis societatis & status rite ordineq; dispositi architectrix est, quæ honeste viuere, neminem lædere, & suum cuiq; tribuere dictat* §. Iuris præcepta 3. Inst. de Iust. & Iur. *Summa itaq; alacritate doctissimi Iuuenes & ope studioq; indefesso Institutiones & fundamenta Iuris accipite, textum earum omni opera & studio incessanter perpendite, & memoriæ concredite, alios sibi prælia, sibi pugnas, & quas non voluptates, difficiles nugas, retia, remorasq; studiorum sibi habere permittatis, quibus magis quam studiorum progressus ista cordi fuerint, & quilibet vestrum assiduus esse perseueret in peruoluendis libris Institutionum è quibus postmodum spe indubia metet cum gaudio, pro vt sementem fecerit; siq; studiose inuigilarit, procul dubio acquiret ea, quæ in omnium rerum præcipitio commodo & consolationi illi esse queunt: Namq; neminem Leges in paupertate viuere permittunt:* Auth. de Hæred. & Falcid. in fin. *vt prouerbiali versu habetur:*

Si modo pauper eges, ne plus egeas, lege leges,
Grandia lucra leges, fertilis illa seges. *Item:*
Dat Galenus opes, dat sanctio Iustiniana,
Ex aliis paleas, ex illis collige grana.

Sicq; alacri studio, auribus tersis, meum qualem qualem laborem in exilio studiorum quasi huc vsque versatum solerter accipite, vosq; pariformiter eruditos & nauiter in suscepto cursu militantes ostendite, quo spes pulcerrima vos non inaniter lactet, sed per omnia certo foueat, his, diuina adspirante gratia, absolutis libris, vos non leui cum emolumento posse breui ad altiora adspirare: Remquepubl. ad gloriam Diuinæ Maiestatis, salutem Patriæ, laudem vtilitatemque propriam gubernare, id quod vt pro voto eueniat, exopto.

Psal. CV.

Beati qui custodiunt Iudicium, & faciunt Iustitiam, in omni tempore. Omnis enim felicitatis fons est Iustitia, infelicitatis vero Iniustitia.



IMPERATOR: Hoc nomen Imperatoris à Veteribus & Prædecessoribus *dupl.ci* via vsurpatum est. *Vna*, pro belli Duce, qui potestatem belligerandi haberet: *Altera*, pro tali Duce, qui hostes prælio iusto vicisset, quapropter etiam militum acclamatione Imperator efficiebatur. Cic. *lib. 5. Epist. 20 ad Attic.* item *lib. 2. Epist. 10.* Paucis tamen cæsis hostibus Imperatoris nomen nemo consequebatur. Nam Appianus *lib. 2.* obseruatum esse priscis temporibus tradit, vt non, nisi magnis, & bene rebus gestis, nomen Imperatoris adclamaretur: quanta vero cædes requirebatur? quis triumphus? qua toga Imperator vtebatur, quave inscriptione? Hæc hoc loco sufficiunt: Vide tamen Corn. Tacit. *lib. 3.*

CÆSAR. Cæsares post Iulium Cæsarem dici ceperunt, non qui rerum potirentur, sed qui Successores Augusto designati essent: *l. etsi 7. C. de Malefic. & Mathem.*

FLAVIVS. Cognomen est gentilitium familiæ Vespasiani. Suet. *in eius vita.*

IVSTINIANVS. à Iustini patris adoptiui nomine.

ALEMANICVS. à deuictis hostibus. Hæc agnomina milites aliive Imperatoribus in literarum inscriptionibus tribuebant & vsurpabant.

GOTTICVS. Vt Alemanicus: Nam & hos Iustinianus per suos belli Duces superauit & profligauit, eorum Duce Totila occiso, hinc à gente deuicta, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus.

AFRICANVS. Cognomen Scipionibus ab Africa deuicta tributum.

PIVS, FELIX, INCLYTVS, VICTOR: Hæ appellationes Augustis pro bono omine inaugurationis tempore acclamabantur & tribuebantur à S.P.Q.R. vide *Nouel 78. Collat. 6. cap. 5. Facimus au-*

tem nouum nihil, sed egregios ante nos Imperatores sequimur, sicuti Antoninus Pius cognominatus extitit, ex quo etiam ad nos appellatio haec peruenit.

TRIVMPHATOR: Fuerunt olim belli Ducibus ob rem optime & feliciter gestam Triumphi decreti, & hæc maxima erat merces Victoriæ, nec ex quauis victoria consecuta triumphare licitum erat, sed duntaxat ex tali, quæ digna videretur tanto honore. Nam lege cautum erat, ne quis triumpharet, nisi quinque millia hostium vna acie cæcidisset. Val. Max. *lib.3.c.2.*

SEMPER AVGVSTVS. Cognomen hoc primum Octauio est impositum, authore Dione *lib.* 43. inde successoribus vsurpatum, deductum ab augurio, quod auspicato & diuinitus Imperatores eligerentur. Wesenb. *in proœm. Instit.*

Vnde dicuntur Institutiones?

A Verbo *instituere*, quod est aliquid incipere & ordiri *l. pen. in a locat.* hinc institutio alicuius rei vel inceptio etiam instructio dicitur. Nam Institutionum liber quasi Instructionum liber appellatur, quippe in his primis legum præceptis instruimur, vel quia in statu humani & Romani Iuris nos erigit. Accurs. *in gloss. in princ. Instit.*

Quid sunt Institutiones?

Totius legitimæ scientiæ prima Elementa, in quibus breuiter expositum est, & quod antea obtinebat, & quod postea desuetudine inumbratum, Imperiali remedio illuminatum est. §. *igitur antep. in proœm. Instit.* Vel sunt Epitome Iurisprudentiæ, seu legalis, vel legitimæ scientiæ prima Elementa. *d.* §.

Quid est Iurisprudentia?

Iurisprudentia est rerum diuinarum atque humanarum notitia, iusti atque iniusti scientia. *Inst. tit. de Iust & Iur. & l. 10. in a. ff. de I & I.*

Quid est Ius?

Est ars æqui & boni *in a. ff. de I. & I.* siue est ars æqui administrandi, sic dictum à iustitia *d. l.*

Quid est Æquum?

Est naturę, vel legis præscriptum de iis rebus quæ ad alterum pertinent.

Quæ sunt subiecta Iuris, seu circa quæ versatur?

Omne Ius nostrum aut circa personas, aut circa res, aut circa actiones, versatur. Nam personis ius redditur, cum earum causa Ius sit institutum *l. 2. ff. de stat. hom. §. fin. Instit. de I. N. G. & C. l. in pecud. 28. ff. de Usur.* de rebus disceptatur. *§. singulorum & tot. tit. Instit. lib. 2. de rer. diuis.* per actiones & iudicia Ius redditur. *l. 1. 2. ff. de stat. hom. §. vlt. sed naturalia Instit. de I. N. G. & C.*

Quomodo hæc tria obiecta in 4. libris Instit. tractantur?

In *primo* lib. agitur de *personis*: in *secundo* & *tertio rerum* iura Imperator exequitur: in *quarto* vero lib. Iustinianus tractat tertiũ obiectum Iuris, nimirum *actiones* & *iudicia*: huc etiã referuntur *Obligationes*, per quas personæ nocentes actionibus & iudiciis fiunt obnoxiæ. *Inst. tit. de obl. quæ ex delict. nasc.*

Quis omnium horum est Author?

Iustinianus Imperator, *in proœm. Inst. §. omnes vero.* Vbi dicit, quod sacratissimas constitutiones antea confusas in luculentã erexit consonantiam, & ꝙ opus quasi desperatum cœlesti fauore adimpleuerit.

Quorum opera vsus est in hoc labore?

Apprime trium suorum Consiliariorum studio & fide, nimirum, Triboniani, Theophili & Dorothei. *§. cumque. Instit. proœm.*


Quæ est causa finalis Institutionum?

Methodus & via compendiaria, quo cupida LL. iuuentus hac breui instructione ad Iuris cognitionem peruenire cõmodius queat; Nam si prima fronte rudem animum studiosi Imperator præpostero ordine & multitudine præpediuisset, duorum alterum aut desertorem studiorum effecisset, aut serius ad id eundem perduxisset, ad quod leniore hac via manu ductus sine desperatione & diffidentia maturius perduci potuisset. *§. his igitur Inst. de I. & I.*

Habent ne Institutiones vim legis?

Omnino. Nam harum eadem est vis quæ legum & Constitutionum. *§. pen quas. Inst. in proœm.* quas legimus & recognouimus, & plenissimum nostrarum Constitutionum robur eis accommodauimus.

IVSTI-



JVSTINIANI IMPER. INSTITVTIONVM LIBER PRIMVS.

TITVLVS I. DE IVSTITIA ET IVRE.

Quid est Iustitia?



VSTITIA est constans & perpetua voluntas, ius suum cuique tribuendi. *hic in proœm. & l.10.ff. de I.& I.* sicque causa & finis Iuris est iustitia.

Quomodo diuiditur ius?

In ius publicum & priuatum. §.*iuris.h.t.*

Quid est ius publicum?

Publicum ius est, quod ad statum rei Romanæ spectat. *l.1.§ huius. ff.de I.& I.* & consistit in sacris, sacerdotibus, & Magistratibus *d.l.1. verf. publicum. ff.eod. c.pen.dist.1* vbi habetur, quod is, qui lædit Sacerdotes, vel res sacras, ab omnibus, tanquam pro publico crimine potest accusari.

Quid est priuatum?

Priuatum ius est, quod ad singulorum vtilitatem pertinet. *l. hic & d.l.& d.§.ff.h.t.*

Quot sunt Iuris præcepta?

Tria: honeste viuere, quod est iuris naturæ; alterum non lædere,

quod

quod est iuris gentium, suum cuique tribuere, quod est iuris ciuilis, & scitis legibus ciuilibus continetur. Est itaque tripartitum ius priuatum, collectum vel ex naturalibus, vel Gentium, aut ciuilibus præceptis *l 1. §. 2. ff. de I. & I.*

Nonne est adhuc concinnior & congruentior publici & priuati iuris interpretatio?

Wesenbec. vno verbo concludit, *publicum* nempe ius ad primam Decalogi tabulam referri posse, quæ principium, anima, fundamentum omnis Iuris est; *priuatum* vero ad tabulam secundam.

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Ius publicum qui sequitur, non capitur. *Vlp. l. 116. ff. de R. I. l. vlt. C. de in integ. l. 11. §. 4. ff. de minor.*

II.

Omnis definitio in iure periculosa est, parum enim est, vt subuerti non possit. *l. 202. ff. de R. I.*

III.

Conuentio priuatorum iuri publico nil derogat. *Vlp. l. 45. in fin. ff. de R. I.*

Ex Iure Canonico.

Ius generale est nomen: Canonicum vero dicitur à nomine græco κανών, id est, Regula. *c. canon. c. Regula. dist. 3.* Vnde ius Canonicum Ius regulare affabre dicitur. *Lancell. de Iur. Can.*

APHORISMI POLITICI, *ex lib. 1. de Rep. Platon.*

I.

Tyrannicum est dicere Principem legibus esse solutum.

II.

Iustum est, quod fides hosti data sit seruanda.

III.

Omnis felicitatis fons est Iustitia, infelicitatis autem mater Iniustitia.

TITVLVS II.

DE IVRE NATVRALI, Gentium & Ciuili.

Vnde constat & confectum est ius Romanum?

EX tribus fontibus: Iure nimirum *naturali, Gentium* & *Ciuili*. Namque partim ex communi natura, ex parte ratione & vsu hominum, nec non ratiocinatione, vsu & opportunitate ciuili compositum reperitur. Wesenb. *hic*.

Quia ex hoc fundamento tota structura Iuris procedit, da adhuc aliam prædictorum mentem, siue descriptionem?

Quæ bruta animantia incitamento naturæ, homines vero affectione quadam etiam naturali, cum moderamine rationis tamen, fecerint, *iure naturæ* dicuntur facta: Quæ bestiæ non faciunt, & ab omnibus hominibus solo mentis oculo, non affectione communis naturæ, necessario tamen, fiunt, *iure gentium* facta censentur: Quæ vero non ab omnibus hominibus, sed à quibusdam separatim pro iure obseruantur, *iure ciuili* obseruata deprehenduntur & dicuntur.

Quid est Ius naturale?

Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. *text. hic in princ. l. 1. §. 3. l. 3. ff. de I. & I.*

Cadit ne ius in bestias?

Non: quippe nec iustitiam, nec ius, nec iniurias, intelligunt, minus id discriminare possunt. *l. 1. ff. si quadr. paup. fec. dic.* quia rationis expertia: Nam duntaxat inclinationem & simulacra, quibus percipiunt, quæve sequuntur, habent.

Quæ descendunt ex hoc Iure?

Maris atque fœminæ coniunctio, quam nos Matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, nec non eorum procreatorum educatio. *l. hic. l. 1. §. 3. ff. de I. & I.*

Qualis est differentia in coniunctione maris fœminaq; & Matrimonio legitimo?

Illa promiscua est, solo instinctu naturali fit, temporalis; Hæc vnius duntaxat maris & fœminæ legitima est cōiunctio & perpetua.

Quid est ius Gentium?

Ius Gentium vocatur, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, & quod ab omnibus peræque custoditur. *tex. hic. l.1. §.4.ff.de I.& I. Genes.19.* definitur, quod sit mos vniuersæ terræ.

Quæ descendunt ex hoc iure?

Bella, captiuitates, seruitutes, omnes pene contractus, vt Emptio & Venditio, Locatio & Conductio, societas, depositum, mutuum, & qui non?

Quid vult particula restrictiua PENE?

Excipit contractus ciuiles, quales sunt: stipulatio, donatio propter nuptias seu sponsalitia largitas, atque pactiones legitimæ. *l.6.ff. de pactis, l.6.ff.de I.& I. vbi Dd.*

Quid est ius Ciuile?

Ius Ciuile vocatur, quod quisque populus ipse sibi constituit, *l.hic.§.ius aut.Ciuil.l.9.ff.de I.& I.*

Quia Populus ius constituit, potest ne etiam Leges sancire?

Non potest: Quia soli Imperatori leges condere licet. *l.10.cir.fin. C.de LL.*

Quomodo diuiditur ius Ciuile?

In scriptum, & non scriptum. *§.constat.h t.l.6.ff.de I.& I.*

Quot sunt species Iuris scripti?

Sex: Lex, Plebiscitum, Senatusconsultum, Principum placita, Magistratuum edicta, Responsa Prudentum.

Quid est Lex?

Lex (à legendo dicta Cic. *de LL.*) est, quod Populus Romanus

Sena-

Senatorio Magiſtratu interrogante, (veluti Conſule) conſtituebat. *l.hic §.conſtat.* Vel lex eſt ſanctio ſancta, iubens honeſta, prohibens inhoneſta: hinc dicimus, legem eſſe *Præceptricem* faciendorum, *Prohibitricem* vero non faciendorum.

Quid eſt Plebiſcitum?

Plebiſcitum eſt, quod Plebs plebeio Magiſtratu interrogante (veluti Tribuno) conſtituebat, *§.conſtat hic.*

Quomodo differunt Populus & Plebs?

Appellatione Populi vniuerſi ciues ſignificantur, connumeratis tam Patritiis quam Senatoribus: *tex.hic §.conſtat.* Plebis autem appellatione ciues cæteri, exceptis Patritiis & Senatoribus, ſignificantur. *d.§.conſtat.& l.plebs.238.ff.de V.S.*

Quid eſt Senatusconſultum?

Senatusconſultum eſt, quod Senatus iubet, atque conſtituit. §. *conſtat.hic.* quia Populus aduſque auctus erat, vt curam & adminiſtrationem pub.rei Senatui demandarit neceſſario, *§.conſtat hic.l.neceſſarium.2.§.9.ff.de Orig.I.*

Principum placita quæ ſunt?

Ea, quæ Princeps vel per Epiſtolam conſtituit, vel cognoſcens decreuit, vel Edicto præcepit, quę Conſtitutiones appellantur. Nam quod Principi placuit, legis habet vigorem, cum lege Regia (quæ initio Vrbis lata eſt, Liu. *lib.*34. Weſenb. *hic.*) Populus ei & in eum omne Imperium ſuum & poteſtatem concedat, *§.ſed & quod hic.l.1.ff.de Conſt.Princ.l.ex imperfecto.C.de Teſtam.& quemad.teſtam.ordin.*

Sunt ne omnes Conſtitutiones generales?

Non. Sunt enim & Priuilegia, quæ Ius ſingulare vocantur, quia perſonam non egrediuntur, *tex.hic.§.ſed & quod l.ius ſingulare 16.ff. de LL.l.1.§.plane 2.ff.de Conſt.Princ.l.quod vero.14.ff.de LL.l.2.C.eod.l.exceptiones.7.ff.de Except.*

Priuilegia quam recipiunt interpretationem?

Strictam, quia fiunt contra ius commune, ideo etiam ſtricte accipienda: Beneficia vero, licet etiam licite ad Priuilegia referri poſſint,

tamen quia præter ius & non contra fiunt, ideo benigniorem recipiunt interpretationem, *l.pen.ff.de Const.Princ.vbi Ias.& Dd.*

Quid est Edictum Prætorium?

Edictum Prætorium est, quod Prætor edicit, iubendo, mandando, vel constituendo, vt facit in edicto de damn.infecto. *ff. eod.l.Prætor ait ff.de naut caup.stabul.l.1.ff.ne quid in flu. pub.*

Quomodo alias vocatur?

Ius honorarium *l.hic §.Prætorum. l.2.§.eod.10.ff.de Orig.I.*

Quare adiecit Imperator in §.Prætorum. non modicam?

Quia non habent Prætorum edicta eandem, quam leges, Iuris authoritatem, quia nec dominos Prætor facit, nec hæredes, §.2.J.*de bon.possess.lib.3.t.*10. & edicta olim erant annua, §.1.*in fin.de perp. & tempor.lib.4.t.12.*

Quid sunt Responsa Prudentum?

Responsa Prudentum sunt sententiæ & opiniones eorum, quibus permissum erat de Iure respondere, *l.2.§.primus.cir.fin. ff.de Orig. I.l.7.C.de Profess.& Med.l.11.C.de aduo.diuers. iudic.*

Quis dedit illis respondendi facultatem?

Cæsar Augustus primum *d.l.2.§.10.ff.de Orig. I.* vel Imperator, & Iurisconſ. vocabantur, quippe qui iura publice interpretarentur, & à quorum Interpretationibus & responsis Iudex neutiquam recedere potuit, *tex.hic.§. responsa.* hinc hodie Dd. facultas docendi, legendi, ius interpretandi, non tamen per omnia eadem, quæ olim, facultas. Qui tamen duorum Dd. approbatorum habet, in dubia quadam Iuris causa, opinionem pro se, is fundatam dicitur in Iure habere intentionem, quæ omnem calumniam remouere videtur.

Quid est ius non scriptum?

Ius non scriptum est Consuetudo, quæ est ius sine scripturæ solennitate, quod vsus adprobauit.

Quæ sunt requisita ad consuetudinem introducendam?

Legitima requisita sunt: 1. decem annorum secundum Dd. secundum vero Wesenbec.30.annorum præscriptio, *l.32.33 ff.de L L.* 2. continuata actuum frequentia, ad minimum duorum *l.1.C.quæ sit long.consu.* 3. Tacitus populi consensus *d.l.32.& 35.ff.de L L.* Wesenb.*ff.de L L.nu.5.* Gail.*lib.2.obs.31.* 4. consuetudinem oportet esse rationabilem, nec præscribi iuri diuino aut naturali, vlla quamuis legitima vsurpatione. Wesenb. *d.l.nu.8.* Dd. indistincte etiam contra ll. consuetudinem introduci ac præscribi decennio in foro ciuili, 40.vero annis in foro Ecclesiæ, arbitrantur. Schneidvv. *ad §.ex non scripto.p.21.* Wesenb.*hic.* Ias.*nu.51.*Bart.*nu.12.in l.de quib.ff. de LL.*

Vnde originem habet hæc diuisio iuris scripti & non scripti?

Ab institutis duarum ciuitatum *Athenarum* & *Lacedæmoniorum*: Nam *Athenienses* legibus sancta pro legibus custodiuere. *Lacedæmonii* vero memorię mandabant, sine scripto, quæ legis vim habere voluerunt, §.*sine scripto hic.*

Quo pertinent omnia nostra iura scripta, vel non scripta?

Dixi s. *in proœm.* Pertinent enim vel ad *Personas*, quarum causa sunt, *l.1.2.de stat hom.* vel ad *res* de quibus agunt, *l.10.de L L.* vel denique ad *actiones* siue *iudicia*, quibus iura redduntur *l. nullus 14. C de Iudæ.& cœlic.*

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Beneficium inuito non datur. Paul.*l.69.ff.de R.I.*

II.

Priuilegia quædam sunt causæ, quædam personæ, & ideo quædam ad hæredem transmittuntur, quæ causæ sunt, quæ personæ sunt, ad hæredem non transeunt. Modest.*l.196.de R.I.*

III.

Iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt, quemadmodum

nec iura agnationis, nec iura naturæ, *l.Pomponius.ff. de R.I.l.34.ff.de pact.l.8.ff.de cap.dim.*

IV.

Iure naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem, *Pompon.l.206.de R.I.*

V.

Absentia eius, qui reip. causa abest, neque ei, neque alii damnosa esse debet. *Vlp.l.140.ff.de R.I.*

VI.

Semper in dubiis benigniora proferenda sunt, *Gaius.l.56.ff.de R.I. Vlp.l.9.ff.eod.* Semper in obscuris, quod minimum est, sequimur.

E Iure Canonico.

I.

Quando de iure diuino sermo est, stricte intelligitur à lege veteri & Euangelio, alias large etiam ius Canonicum appellatur ius diuinum. Abb. *in c.nimis de Iur.iur.*

II.

Diuinum est, quod diuinitus promulgatur; Canonicum vero, quod ciuium Christianorum actiones ad finem æternæ beatitudinis dirigit, Lancell. *de Iur.Can.*

APHORISMI POLITICI, ex lib.2.de Rep.Platonis.

I.

Ciuitatum ædificandarum causa & origo fuit vsus ac necessitas vitæ humanæ, quod nemo sit per se αὐτάρκης, id est, sufficiens ad bene beateque viuendum.

II.

Puerilis institutio est maximi momenti ad vniuersam vitam instituendam.

III.

Ne in Rep. bene morata vnus & idem, vel plures artes, vel à sua diuersas, exerceat.

TITVLVS III.
DE IVRE PERSONARVM.

LEuiter absolutis fundamentis & principiis, consequens est, de *Personis*, quibus ius dicitur, agere.

Quæ est summa personarum diuisio?

Hæc est, quod omnes homines aut sint liberi, aut serui, *l. hic in princ. l. 3. ff. de stat. hom.*

Quid est libertas?

Est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, *tex. hic. l. 4. ff. de stat. hom. l. 4. ff. de I. & I.* & huius effectus est, facultas viuendi vt velis, item sibi non aliis adquirendi.

Nonne reperiuntur in hac definitione obstacula?

Omnino. Nam aut *facto*, aut *iure*, prohibemur interdum. *Facto*, quod non licet, quod libet, viribus ad optatum finem perducere. *Iure*, quando non licet lege facere quod cuique libet: (vt homicidium, quod l. Cornel. de sic. prohibetur, item l. Iul. de adult. qua adulterium punitur, l. Pompeia de parricid. qua patris cædes seuere coercetur & interdicitur &c.) *tex. hic. d. l. 4. ff. de stat. hom.*

Quid est seruitus?

Seruitus est constitutio Iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur, *tex. hic. & d. l. 4.*

Vnde dicuntur serui?

Ex eo, quod Imperatores captiuos reddere, ac per hoc seruare nec occidere solent, qui etiam mancipia dicti sunt, eo quod ab hostibus manu capiantur, *tex. hic. §. serui. d. l. 4. ff. de stat. hom.*

Quomodo efficiuntur serui?

Serui aut nascuntur, aut fiunt *l. hic. §. serui.*

Quomodo nascuntur?

Ex ancillis nostris, quas vernas Prudentes adpellant, tanquam domesticos; constat namque vernaculum accipi pro domestico,

Wesenb. *hic.l.cum super vernis mancipiis* 10. *C.de rei vindic.l.Titia.*36.*ff.de L L.* Et vernaculus dicitur quasi paruus seruus, *l.seruis.* §.*fin.ff.de leg.*3.*l.cum super.*§ *fin.C.de rei vindic.*

Quomodo fiunt serui.

Fiunt aut iure gentium, captiuitate scilicet: aut iure ciuili, quando nimirum homo maior 20. annis ad precium participandum sese venundari passus est, *tex.hic.*§.*serui.l.*5.*verf. iure gent.ff.de stat.hom.l.*3.*ff.quib.ad libert.proclam.non lic.*

Mulier libera efficiebatur ne etiam serua?

Imo SC. Claudiano.

Quid statuerat SC. Claudianum?

SC. Claudianum statuerat, quod mulier libera seruili amore capta, si ei denunciatum esset à Domino, ne commisceretur seruo suo, & Iudex super ea causa admonuisset, nec ipsa acquiesceret, substantiam suam & libertatem amittebat, & fiebat serua vel ancilla Domini denunciantis.

Viget ne adhuc?

Non, quia cum visum esset miserabile & indignum, sublatum est.

Reperitur ne in seruorum conditione differentia?

Nulla, (nisi dixeris, quod publici serui melior sit conditio, qui Testamenti factionem habet, *Vlp. de Testam.* Wesenb. *hic.*) Nil namque refert, quis natus factusve sit liber, quippe aut ingenui aut libertini sunt. Hæc dicta sunt propter euidentiam & cognitionem Iuris duntaxat, cum seruorum materia iam non sit in vsu, Zas. *in suis sing.resp.lib.*1.*cap.*3.

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Contra libertatem non currit præscriptio, *l.vlt.* & *t.t.de præscript.* Wesenb.*hic.*

II.

Libertas inæstimabilis res est. Paul. *l.* 106.*ff.de R.I.*

III.

Seruitutem mortalitati fere comparamus. *Vlp.l.209.ff.de R.I.*

IV.

Quod attinet ad ius ciuile, serui pro mortuis habentur, non tamen iure naturali, quo omnes sunt æquales homines, *l.32.ff.de R.I.* hinc seruitus dicitur contra naturam, *l.4.ff.de stat.hom.* hinc etiam dicitur, quod seruus naturaliter tam ex contractu, quam delicto obligetur, *l.serui.ff.de O. & A.*

E Iure Canonico.

Personarum genera *duo* sunt, vnum *Laicorum*, alterum vero *Clericorum*: *Laici* sunt, quibus licet temporalia possidere, vxores ducere, causas agere, &c. *Clerici* sunt, qui diuinis officiis mancipati sunt, & quos ab omni strepitu cessare conuenit, Lancell.*de iur. Pers.cap.si sent. excom.susp.& interd.in 6.cap.quod sicut in eod.de Elect. & Elect. potest.*

APHORISMI POLITICI,
ex lib.3.de Rep.Platonis.

I.

In Rep. bene morata sit omnium rerum externarum modus, velut in picturis, ædibus, aliisque rebus habendis.

II.

Leges sumptuariæ, in rep. morata bene, sunt condendæ & seruandæ.

III.

Magistratus omnibus auaritiæ sordibus carere debet.

TITVLVS IV.
DE INGENVIS.

Quis est ingenuus?

INgenuus est ille, cui à natiuitate competit libertas, qui non est factus liber sed natus: sic ingenuitas dicitur libertas, *c.1.Nobilis homo.*

Can.de purg. & hæc eſt vna libertatis ſpecies: velut textus hic habet, ingenuus eſt, qui ſtatim vt natus eſt, liber eſt, *l. in princ. hic. l. 9. C. de ingen. & manu.*

Vt ingenuus autem quis dicatur, quo tempore debet naſci?

Quandocunque modo grauida mater ſiue prægnans fuerit, ſub eo tempore grauiditatis aliquando libera *tex. hic.* & ratio eſt, quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in ventre eſt, *l. hic.*

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Calamitas matris non debet nocere ei qui in vtero eſt, *l. hic. l. 5. §. 2. ff. de ſtat. hom. l. 4. C. de pœn.* hinc ſequitur merito, quod prægnans pœnæ obnoxia, donec partus in vtero eſt, non queat pœna affici; ne inſontes pereant cum nocentibus.

II.

Semper partus extra iuſtas nuptias conceptus ventrem ſequitur, *l. ex natura. 24. ff. de ſtat. hom.*

III.

Iniuſtam ſeruitutem ſeruiiſſe non nocet, puta violentam vel putatiuam, *l. homo. 21. l. cum pacto 40. de liberal. cauſ.* aliud enim eſt in ſeruitute, aliud ſeruum eſſe, hoc quippe proprietatis, illud poſſeſſionis, Weſenb. *hic.*

E Iure Canonico.

Appellatione Clericorum lata ſignificatione veniunt & comprehenduntur Monachi, *gloſ. in c. 2. de ſupplen. neglig. Prælat.* Lancell. *de I. Perſon.*

APHORISMVS POLITICVS
ex eod. lib. 3. Plat.

Ad munus politicum nemo niſi exploratus admittendus.

TITVLVS V.

DE LIBERTINIS.

Quid est libertinus?

Libertinus est, qui ex iusta seruitute manumissus est, *tex. hic. l.* 10. *ff. si lib. ingen. esse dic.* Vel libertini siue liberti sunt, qui ex iusta causa seruitutis manumissi sunt, *l. 2. ff. de Adopt.* & hæc est altera species libertatis.

Quid est manumissio?

Est datio libertatis: vel vt textus hic habet, est de manu missio, id est datio libertatis, *Genes. 9. Omnes pisces maris manui vestra traditi sunt.*

Vnde traxit originem?

A Iure gentium: *tex. hic. l. 4. ff. de I. & I. l. 4. 5. ff. de stat. hom.* non à iure naturæ, quia eodem omnes homines liberi sunt, *l. quod attinet. 32 ff. de R. I.*

Manumissio quot modis fiebat?

Multis & variis modis, aut sacris constitutionibus, *t. t. C. de his qui in Eccles. manumiss.* vt ancilla per nuptias, *Nouell.* 78. aut sanctis Ecclesiis, vt in comitiis per censum, quo iure obsoleto tandem id in cœtu piorum fiebat, & hi in numerum Ciuium Rom. recepti sunt, *l. 1. 2. d. t. C.* aut vindicta, quæ per Prætorem virga, quam lictor præferebat, fiebat: tangebat enim ter seruum his: aio te esse liberum, *t. t. ff. de manumiss. vind.* Wesenb. *hic.* aut inter amicos, aut per epistolam aut per testam. §. 1. *h. t.*

Est ne contentiosæ aut voluntariæ iurisdictionis?

Voluntariæ, quippe candide & simpliciter absque strepitu Iuris fauore libertatis, fiebat, *l. 2. ff. de offic. Procons.* & habet vbiuis locum, *l. 10. C. de emanc. lib.*

Quot sunt diuisiones vel genera libertinorum & eorum qui sunt manumissi?

Status libertinorum olim tripertitus erat, hodie omnia sunt sublata, *l. hic. § libertinor. l. vn. C. de Didit. libert. tol.*

Quare sunt sublata?

Fauore libertatis & humanitatis, atque sic omnes in orbe Romano, ex constitutione Imperatoris Antonini, ciues Rom. effecti sunt, *l. in orbe 17. ff. de stat. hom.*

Quæ sunt propria ciuium Romanorum?

Participem esse testamentorum, coniugiorum, patriæ potestatis, honorum ac suffragiorum, &c.

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Contrariorum eadem est doctrina ac ratio, *l. 1. 2. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur.*

II.

Priuatio præsupponit habitum, *l. decem. ff. de V. O.*

III.

Cuius iuris est actus, eiusdem est & distractus, *l. ab Emptione. ff. de pact. l. 4. ff. de I. & I. Dd. in l. de Tutel. C. de in integ. restit.*

IV.

Quod est causæ causa, est etiam causa causati, *Dd. d. l. de Tutel. C. de in integ. rest.*

E Iure Canonico.

I.

Licet Clericis pleraque sint licita, quæ Laicis, puta temporalia possidere, causas agere, iudicare: satius tamen est, ab omni strepitu cessare, ne à diuinis auocentur, Lancell. *de iur. Pers.*

II.

Clauis quædam potestas dicitur, ligandi atque soluendi, qua Ecclesiasticus Iudex dignos recipere, indignos à regno cœlorum excludere debet.

APHORISMI POLITICI ex lib. 4. Platon. de Rep.

I.

Magistratus est, gubernare & tueri ex legum præscripto Remp. Itaque neque mera neq; infinita potestas est Magistratui tribuenda.

II. Di-

II.

Diuitiæ nimiæ ſocordem efficiunt Remp. & ſuperbam, quare mediocritas melius tuetur Remp. quam nimiæ opes.

III.

Non poteſt immutari Religio abſque magna Reip. mutatione.

TITVLVS VI.

QVI ET EX QVIBVS CAVSIS manumittere non poſſunt.

Licet ne cuilibet manumittere?

NOn; namque qui in fraudem creditorum manumittere voluerit, L. Ælia Sentia prohibetur, *l. hic. L. qui in fraud. ff. qui & à quib.*

Quæ præſcribit L. Ælia Sentia?

Duo, & ſic *duo* ſunt legis huius capita. *Vnum*, & quidem primum, *in* §. 1. libertatem ſeu manumiſſionem, propter fraudem Creditoribus per dominum factam, impedit: *Alterum*, propter lubricum domini minoris iudicium, eandem prohibet, §. 4. *hic.*

Quis dicitur in fraud. Creditor. manumittere?

Hoc extat expreſſe *in l.* 10. *ff. qui & à quib. man. in princ.* nimirum is, qui vel iam eo tempore quo manumittit, ſoluendo non eſt, vel datis libertatibus deſiturus eſt ſoluẽdo eſſe, *l. hic. l.* 5. 25. 27. *d. t. qui & à quib.*

Quæ ſunt cauſæ, quæ impediunt præterea libertatem vel manumiſſionem?

1. Si ſeruus fuerit pignori datus, nam tum manumitti non poteſt, *L.* 4. *ff. qui & à quib. manu.* 2. quando manumiſſor non eſt Dominus, *l.* 1. *&* 10. *C. de his qui à non dom. man.* 3. ſi Dominum ſeruus coegerit, vt eum manumittat, *l.* 9. 17. *ff. qui & à quib. manu. l.* 3. *C. qui manum. non poſſ.* 4. ſi Dominus fuerit minor 17. annis, nec decimum octauum attigerit, § *cum ergo. hic. Nouel.* 119. §. 2. *ſed & hoc.* Vbi emendatus eſt

hic §. Nam si masculus 14. & fœmina 12. anno testari possunt, multo magis poterunt libertatem donare, & manumittere, propter fauorabilem caussam, & hoc ius manumittendi fauore libertatis Iustinian. *in.d.Nou.* indulsit.

Quis potest in fraudem Creditor. manumittere?

Dominus serui, qui non est soluendo. Nam in Testam. seruum suum cum libertate hæredem instituere potest, quo casu liber fit, hæresque ei solus & necessarius: Hic seruus, cum dominus satisfacere Creditoribus non valeat, satisfaciat ipse: aut eo hoc non faciente Creditores res hęreditarias serui nomine vendant, ne iniuria defunctus afficiatur, §. 1. *hic.*

Quæ dicuntur iustæ manumissionis causæ?

Enumerantur *in* §. 5. *hic.* veluti si quis patrem, matrem, filium filiamve, aut fratrem, sororemve naturalem, aut pædagogum, aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum alumnamve, aut collactaneum manumittat, aut seruum procuratoris habendi gratia, aut ancillam matrimonii causa, dum tamen intra sex menses in vxorem ducatur. Sciendum tamen, quod seruus, vt procurator idoneus sit, non minor decem & septem annis manumittatur *d.* §. 5. Dd. hic disputant, & volunt, non sine ratione minorem 25. annis procuratorem non esse in iudicio legitimum, *l. exigendi* 12. *C. de Procurat.*

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Libertas semel data reuocari nequit, *l. libertas. C. de lib. caus. t.t. C. si adu. lib.* & hoc propter fauorem libertatis: alias decreta ex iniustis causis lata retractantur, *l. cum hi.* 8. §. *si Prætor. ff. de Transact. l.* 5. *ff. de reb. eor.*

II.

Etsi extra iudicium procurare negotium seruus potest, *l. seruum* 32. *de Procur.* tamen in iudicio nec agere nec defendere potest, *l. non ideirco* 44. §. *vltimo de Iudic. l.* 1. *C. de prec. Imp. offer.* hinc Terent. *in Phorm. act.* 2 *scen.* 1. *Seruum hominem causam orare leges non sinunt.*

III.

Libertas inęstimabilis res est, §. 4. *cum ergo. h. t. l. libertas.* 106. *ff. de R. I.*

IV. Non

IV.

Non videtur perfecte alicuius id esse, quod ex causa auferri potest, *l.139. 190.ff.de R.I.*

V.

Appositionem consequentis sequitur positio antecedentis, *l.pro hærede* 20.§.2.*l.illud.* 77.*ff.de acq.hæred.*Bart. *in l.vn.n.3.cum seq.*C.*de lit. contest.*

VI.

Hoc loco sumitur iniuria pro infamia, qua notantur, quorum bona à creditoribus possidentur, vel venduntur.*l.hic.*§.1.*l.paterna.ff.de reb. auth.iudic.possid.*Nam deforme vt Wesenbec.*hic* ait. & calamitosum est, bona defuncti auctioni & hastę subiici.*l.6.ff.de inter.act.subl.*

VII.

Quod contra legẽ fit, id ipso iure est nullum.*l.non dubium.C.de LL.*

VIII.

Non est soluendo, qui non potest creditoribus substantia sua satisfacere, *l.soluendo.*114.*de V.S.l.primo* 23.*ff.quæ in fraud. Cred.*

E Iure Canonico.

Beneficia Ecclesiastica debent sine diminutione conferri, *Turnonensi Concil.cap.Maiorib.de Præl.*

APHORISMI POLITICI
ex lib.5.de Rep.Platon.

I.

Liberi summorum Magistratuum mature sunt bellis assuefaciendi, & artibus ad bellum necessariis informandi.

II.

Bellum est proprie, quod contra extraneum & peregrinum suscipitur: quod autem Ciues ipsi aut cognati Populi contra se mutui gerunt, seditio est, & rixa duntaxat, non autem proprie bellum.

III.

Resp. tum futuræ sunt felices, cum vel Reges philosophabuntur serio, vel veri Philosophi regnabunt.

IV.

Ignorantia Magistratus est summa Reip. pernicies.

TITVLVS VII.

DE LEGE FVSIA CANI-nia tollenda.

Quid constituebat L. Fusia Caninia?

NOn permittebat pro libitu in Testamento manumissiones fieri, nisi quo ad certum numerum, sic dicta ab Authore. *l. hic.*

Quare est sancita?

Ne libertinorum turba & familiis repleretur Roma.

Durat ne adhuc?

Non, quippe à Iustiniano hic sublata est, *l. hic h. t.*

Quare est sublata denuo?

Quia erat ipso Iure nulla, tanquam contra ll. sancta: quod enim contra ll. fit, id ipso iure irritum est, *l. non dubium. C. de LL.*

Quomodo est contra LL?

Quia satis inhumanum erat & inciuile, vt tex. habet, viuos licentiam habere, totam suam familiam libertate donare, morientibus autem eandem adimere.

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Quicquid inter viuos conceditur, multo magis concedendum est in vltimis voluntatibus, *l. hic.* hinc valet argumentum à contractibus ad vltimas voluntates affirmatiue, *l. hic. l. fin. C. de LL.*

II.

Quoties dubia interpretatio legis est, secundum libertatem respondendum erit. *l. 20. ff. de R. I.*

E Iure Canonico.

Confitendi qui habuit propositum, potest absolui, si sęuitia morbi non posset confiteri, §. *si quis autem. de pœnit. & remiss.*

APHO-

APHORISMI POLITICI, *ex lib. 6. de Rep. Platonis.*

I.

Magna ingenia, si nacta fuerint prauam educationem, tanto euadunt deteriora.

II.

Magistratui est necessaria veri summique boni vera cognitio.

III.

Magistratum felici memoria præditum esse, valde confert.

TITVLVS VIII.

DE IIS QVI SVI VEL ALIENI Iuris sunt.

Quæ est altera Personarum Iuris ciuilis diuisio?

PErsonarum quędam sunt sui Iuris, quædam alieno iuri subiectæ, *tex. hic in princ.*

Estne huius diuisionis subdiuisio?

Est: Namque personarum, quæ alieno iuri subiectæ, aliæ sunt in potestate Parentum, alii in potestate Dominorum: Illi filiifam. hi serui sunt, *tex. in* §. 1. *h. t.*

Quis dicitur seruus?

Qui de iure gent. aut ciuil. dominio alieno subiicitur, & in hac parte tam ius gent. quam ciuil. detraxerunt iuri naturali, *tex. hic* §. 2. *l. potestatis* 215. *de V. S. Exod.* 21. *Genes.* 16. vbi de ancilla Abraham ad Saram inquit: *Ancilla tua in manu tua est, vtere illa vt lubet.*

Quoad sese extendebat hæc potestas?

Apud omnes peræque gentes Dominis in seruos vitæ necisque potestas erat, §. 2. *h. t.* alter effectus erat, acquisitio bonorum, *h.* §.

quippe cum ipse seruus possideatur, ipse possidere aliquid non potest, *L.1.§. sed & per eum. ff. de acquir. possess.*

Durat ne hæc vitæ necisque potestas?

Non. Nam ex constitutione D. Antonini, qui sine causa seruum suum occiderit, non minus puniri iubetur, quam si alienum seruum occiderit, *tex. hic. l. 11. §. 1. 2 ff. ad L. Cornel. de Sicar.* Et præcipit, si intolerabilis hæc vita Dominorum videretur, cogantur seruos suos bonis modis vendere, *tex. hic. d. § l. precio. 63. l. si seruus. 27. ad L. Aquil.*

Quid, cogitur ne Dominus inuitus rem suam vendere?

Cogitur hoc casu, & speciale est, ne humanitas exuatur in homines, licet alias non cogatur dominus rem suam diuendere, *l. nec emere. 16. C. de iur. delib. l. sicut. 5. C. de action.* ne iusto quidem deposito precio, *l. non enim. 9. ff. de action. rer. amotar.*

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Modica castigatio Dominis in seruos pmittitur, *l. vn. C. de emend. ser.*

II.

Non minus crimen est pudori vim inferre quam vitæ, *l. isti. 8. ff. de eo quod met. caus.*

III.

Interest Reip. ne sua re quis male vtatur, *§. 2. vers. sed & maior. hic.*

IV.

Correlatiuorum & contrariorum eadem est doctrina, *tex. hic. in princ. l. 10. C. de indict. viduit. tollend. l. 1. 2. ff. eod.*

V.

Eius est non nolle, qui potest velle, *Paul. l. eius est. ff. de R. I.*

Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris vel Domini, *Vlp. l. 4. ff. de R. I.*

VI.

Seruus Reip. causa abesse non potest, *Paul. l. 212. ff. de R. I.* intellige cum dignitate, aliud est, si tanquam Procurator abfuerit, & sic ab-

esse potest, *l. seruum.* §. 1 *ff. de Procur.* Hinc Wesenb. *ad l.* 34. *C. de decur.* quod procuratoris officium non sit dignitas, sed onus, & à plerisque pro vili & contemptibili functione habetur.

VII.

Cum seruis nulla est actio, Gaius *l.* 107. *ff. de R. I.* quia non obligatur ad actionem, & quod non sit ciuis Rom. seruitutem mortalitati vere comparamus, *l.* 209. *ff. de R. I.*

E Iure Canonico.

Impuberes, & non constituti in sacris non possunt eligere, c. 1. 13. q. 7. vbi persona ad officium idonea consideratur respectu naturæ, legis, & morum, Lancell. *qui eligere eligi ve poss. tit.* 7.

APHORISMVS POLITICVS
ex lib. 7. Platon. de Rep.

Mathematicarum etiam scientiarum, velut Arithmeticæ, Geometriæ, Musicæ, Astronomiæ, cognitio futuro Principi omnino necessaria est, tum ad politicas res domi gerēdas, & recte administrandas, tum etiam ad bellicas, veluti vallum erigendum, obsidionum machinas extruendas, itinera commode instituenda, & cætera huiusmodi.

TITVLVS IX.

DE PATRIA POTESTATE.

Quid est patria potestas?

Patria potestas est ius, quod habent hi, qui sunt de Imperio R. in liberos naturales & legitimos, quod ius alii non habent, *t. t. hic.*

Qui sunt sub hac potestate?

Liberi nostri, quos ex iustis nuptiis procreauimus, §. 1. *hic.* Nam ex iniustis nati non sunt in potestate, *Paul. l.* 11. *de stat. hom.* §. *penul. tit. seq. de nupt. hic.*

Vulgo concepti sunt ne sub potestate?

Non: *l. vulgo 23. ff. de stat. hom. l. 3. cum seqq. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur.* quia licet matrem sequantur lege naturæ, *l. natura 24. ff. de stat. hom.* tamen non sunt in matris potestate iure ciuili, tanquam ex iniustis nuptiis procreati, §. *fœminæ. J. de Adopt.*

Quid sunt iustæ nuptiæ?

Sunt viri & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem continens, *tex. hic in princ.*

Quare extat indiuidua vitæ consuetudo?

Quia tantum morte finitur matrimonium, *l. 4. ff. locat.*

Qui sunt sub hac ciuili potestate?

Qui ex te & vxore tua, item qui ex filio tuo & vxore eius nascuntur, vt nepos, neptis, pronepos, proneptis: qui vero ex filia tua nascuntur, in patris eorum sunt potestate, §. 2. *hic.*

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Nulli homines habent talem in liberos potestatem, qualem habent ciues Rom. §. 1. *h. t.* vnde resultat, hanc potestatem esse iuris ciuilis, cum tamen *l. 2. ff. de I. & I.* hanc iuri gent. adscribat.

II.

D. Antoninus omnes in orbe Rom. ciues fecit Rom. *l. in orbe ff. de stat. hom.* hinc sequitur, quod quiuis ingenuus vere Romano & Italico exæquatur, *Nouel. 78. c. 5. l. Roma communis. ff. ad Municipal.*

E Iure Canonico.

I.

Papa est ordinarius omnium ordinariorum, *c. ita domin. distin. 19. c. quamuis dist. 21.*

II.

Archiepiscopi sunt præsules Episcoporum vnius prouinciæ, & Archiepiscopus appellatur etiam is, qui longe pauciores habet suffraganeos, quam decem, cui est standum, Lancel. *de Episc. arg. l. cum de interpret. ff. de LL.* Abbas *in c. sicut olim. de inquisit.*

APHO-

APHORISMI POLITICI ex lib. 8. Platon. de Rep.

I.

Quum nil genitum ſit æternum: quum hæc omnia humana variis rerum viciſſitudinibus ac mutationibus ſint obnoxia, quum deniq; res quælibet genita habeat ſuam quandam periodum, ac proinde florem, & poſtea emarceſcentiam ſeu defluuium, neceſſe eſt quoq;, & ipſas humanas politias habere ſua initia, incrementa, & ſuas quoque mutationes & viciſſitudines, ac denique tandem interitum.

II.

Ex Monarchia fit Tyrannis, cum Rex, contempta legum authoritate, quiduis agit pro animi ſui libidine.

TITVLVS X.
DE NVPTIIS.

Quid ſunt nuptiæ?

NVptiæ ſunt matrimonium, vel viri & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, *tex. in §. 1. tit. præced. de pat. poteſt.*

Vnde dicuntur nuptiæ?

Dicuntur nuptiæ ex eo, quod nubentium capita in ſolenni benedictione velabantur, & quaſi nube cooperiebantur, *l. 1. 2. de rit. nupt. l. aduerſus 4. C. de crim. expil. hæred. l. ſi cum dotem 22. §. ſi maritus ff. ſol. matrim.*

Quotuplices ſunt nuptiæ?

Duplices, iuſtæ & iniuſtæ, *h. t.*

Qui contrahunt iuſtas nuptias, vel matrimonium legitimum?

Qui ſecundum præcepta legum coeunt, & ſunt ciues Rom. *tex. hic. §. 1. l. ſponſalia 11. de ſponſ. l. 1. ff. de rit. nupt.*

Quomodo fit ſocietas coniugalis?

Societas coniugalis fit vel de præſenti, vel de futuro: illa eſt pube-

rum, hæc impuberum plerunque, illa matrimonium, hæc sponsalia dicuntur: notandum hic obiter, quod Leo Imperator primus concubinatum sustulerit, *Nouell.* 91.

Quæ ætas requiritur ad contrahendas nuptias?

Vt masculi sint puberes, fœminæ vero viripotentes: quæ ætas in maribus incipit anno 14. completo, in fœminis anno 12. *l. 4. de rit. nupt. l. penult. quand. dies. l. dotis. 68. de iur. dot. l. hac conditio. 10. de condit. & demonstr.*

Quid præterea requiritur ad iustas nuptias?

Consensus parentum, quorum in potestate sunt, *tex. hic l. nuptia. 18. de rit. nupt. l. nec filium. 12. C. de nupt.* siue is sit tacitus siue expressus, *l. si vt proponis. 5. de nupt. l. in sponsalibus 7. §. 1. de sponsal.*

Quare dicis parentum, cum non sint in potestate matris?

Propter reuerentiam, quam iure naturæ & diuina lege liberi parentibus exhibere debent, *l. 2. de I. & I. l. 2. ff. de obseq. à lib. præstand. l. 3. C. de in ius vocand.* Nam iure ciuili matris & cognatorum consensus non desideratur necessario, *l. nuptia. 18. ff. de rit. nupt. l. 1. C. de nupt.* & contrahentium consensus solus etiam sufficit, si ipsi fuerint sui iuris, & perfectæ ætatis, *l. filius. 25. vbi gloss. l. 2. de rit. nupt.*

Quid si filia est patre orbata, nonne requiritur matris assensus?

Imo hoc casu necessario requiritur, *l. 1. C. de nupt.*

Quid si in filia & patre ratione futuri mariti non sit consensus?

Tunc, quando voluntas filiæ patris repugnat voluntati, auctoritas iudiciariæ cognitionis interuenire debet, *l. vidua. 18. C. de nupt.*

Quid ius diuinum statuit de parentum consensu?

Ex iure diuino eadem reuerentia, vt dixi, patri ac matri debetur, ex præcepto quarto Decalogi, & propterea hodie, vtriusque suffragium tam patris quam matris, ob pietatis vinculum, requiritur: Si tamen fuerit præteritus consensus parentum, & copula interuenerit, sicque res integra amplius non est, non retractatur talis societas.

Quid si parentes fuerint mente capti, & consensum praebere nequeant?

Tum authoritate Magistratus, & Curatoris furiosi poterunt contrahere nuptias, *v. l. si furiosi. 25. C. de nupt. l. tam dementis. C. de Episc. aud.* quippe furiosi nullus potest esse assensus, *l. furiosi. ff. de R. I.*

Quae sunt vero iniustae nuptiae?

Quae contra leges & illegitime fiunt, *h. t.* & sunt varii generis.

Qui contrahunt contra praecepta ll. iniustas nuptias?

Qui quaeve cum iis in perpetuam connubii societatem consentiunt, qui quaeve parentum liberorumve locum inter se obtinent, §. 3. *h. t.* veluti inter patrem & filiam, auum & neptem, vel matrem & filium, auiam & nepotem.

Habes ne specialem huius prohibitionis legem?

Extat lex specialis, quae perpendiculum coniunctionis & nefarias ac incestas nuptias demonstrat. *l. nemini liceat contrah. matrim.* cum filia, (*l. 53. l. 69. ff. de rit. nupt.*) nepte vel pronepte: itemque cum matre, auia vel proauia, & ex latere amita ac matertera, sorore, sororis filia, (*l. 56. de rit. nupt.*) item ex affinibus priuigna, nouerca, nuru, socru: praeterea fratris tui filia, & ex ea nepte, *d. l. nemini, C. de nupt.*

Extendit ne se haec prohibitio ad ius Adoptionis?

Pariformiter, adeo vt si adoptione coeperint parentum liberorumve loco esse, ac dissoluta sit postmodum adoptio, tamen non poterunt inter se matrimonio iungi, §. 3. *hic.* ob reuerentiam & vinculum iuris ciuilis, *in ff. de adopt.* hoc autem solum in prohibitione matrimonii habet locum, alias emancipatio caetera iura ciuilia soluit, *J. quib. mod. patr. potest. l. adoptiuum. 8. ff. de in ius vocand.*

Quid in transuersali linea nuptiis impedimenti adfert adoptio?

Quam diu adoptiuam habueris sororem, nisi dissoluta adoptione eam ducere non poteris, §. 4. *hic.* cum obligari fratres & sorores inuicem nō possint, quod pro vno habeantur, *l. fin. C. de impub. subst. l. frater*

quia fœmina in poteſtate filios habere nequit, §. *fœmina.* J. *de adopt.* quamuis familiam matris ſequantur, *l. lex natura. 24. ff. de ſtat. hom.*

Quid vero, ſi prohibitas contrahunt, eadem ne pœna ſolum puniuntur?

Non modo eadem, ſed & alias pœnas patiuntur, vt videre eſt, *l. 6. cum auth. ſeq. C. de inceſt. nupt. l. ſi adulterium, cum inceſtu. C. de adult.*

Quæ eſt differentia inter iniuſtas & prohibitas nuptias?

Iniuſtæ ſunt, quas leges improbant, prohibitæ vero ſunt, quas leges expreſſe prohibent, vt adulterium, inceſtus, &c. & puniuntur tales, vt delicta conſummata, *d. l. 6. cum auth. C. de inceſt. nupt.*

Poſſunt ne illegitime nati, qui & ſpurii ſolent appellari, legitimari?

Poſſunt, aut per ſubſequens matrimonium, *in d. auth.* aut Principis diſpenſatione vel reſcripto, *l. 1. vbi Bl. C. de iur. aur. annul.*

PRO EVIDENTIA ET GRADVVM COGNITIONE.

Dic normam & regulas de gradibus tam iure Canonico, quam ciuili profuturas.

Faciam. Sciendum autem quod fructum huius doctrinæ I C. Paulus eleganter deſcribat in *l. I C. de grad.* vbi inquit: I C. cognatorum gradus & affines noſſe debet, quia legibus hæreditates & tutelæ ad proximum quemque agnatum redire conſueuerunt: Sed & edicto Prætor proximo cuiq; cognato dat bonorum poſſeſſionem. Præterea lege iudiciorum publicorum contra affines & cognatos teſtimonium inuiti dicere non cogimur. Quare operæ precium eſt non leue, ſcire cognitionem graduum.

[*Arborem conſanguinitatis & affinitatis in iure Ciuili & Canonico videre licet.*]

Quæ est prima regula in arbore consanguinitatis pro linea recta?

Ascendentium & descendentium quot sunt personæ, de quibus quæritur, computatis intermediis, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire, quantum distet abauus à Petrucio, qui per faciem & literas cognoscitur, vtroque computato & intermediis, quinque sunt personæ, deme vnam, quatuor sunt gradus: hæc copulatio inter ll. & Canones est eadem.

Quæ est secunda regula pro linea collaterali?

Collateralium in linea æquali quoto gradu quisque distat à communi stipite toto duplicato distant inter se. Sit exemplum. Quæris quantum pronepos propatrui à Petrucio, pone, & numera stipitem, à qua cum absint in linea æquali quarto gradu, sequitur & quarto gradu inter se abesse. Iure vero ciuili octauo distant gradu.

Quæ est regula pro linea inæquali?

Collateralium pro linea inæquali quoto gradu quisque distat à communi stipite, toto inter se distat. Exemplum pone, faciendo abauum stipitem. P. & filius propatrui sunt in linea inæquali. Computemus ergo à remotiori scil. à Petrucio, sed P. distat à stipite quarto gradu, E à filio propatrui quarto gradu.

Dic aliam breuem regulam de iure ciuili, quæ in numerandis gradibus sit congruentior.

Hanc Imp. tradit *tit. 6. lib. 3. Instit. de grad. cogn. §. pen.* Semper generata persona gradum adiicit, id est, quæuis generatio facit gradum. Pro exemplo sit: quæritur quoto gradu filius à patre distet? quia filium genuit pater, est vna generatio, ergo etiam primus gradus & primo distat gradu à patre. Nepos, si quæratur, quoto à patre distet? hunc genuit filius, filium pater, sic duæ sunt generationes & duos faciunt gradus, & sic consequenter. Similiter si quæratur, quoto gradu frater sit sorori? ℟. fratrem genuit pater, est vna generatio, & idem pater genuit sororem, est secunda generatio, frater ergo sorori est secundo gradu, fratris & sororis liberi quoto gradu sunt? filium fratris genuit frater, fratrem genuit pater, idem pater genuit so-

rorem, ſoror peperit filium, hic quatuor ſunt generationes, ergo quatuor etiam gradus, fratris itaq; & ſororis liberi quarto ſunt gradu. Sic ſi quæratur, quoto gradu patruus tuus tibi coniungatur, te genuit pater, vna generatio, & vnus gradus, patrem genuit auus, ſecunda generatio & ſecundus gradus: idem auus genuit patruum, eſt tertia generatio, & tertius gradus, atque ſic patruus eſt tibi tertio gradu.

Dic etiam regulam de computatione affinitatis.

Iuncta perſona perſonæ rite facit gradus affinitatis, vt, quam frater tuus cognouit, illa eſt tibi in primo gradu, quem poſtmodum illa relicta, ſecundo, quam conſequenter hic cognouit; eſt in tertio gradu. Ex his primus erit impedimento.

Dic declarationem affinitatis & quid ſit affinitas.

Affinitas eſt ſecundum Canones perſonarum proximitas, ex coitu proueniens, omni carens parentela: & dicitur affinitas, quaſi duorum ad vnum finem vnitas, eo quod duæ cognationes diuerſæ, per nuptias ſecundum ll. vel per coitum ſecundum Canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, *l. non facile. §. affines. ff. de grad. cognat.*

Dic adhuc aliam regulam.

Quotieſcunq; inter vnam perſonam, de quibus quæritur, & coniugem alterius non eſt vel fuit conſanguinitas, intra quartum gradum incluſiue, nulla eſt prohibitio, vt intra me & coniugem nepotis mei non poteſt eſſe matrimonium, quia nepos meus eſt mihi conſanguineus intra quartum gradum.

Da exemplum quod non habet prohibitionem.

Soror mea habuit maritum, ea mortua, maritus eius aliam accepit, quo defuncto, potero contrahere cum eius relicta, quia inter me & relictam nulla eſt nec fuit conſanguinitas.

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit, *Vlp. l. 30. ff. de R. I.*

II.

Paria sunt, consentire vel non contradicere in eo, qui contradicendo impedimentum creare possit, *l. in adopt. in fin. de adopt.*

III.

In materia nuptiarum æque sunt propinqui, qui ab vno latere coniunguntur atque ex duob. *tex. hic. §. 4. inter eas.* alias coniunctio vtrinq; arctior est, quam ex alterutro tantum parente, Wesenb. *hic.*

IV.

Quoties eiusd. dispositionis duæ sunt rationes, toties, quamuis sublata altera, non tamen cessat dispositio, altera remanente, Bart. *in l. ita stipulatus.* 115. *nu.* 15. *ff. de V. O.*

V.

Omnia censentur prohibita, per quæ ad prohibita itur, *l. oratio. ff. de sponsal.*

VI.

Non tantum obligatio, sed etiam verecundia nos obligat, Bart. *in l. pecunia.* 8. *nu.* 5. *de aliment. leg.*

VII.

Quod honeste non licet, intelligitur prohibitum, *l. vulgo.* 2. 3. *vbi gloss. de stat. hom.*

VIII.

Quod contra receptam est reuerentiam, id contra bonos mores est, *l. alia.* 14. *ff. de solut. matrim.*

IX.

Paria sunt scire vel scire debere, *l. quod te. §. si cert. pet.* quamuis pœnam error iuris mitiget, *l. si adulterium.* 38. *de adult. l.* 10. *ff. de condict. sin. caus.*

X.

Paria sunt non esse, vel non apparere, *l. in lege.* 77. *de contrah. empt.*

XI.

Iure ciuili qui legitimus nascitur, in potestate nascitur, & contra, qui in potestate est, legitimus est, *l.* 3. *cum seqq. de his qui sui vel alien. iur.*

XII.

Non omne, quod licet, honestum est, *l. non omne. ff. de R. I.*

XIII.

Duas vxores eod. tempore habere non licet, & eadem duobus nupta esse non potest, §. *affinitatis. hic. l. 1. §. 10. l. 13. §. 2. ff. de his qui not. infam.*

E Iure Canonico.

I.

Error personæ & conditionis, non autem qualitatis & fortunæ impediunt matrimonium, *c. proposuit, de coniug. ser.*

II.

Christiani non debent nubere infidelibus, & si nubant, excommunicandi sunt, *cap. 28. q. 1.*

III.

Copula metum purgat. *c. insuper. qui matrim. accus. poss.*

APHORISMI POLITICI, ex lib. 9. de Rep. Platonis.

I.

Nunquam felix, qui iniuste agit.

II.

Tyrannus, quantumuis felix, est bono Rege, quantumuis infelice, miserior septingentis viginti nouem partibus, id est, infinitis modis.

III.

Tyranni maxime ab iis, qui bona sua abligurierint, & voluptatibus tamen carere non possunt, stabiliuntur, inducuntur ac fouentur.

IV.

Omnium mortalium maxime serui sunt, vilissimaque mancipia, qui Tyranno subiiciuntur, & si quæ resp. vel regnum iis paret. In eo denique statu omnis veri boni & æqui studium & amor perit, non modo publice, sed etiam priuatim.

TITVLVS XI.

DE ADOPTIONIBVS.

Quid est adoptio?

EST gratuita quædam electio in filium, cum quis filium naturalem habere non potest pro solamine vitæ, & talis filius dicitur adoptiuus, qui eum vero adoptat, dicitur pater adoptiuus, *t.t. hic.*

Quot modis fit adoptio?

Duobus: aut principali rescripto & concessu, *l. 2. ff. de adopt.* quæ nuncupatur arrogatio: aut officio iudicis nobili, hoc est, officio Magistratus, *d.l. 2. & 1. ff. h.t.* quæ vocatur Adoptio. Arrogantur, qui quęve sui sunt iuris: adoptamus vero eos, qui quæve in potestate sunt parentum, *hic in princ. & l. ff. eod.* vnde hoc:

Arrogo, qui suus est, sed habet meus esse necesse:
Patris adopto suum, sed patris permanet idem.

Quot annorum debet esse adoptans?

Quia adoptio naturam imitatur, *l. quæsitum. 34. l. adoptio. 16. de adopt. l. filio. de lib. & posth.* debet plena pubertate, hoc est, decem & octo annis præcedere, *§. minorem. h.t.* & idem iuris est in arrogatione, vid. Iaf. *in auth. sacramenta. C. si aduers. vend.*

Est ne cuilibet permissum adoptare vel arrogare?

Non. Nam, vbi naturalis generatio non habet locum, ibi nec ciuilis, id est, adoptio, *l. adoptio. §. in plurimis. 5. h.t.* hinc spadones possunt adoptare, quia est spes sanitatis, *l. si seruus. 39. de iur. dot. l. 6. de lib. & posth.* & nuptias possunt contrahere, *d.l.* castrati vero non possunt, quia nec spes generationis est.

Fœmina possunt ne adoptare?

Non: quia nec naturales liberos, & vulgo conceptos, qui solum sequuntur matrem, non vero in potestate sunt ciuiliter, habent in potestate, *tex. hic. §. 6. sed & illud. l. 5. C. de adopt. l. familia de V.S. l. filium. l. liberos. de senator. l. exemplo. l. eos. C. de decur.*

Patitur ne exceptionem hæc regula?

In eo, quod Principis annuentia ad ſolatium trium liberorum amiſſorum, *l.5.C.de adopt.* poſſunt adoptare fœminæ *d.§.6.hic.* ſed hodie ſecus eſt, *vid.tit.59.C.de iur.liber.lib.8.*

Quid iuris, ſi à patre naturali extraneæ perſonæ in adoptionem filiusf. datur?

Hoc caſu iura naturalis patris non ſoluuntur, nec in poteſtate patris adoptiui eſt, nec ad eum quicquam tranſit: iura ſucceſſionis tamen ſalua habet in bonis patris adoptiui ab inteſtato mortui, *l.pen. §.ſed ea omnia.13.ſ. de hæredit. quæ ab inteſt.*

Quid iuris, ſi è contrario non extraneæ perſonæ pater in adoptionem filium dederit?

Si non extraneæ, ſed auo paterno vel materno in adoptionem dederit, tunc adoptiuus in familiam & poteſtatem tranſit adoptantis, duoque ſic vincula arctius ligant vno, *auth. itaque.C.com. de ſucceſ.* concurrunt namque in vnam perſonam, & naturalia & adoptionis iura, *§.2.h.t. & l.10.C.eod.*

Legitime adoptatus poteſt ne alteri quoque in adoptionem dari?

Poteſt, ac ſi naturalis filius eſſet à patre adoptiuo, *tex.hic.§. in plurimis.h.t.*

Dic in cuius locum fas eſt adoptare?

Æque in locum filii ac nepotis, verum cum moderamine, vt ſi filium iam quis habet vel naturalem vel adoptiuum, per omnia is conſentiat, ne ei inuito ſuus hæres adnaſcatur: Sed ex contrario, ſi nepotem ex filio auus in adoptionem dederit, hoc caſu non eſt opus filium conſentire, *tex.hic.§.4.minorem.*

Poſſunt ne ſerui adoptari?

Fauore libertatis poſſunt, & ſi à Dominis adoptantur, fiunt liberi, *§.10.hic.* imo conſtit. Iuſtin. *l.vn. §.ſimili. C. de latin. libert. tollend.* cum Dominus ſeruum actis interuenientibus (teſtari coram Magiſtratu, *l.1.C.de his qui in Eccleſ.mat.l.vlt.C de Magiſtr.municip.Dd.in l.2.C.eod.*) filium ſuum nominauerit, liber fit, *§.10.hic.*

Arrogatio denique quomodo procedit?

Ita, vt inquisitio & exploratio præcedat, numquid videlicet arrogatio sit profutura nec ne impuberi, causa an honesta sit pupillo: item requiritur, vt caueat arrogator personæ publ. hoc est, tabulario, quod si intra pub. discesserit pupillus; se illis, qui ad successionem eius venturi essent, si adoptio facta nō esset, bona redditurum. Deniq; & hoc opus est, vt emancipationis causa discutiatur, si emancipare eum arrogator voluerit, expediat ne, dignusve emancipatione fuerit, & tunc bona sua ei reddat. Insuper sciendum, si decedens pater eum arrogatū exhæredauerit, vel viuus sine iusta causa emancipauerit, cogitur præter bona ad eum translata pater etiam bonorum suorum quartam partem relinquere, §.3. *cum autem. h.t.*

Quæ transeunt cum arrogato in potestatem arrogatoris?

Si liberos habet in potestate, isti transeunt tanquam nepotes.

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

In parentibus militat præsumptio, quod liberis optime prospiciant, *l. nec in ea. 22. ad l. Iul. de adult. l. 10. C. de Cur. fur.*

II.

Arctius ligant duo vincula quam vnum, *Auth. itaq́. C. com. de success.*

III.

Adoptio est imago naturæ, *l. filio de lib. & posth.*

IV.

Vbi generatio naturalis non est, ibi nec ciuilis locum habet, *l. adoptio. de adopt. & §. in plurimis. 7. h.t.*

V.

Qui natura gigni nequit, nec iure ciuili adoptari potest, *l. nec apud. 7. C. de hær. instit.*

VI.

Fœminæ neque naturales neque vulgo conceptos habent in potestate §.8. *sed & illud.* quod vero matrem sequuntur, fit lege naturæ, non potestate iuris ciuilis, *l. lex natura. 24. de stat. hom.*

E Iure Canonico.

I.

Baptiſmus operatur animæ ablutionem,& in locum circumciſionis eſt inſtitutus, *Concil. Trid.ſeß.7.in tit.de ſacram.in genere.*

II.

Inuitus baptizatus characterem ſuſcipit, & cogendus eſt ad obſeruationem fidei: ſecus ſi penitus ſit coactus: plus eſt enim expreſſe contradicere,quam minime conſentire,*Can.qui ſincere. diſt.*45.

APHORISMI POLITICI ex lib.10. Platon.de Rep.

I.

Deus generis humani curam gerit: itaque iuſtos Principes beat, tum in hac,tum in futura vita: iniuſtos autem vtrobique punit.

II.

Omnes artes curioſæ,& libri vani,aut in Deum blaſphemi, à bono Principe tollendi.

III.

Boni præmiis ad virtutem hortandi: ſuppliciis mali à vitio reuocandi.

TITVLVS XII.

QVIBVS MODIS IVS PAtriæ poteſtatis ſoluitur.

Quot modis filii à poteſtate patria liberantur?

SEcundum hunc titulum,ſeptem, de quibus ordine.

Quis eſt primus?

Mors naturalis, ita ſi naturalis & legitimus pater vel auus fuerit mortuus,vt puta,patre mortuo:auo namque mortuo & patre ſuperſtite non perinde eſt, quippe dum demum filii filiæve liberantur,

siue Nepotes Neptesque sui fiunt iuris. si auo mortuo non sint recasuri in patris sui potestatem, *l. hic l si ita esset. 15. ff. quando dies legat. ced. l. 4. 5. 6. ff. de his qui sui vel alien. iur.*

Quid vero iuris, si ante mortem aui pater filium suum emancipauerit?

Hoc, quod sui iuris efficitur, mortuo auo, *l. si pater. 41. ff. de adopt.* Wesenb. Hottoman. *h. t.*

Quis est secundus?

In §. *cum autem*. nominatur deportatio, id est, mors ciuilis, quæ accidit ei, qui ob delictum vel maleficium in Insulam deportatur. *l. 1. C. de hered. instituend. in princ. J. de cap. dim. t. 16.*

Quæ sequuntur deportationem?

Ea incommoda, vt nempe ciuitatem amittat, & per conseq. patriam potestatem, quia ita ciuiliter mortuus deportatus dicitur, nec ciuis Rom. amplius est, *§. 2. h. t. & J. de patr. potest. l. quæ de tota. 76. ff. de rei vendic.* Et hoc secundo modo etiam filiusf. liberatur patria potestate, cum peregrinus ita dicatur. *Tit. sunt quidam. de pœn.*

Quod est discrimen deportationis & relegationis?

Deportare est aliquem perpetuo exilio damnare; Relegare ad tempus tantum, *l. relegatur. ff. de interdict.* hi retinent bona & iura ciuium, ciuitatemque ipsam, *l. 4, 7. de interd. & releg.* illi omnia hæc amittunt, *t. t. de interd. & releg.*

Quis est tertius?

Seruitus pœnæ. *tex. hic.* Serui autem pœnæ efficiuntur, qui in metallum damnantur, bestiis obiiciuntur, & his non absimiles sunt, qui ad opus publ. perpetuos carceres & triremes vel remos deportantur, *tex. §. 2. l. si seruus. 16. de inter. act. l. 8. 29. de pœn l. 8. de ser. pass. l. 24. §. 5. de fid. com.* item qui ad spectacula, venatoriave certamina cum bestiis damnantur, *l. aut damnum. 8. §. quicunque. de pœn.*

Quis est quartus tollendæ patriæ potestatis modus?

Patriciatus dignitas, *tex. §. 4.* quæ ab augustis Impp. præcipuo ordini fuit adscripta *L. 3 C. de consul.* in hunc ordinem qui fuerint allecti,

paren-

parentes dicebantur Principis, *l.10.C.de emancip.* hodie tales censentur Equites aurei velleris, Wesenb. *hic.*

Qui sunt proprie Patricij?

Qui à primis Senatoribus, quos Romulus elegerat, originem traxerunt, vel demonstrare possunt.

Quid hodie obseruatur circa hæc?

Hodie episcopalis gradus liberat, *Nouell.* 123. Monachatus, consularis dignitas, *vide l.vlt.C.de decur.Nou.*18.*de dignit.*

Quis est quintus modus?

Captiuitas, quæ tamen non simpliciter illico soluit patriam potestat. sed in suspenso (quoad mors captiui aut liberatio sequatur) eam retinet, hinc pendet ius liberorum, & patria potestas, si liberi fuerint captiui, *l.in bello.*12.§.1. *l.bona* 22.§.1.*de capt. & postl.reuer.* propter ius postliminii, *tex. hic.* §.4.*si ab hostibus.*

Quid iuris si captiui reuersi fuerint?

Omnia iura pristina, qui ab hostibus capti & liberati, consequuntur, *tex.hic.l. non vt.*7.*de capt.& postl.reuers.*

Quid iuris si in captiuitate pater decesserit?

Exinde ex quo pater captus est, filius fictione iuris ex l. Cornelia sui iuris fuisse intelligitur, *tex.hic.*§.4.*l.in omnibus.de capt. & postl.reu. l.pen.de suis & leg. l.*1.*ad S C. Maced.*

Quid est postliminium?

Postliminium est in integrum restitutio, ac si captiuitas non interuenisset, *l.postliminium. de capt.& postl.reuers.*

Quis est sextus modus?

Emancipatio, quæ est patriæ potestatis coram Iudice vel Magistratu facta relaxatio, dicta quasi extra manum, id est, potestatem patris positio, *hic.& tit.C.de emanc.liber.* secundum Wesenb. mancipare significat aliquid soléni modo ciuili transferre & alienare: Et hęc relaxatio fieri potest, tam in filio retento nepote, quam in nepote retento filio, §.6.*hic.*

rursus ad episcopalem dignitatem reuerti, *Concil.7.q.1.§. item. cap. nunquam.& extr.cap.translationem.*

II.

Monachus tamen, qui nunquam fuit Episcopus, bene potest esse Episcopus, Lancell. *Instit. de renunciat.*

APHORISMI POLITICI, ex lib. 1. de Leg. Platonis.

I.

Leges neque nimium seueræ seu acerbæ, neque etiam nimium faciles ac indulgentes sunto: sunt enim vtræque vitiosæ.

II.

Bellum nullum ipsum per se est optandum, sed pacis tantum causa suscipiendum.

III.

Nihil anarchia periculosius.

IV.

Ebrietas in omni bene morata Rep. castiganda. Nam ebriosi sunt facile seditiosi, vsum rationis vbique & corporis vires integra adhuc ætate amittunt.

TITVLVS XIII. DE TVTELIS.

Personæ, quæ in potestate non sunt, quomodo diuiduntur?

VEl enim patrumf. alii in Tutela, alii in Curatione, sunt: vel denique neutro genere tenentur, *in princ. hic.*

Quid est Tutela?

Est, (vt Seruius definiuit) vis ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui propter ætatem se defendere nequit, iure ciuili data ac permissa.

Quid, si Tutela est potestas in capite libero, ergo pupillus est in potestate?

Quod Tutela dicitur potestas, id de regimine & defensione vel gubernatione personæ est intelligendum, & non de iure capitis (quod est liberum, *tex.hic.*) vel status, Wesenb. *hic.* Neque enim in familia, neque in potestate Tutorum sunt pupilli, quippe sibi adquirunt, §.1. J. *de pupill.subst.*

Quotuplex est Tutela?

Quadruplex: Testamentaria, Legitima, Datiua, Fiduciaria.

Quid est Testamentaria?

Testamentaria est, cum in testam. suprema voluntate pater filiis dat Tutorem, *l.si quis.11.ff.de test.tutel.* etiam in codicillis testamento confirmatis, *l.3.ff.eod.*

Quid est Legitima?

Legitima est, quæ proximo lege defertur agnato vel cognato, non existente testamentario tutore, §.1. J. *de leg. agn. tut.* quia proximiores gradu in successione, sint etiam proximiores in onere tutelæ, cum ad hos successio remotioribus exclusis pertineat, §.1. *inf. de success.agnat.*

Quid est Datiua?

Datiua est, quando nec Testamentarius tutor, nec legitima tutela, neque consanguinei idonei adsunt, & in subsidium à Iudice ex officio datur, quæ etiam Attilia potest dici ex l. Attilia §.1. *de Attil.Tutel. infr.* vel honoraria, ob honorem, qui tamen non habet onus, *Inst.de excus.Tut.vel Cura.*

Quid est Fiduciaria?

Fiduciaria est, quando pater filium filiamve vel deinceps manumiserit, & legitimam tutelam nactus est, quo defuncto si liberi eius virilis sexus extant, fiduciarii loco patris defuncti fiunt Tutores, *in princ.Instit.inf.de fiduc.tutel.*

Da exemplum.

Titius duos habuit filios, Seium nimirum & Mæuium: Seius maior, Mæuius pupillus erat. Titius Seium habuit in potestate, Mæ-

uium emancipauit, Tutorque eius erat, ac mortuus est, quo mortuo Seius frater Mæuii pupilli fiduciarius fuit Tutor Agnatus namque nō potuit esse Tutor, quia emancipatione ius periit agnationis.

Quid est Tutor?

Tutor est, qui pupillum vel pupillam morte patris vel emancipatione sui iuris factum vel factam tuetur.

Quæ est differentia inter Tutorem & Curatorem?

Prima est, quod Tutor datur impuberi: Curator vero puberi & adulto, scilicet furioso, prodigo, surdo, muto, & similib. qui rebus suis commode præesse nequeunt; 2. Tutor datur à Testatore & confirmatur decreto Iudicis vel Præsidis, & datur inuito etiam: Curator vero non nisi volenti, preterquam ad litem. 3. Tutor non datur certæ rei vel causæ, in Curatore secus est. 4. Tutor principaliter personæ datur, secundario rebus: Curator vero principaliter rebus & secundario personæ.

Licet ne Nepotibus suis Tutorem testamento constituere, vel præscribere?

Licet, ita demum, si post mortem aui non sint in potestatem patris recasuri, seculque est, si sit emancipatus, quia tunc Nepotes sui hæredes sunt, nec post mortem aui recidunt in patris potestatem, sed sui iuris fiunt.

Quid de emancipato filio sentis?

Huic pater si Tutorem dederit testamento, tunc confirmandus est omnimodo sententia Presidis, nullo habito respectu, vtrum idoneus sit necne, *l. si filio. 6. de conf. Tut.* & hoc est, quod dicitur sine inquisitione, *h. t. in fin.*

Quid iuris in posthumo?

Et huic testamento Tutor recte datur, *hic. §. fin. l. 1. §. 1. ff. de test. tut.*

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Quo tutela redit, eo & hæreditas peruenit, nisi cum fœminæ hæredes intercedunt, *l. 73. ff. de R. I.*

II.

Nemo potest Tutorem cuiquam dare, nisi ei, quem in suis hæredibus, cum moritur, habuerit, habiturusve esset, si vixisset, Cuiac. *in l. quo tutela. ff. de* R. I.

III.

Fœmina non habet potestatem Tutoris dandi in testam. quia filios non habet in potestate, §. *fœm.* 3. *de adopt.*

IV.

Posthumi pro iam natis habentur, vbi scil. agitur de eorum commodo. *l. quod dicimus.* 231. *de V. S. l. qui in vtero.* 7. 26. *ff. de stat. hom. tex. hic.* §. *cum autem.*

V.

A matre datus Tutor ex inquisitione confirmatur, *l.* 2. *ff. de confir. Tutor.* propter iudicii imbecillitatem, §. 1. *auth. vt immobilia.* legata & tutelæ, *in l.* 12. *tab.* parificantur. Vt igitur legata, ita & tutelæ Codicillis relinqui possunt, *l. verbis.* 120. *ff. de V. S.*

VI.

Pater præsumitur filio per omnia recte prospexisse, §. 10. *hic. l. nec in ea.* 22. *de adult. l.* 2. *l. cum ex filio de vulg. & pup. l. vlt. de cur. fur. l. cum quidam.* 24. C. *de LL.* vid. Wesenb.

E Iure Canonico.

Subdiaconus potest quis ordinari in 18. anno, Diaconus in 20. presbyter in 25. Hodie nemo ad subdiaconatum ordinari potest ante 23. annum, ad presbyteratum ante 25. etiamsi quis sit regularis, *Concil. Trid. sess.* 23. *c.* 12. Lancell. *de iis qui in sac. sunt constit.*

APHORISMI POLITICI
ex 2. lib. de LL. Platon.

I.

Vini vsus præsertim calidis in regionibus est adolescentibus vel interdicendus, vel moderandus.

II.

Turpissimum est, Magistratum eo ipso ore mentiri, quo Deum inuocat.

III. Con-

III.

Conuiuiales leges neque ſint nimium laxæ,neq; nimium ſeueræ.

IV.

Cantus,ludus,ſaltatio,conuiuia,gymnaſia,exercitationeſq; publ. ac priuatæ ſunt legibus definiendæ, vt voluptati modum ponere & quidem mature homines aſſueſcant,& honeſtis duntaxat rebus delectari.

V.

Nullæ res externæ abſque virtute, pietate in Deum & iuſtitia ſunt vel vtiles vel iucundæ.

TITVLVS XIV.

DE IIS QVI TESTAMENto Tutores dari poſſunt.

Qui poſſunt dari Tutores?

HOc ex princ. tit. videre eſt, nimirum non ſolum paterf. ſed etiam filiusf. ſed & ſeruus proprius Teſtamento cum libertate recte Tutor dari poteſt, *tex. hic.*

Quare filiusf. cum is, qui in poteſtate eſt, alium in poteſtate habere non poſſit? (l. ſic eueniunt. 21. de adult. l. ſi ſeruus. 16. de interr. act.)

Quia tutelæ munus officium eſt publ. reſp. Tutor. *l. filiusf. 9. de his qui ſunt ſui iur. ⁋. in princ. de exc. tut.* & quia priuata cedunt publicis, *l. nam quod. 14. ad SC. Treb. l. quippe. 78. de iudic.*

Quare ſeruus?

Quia onus Tutelæ non eſt dignitas, adeo vt etiam viles perſonæ, libertini, imo infames, officii huius participes ſint, *l. 3. ff. de poſt. l. qui tutelam. 28. §. 1. l. quæro. 32. de teſt. tutel.*

Quid, si seruus sine libertate sit Tutor testamento datus?

Tunc tacite fit liber, nec obstat non expressa libertatis datio. *hic. in princ.* §. 1. *sup. qui & ex quib. cau.* cum subintelligatur, quippe seruus Tutor esse nequit, nisi cum libertate, *tex. hic.*

Quid, si Testator dederit seruum, quem putauit esse liberum?

Si per errorem quasi liberum dedit, tunc manet seruus, & Testator nihil egit, *hic. in princ.*

Quomodo quis vtiliter seruum alienum potest Tutorem dare?

Si adiecerit conditionem: SI LIBER ERIT: Nam pure nihil agit Testator; proprius autem seruus hoc modo perperam datur, *tex. hic.* v. Wesenb.

Quid iuris, si furiosus vel minor 25. annis testam. Tutor datur?

Tunc semper fauore libertatis subintelligitur conditio, si ad mentem redierit sanam, & 25. minor annis, si maior 25. annis fuerit factus, *tex. hic.* §. 2.

Manebit ne interim Tutela in suspenso?

Non, quia interim Magistratus tenetur tam furioso quam minori 25. annis Tutorem dare, *l. si hæreditas.* 10. §. 2. *in princ. inf. de Attil. Tut.*

Quomodo autem datur Tutor?

Variis modis: Vel ad certum tempus, *l. si quis. de test. tut. tex. hic.* §. 3. vel ex certo tempore, puta post quinquennium, *tex. hic.* vel sub conditione, *tex. hic. l.* 11. *de test. tut.* vel ante hæredis institutionem, *tex. hic. l. si nemo.* 9. *ff. de test. tut.* & personæ principaliter non causæ datur vel rei, *tex. hic.* vid. *tit. præced.*

Quid iuris si filiis Tutor datur, extenditur ne etiam datio ad posthumos vel nepotes?

Hac discretione: ad Posthumos posthumasve, si filiis dederit Testator Tutorem, *l. si quis.* 5. *ff. de test. tut.* & ratio est, quia, quando de

commodo illorum agitur, censentur nati, *tit. praced. de tutel.* §. *cum autem. l.*231 .*de V.S.* Non vero ad nepotes, *tex. h.* §. 4. nisi liberos dixerit, quorum appellatione quidem continentur, *l. liberorũ.* 220 .*de V.S.* Plane si posteris dederit, tam filii posthumi, quam cæteri liberi continebuntur, *tex. hic.* §. 2. 3 .*inf. de exh. lib. l.* 6 *de testam. tut.*

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Regula: Nemo potest, *l.* 73 .*de* R.I. huc referri potest, vid. *tit. praced.*

II.

Actus legitimi, qui recipiunt diem vel conditionem, veluti mancipatio, datio Tutoris, in totum vitiantur per temporis vel conditionis adiectionem, *l.* 77 *de* R.I.

III.

Fœminæ ab omnibus officiis ciuilibus vel publicis remotæ sunt, & ideo nec iudices esse possunt, nec Magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec procuratores existere: item impubes omnibus officiis ciuilibus debet abstinere. *l.* 2. *de* R. I.

E Iure Canonico.

Impuberes & non constituti in sacris non possunt eligere, *c.* 1. 13. *q.* 7. *Clem. vlt. de atat. & qual.* Lancell. *qui eligere e eligi ve possint. tit.* 7.

APHORISMI POLITICI *ex lib.* 3. *Platon. de LL.*

I.

Optimarum Reip. formarum optima est Monarchia, quæ bonis ll. sancita est ac vtitur: proxime enim ad patriam potestatem accedit.

II.

Leges populi suffragiis liberis probari debent, vt vim habeant, illisque obtemperetur.

III.

Ignorantia vel improbitas Imperantium est politiæ pestis & pernicies summa.

IV.

Quemadmodum homo absque societate viuere non potest: ita neq; societas diuturna aut tuta absque legibus vnquam esse poterit.

TITVLVS XV.

DE LEGITIMA AGNATORUM TUTELA.

Quando hæc agnatorum tutela habet locum?

TVm, cum ex testam. non extat Tutor, vel quia viuo testatore decesserit, *l. intestato. 6. de legit. Tutori.* vel quia testamento nihil de tutela cauerit, Wesenb. Quoad namque testamento datus est Tutor, legitima silet tutela, *tex. hic in princ. & §. 2. seq. l. 11. si quis. de testam. tutel.*

Quo iure hæc tutela agnatis competit?

Lege 12. Tab. *tex. hic. l. 1. ff. de legit. Tutor.* vid. J. *de hared. quæ ab intest. item de legit. agn. succ.*

Qui sunt agnati?

Qui per virilis sexus lineam coniuncti sunt, in consanguinitate sic dicti quasi adnascantur: vel agnati sunt à patre cognati virilis sexus, vel per virilem sexum descendentes eiusd. familiæ, veluti patrui fratres, Wesenb. *hic.*

Qui sunt cognati?

Qui per fœmineum sexum sunt coniuncti.

Est ne hodie discrimen inter agnatos & cognatos quoad tutelam?

Non. Nam pro vt in successionibus, ita etiam in administratione tutelæ differentia est sublata hodie per *Nouell.* 118. fœminæ tamen agnatæ hic non intelliguntur, quia tutela virile est officium, *l. 2. de R. I. l. vlt. de Tutor.*

Quo

Quo ordine defertur agnatis tutela?

Eo, quo nempe proximiores gradu ſemper remotiores excludunt, qui enim proximior eſt ſanguine, etiam tutela, *tex. hic.* §. 3. §. 1. J. *de ſucc. agnat. verſ. non tamen.*

Quid ſi plures fuerint in eod. gradu?

Pariformiter omnes ſuccedunt, *d.* §. 3. vt ſi plures fuerint fratres, pariter tutelam adminiſtrant, *d. loc.*

Quomodo finitur tutela?

Capitis diminutione, quia & agnationis ius, *l. tutelas. 7. de cap. dim.* nouo vero iure ſecus eſt, *l. iura ſanguinis. 8. de R. I. tex. hic. in fin.*

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Ciuilis ratio ciuilia iura corrumpere poteſt, naturalia vero non vtique *l. iura ſanguinis. 8. l. nihil. 35. de R. I. l. 108. de cap. dimin.*

II.

Cum principalis cauſa non conſiſtit, nec ea, quæ ſequuntur, locum habent; acceſſorium namque ſequitur ſuum principale, *l. cum principalis. 139. de R. I.*

III.

Quo tutela redit, eo & hæreditas peruenit, niſi cum fœminæ hæredes intercedunt, *l. 73. de R. I. §. ſed etſi poſt. Inſt. de contr. empt. l. 10. §. ſed cum. C. de furt.*

IV.

Prouiſio hominis tollit prouiſionem legis, *l. 1. ff de leg. Tut. l. fin. C. de pact. conuen.*

E Iure Canonico.

I.

Electio facta de indigno ius eligendi transfert ad Rom. Pontif. *l. 4. C. de his quib. vt indig.*

II.

Delegatus ſubdelegans etiam in totum re integra reaſſumere poteſt, *c. quamuis. de offic. & pot. iud. deleg.*

APHORISMI POLITICI ex lib. 4. Platon. de LL.

I.

Careat ciuitas iis rebus & commerciis, quorum noxia est tractatio, vsus, & imitatio, vt serici, cupediarum & fucorum.

II.

Pessime regitur ea ciuitas, in qua non leges præsunt, sed voluntas Magistratuum: Optime vero illa, in qua leges dominantur ipsis Magistratibus.

III.

Religio vera est fundamentum reip. itaque potissima de ea constituenda cura reip. esse debet.

TITVLVS XVI.

DE CAPITIS DIMINVTIONE.

Quid est capitis diminutio?

EST prioris status commutatio, *tex. hic*, vt quando liber efficitur seruus.

Quid significat caput?

Caput hic sumitur pro statu, *l. capitalium 28. de pœn. l. 2. de interd. & releg.* item pro iure sumitur, *l. 3. ff. de cap. dim.*

Quot modis fit diminutio capitis?

Tribus: aut enim dicitur minima, aut media, aut denique maxima: vel fit in libertate, vel in ciuitate, vel in familia, *tex. hic. l. 1. ff. eod.*

Qua est minima?

Quando nec ciuitas, nec libertas amittitur, sed status duntaxat commutatur, vt si quis sui iuris est, postea alieno iuri subiicitur, vtputa per arrogationem, aut cum quis emancipatur, qui sub alterius erat potestate.

Quæ est minor, seu media cap. diminutio?

Cum salua libertate ciuitas amittitur, *tex. hic. §. minor.* hoc est, cum ius gentium retinetur, *l. 4. §. 10. de grad. & affin.* vt cum quis deportatur seu relegatur ad tempus.

Quæ est maxima?

Quæ & libertatem & ciuitatem amittit, quæ accidit iis, qui serui pœnę efficiuntur, vt qui in metallum vel ad bestias damnantur, *l. aut damnū. 8. §. 2. de pœn. tex. hic. §. maxima.* hæc morti par est, *l. 4. ff. qui satis. cog.* Hodie tantum habet locum in his, qui per sententiam ad vltimum supplicium, pœnam scil. gladii damnantur, *l. qui vltimo. 29. de pœn. gloß. in auth. sed hodie. C. de don. int. vir. & vxor. §. quod autem. auth. de nupt.* Wesenb. *hic.*

Quæso quis est horum prædictorum in iure effectus?

Huius diminutionis magnus vel maximus est effectus; quippe, qui mediam vel maximam senserit capitis diminutionem, habetur pro mortuo: hinc iterum resultat alius effectus, quod non conueniatur à creditoribus, nec agat contra debitores, nisi pro relicto legato in alimenta, vel pro habitatione legata, quæ legata potius consistunt in facto quam iure: item non est idoneus ad tutelam vel curam, *l. 2. l. tutelas. ff. eod.* qui vero minimam patitur, manet Magistratus, Senator & Iudex, retinetque tutelam, nisi legitima fuerit.

Quid iuris in ijs, quibus dignitas magis ac status mutatur?

Hi capite non minuuntur, & ideo Senatu motus non minuitur capite, quia dignitas alia res est quam status, *§. seruus. h. t.*

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

Non potest videri desiisse habere, qui nunquam habuit, *l. 208. ff. de R. I.* id est, priuatio præsupponit habitum, hinc seruus manumissus capite non minuitur, quia nullum caput habuit.

E Iure Canonico.

Magnus defectus scientiæ tribuit legitimam causam renunciandi, Lancell. *de Remin. tit. 19.*

APHO-

APHORISMI POLITICI
ex lib. 5. Platon. de LL.

I.

Nimiæ opes, diuitiarumque copia, est reip. noxia. Nam ex illa insolentia, dissidia, & immanis voluptatum fœdissimarum vsus & luxus oritur.

II.

Fides est fundamentum societatis humanæ, perfidia vero pestis.

TITVLVS XVII.
DE LEGITIMA PATRONORUM tutela.

Quid est legitima Patronorum tutela?

Est tutela libertorum & libertarum, quæ ex l. 12. tab. tacite ad patronos liberosque eorum pertinet, *tex. hic, in princ.*

Quare tacite?

Quia hoc expresse ll. non extat, sed per interpretationem solum receptum est, *h. t.*

Quid sibi vult per interpretationem?

Quod ICtorum olim & Interpretum l. 12. tab. vsu recepta opinio vim legis obtinuit, ac pars Iuris ciuil. posterioribus temporibus esse cœpit, *l. 2. § his legibus latis. ff. de orig. iur.*

Quare, & quo iure vocantur ad tutelam Patroni?

Per consequentias, hoc est, exemplo, quo eos inprimis agnatos ad tutelam vocat ius, quos ad successionem vel hæreditatem admisit. Ead. ratione hæredes libertorum libertarumq; quoad patronos & eorum filios ab intestato pertinent, crediderunt veteres, voluisse legem etiam tutelam ad eos pertinere, *tex. hic.* quippe alternata serie commoda & incommoda debent procedere, *l. 10. C. de furt.*

Quid si fœmina impubes manumittatur, habebit ne tutelam, quia & ad hæreditatem vocatur?

Non, quia virile est onus tutelæ officium, à quo remouentur fœminæ, propter iudicii imbecillitatem, *l.2.de* R.I. *5.tit.* C.*quand. mul.offic.tutel.fung.pot.*

Quid est Patronus?

Secundum Canones dicitur is, qui habet ius præsentandi aliquem ad beneficium Ecclesiasticum: secundum ll. *vt hic.* dicitur is, qui seruum suum sponte manumisit, qui seruus postea dicitur libertus.

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Fœminæ ab omnibus officiis ciuilibus remotæ sunt. *l.2.ff.de* R.I.

II.

Quod ex interpretatione venit, pro scripto iure habetur, *tex.hic. l.& ideo.11.cum seqq.de ll.* Menoch.*consil.5.nu.30.*

III.

Vbi periculum, ibi lucrum, *l.10.*C.*de furt.*

IV.

Vbi eadem ratio, ibi idem ius esse debet, *l.1.§.interdum. ff.de fonte. l.si postulauerit.§.2.ff.ad l.Iul.de adult.l. quidam numularios. ff.eod. §. istos tamen.Instit.quod cum.eo.tit.7.lib.4.l.nauta.§.10.ff.de naut.caup.stab.l. illud.ad l. Aquil.& tex.hic.*

E Iure Canonico.

Episcopus orationi & prædicationi debet insistere, *Can.baptismus. de consecr.dist.4.can.director.dist.43.* & debet liberalis esse, Lancell.*de vit.& hon.Prælat.*

APHORISMI POLITICI ex lib.6.Platon.de LL.

I.

Religio vera bonarum legum origo est.

II.

Boni muneribus publicis præficiendi; Nam sua auctoritate abutens Magistratus maxime nocet, sicq; infinitum Magistratuum imperium certis finibus est coercendum.

III.

Magistratus sancte, hoc est inuocato Dei prius nomine & circumspecte est eligendus.

IV.

Festinatio est iudiciorum nouerca & labes.

V.

Prius per amicos tentanda est pax inter ciues, quam lites intententur.

VI.

Adolescentiæ recta institutio est publicor. negotiorum omnium maxime serium.

TITVLVS XVIII.

DE LEGITIMA PARENTUM Tutela.

Quid est legitima Parentum tutela?

EST quæ iure ciuil. ex ICtorum interpretatione illi competit, qui filium filiamve, nepotem aut neptem ex filio, & deinceps impuberes emancipauerit, & dicitur talis legitimus eorum Tutor.

Quare dicitur legitima?

Quia Interpretum, antiquorum scilicet ICtorum interpretationes vim legis habuerunt, vt *præced. tit.* dictum, non quod ex lege 12. tab. sit, *l. 2. ad SC. Tertyll.* sed ad exemplum legitimæ patroni tutelæ est inducta. Wesenb. *hic.* hæc tutela hodie non habet locum, quia nec emancipatio.

APHORISMI POLITICI ex eod. lib. 6. Platon. de LL.

I.

Noua instituta tandem consuetudine emollescunt, & placere incipiunt.

II.

Nullus Magistratus à reddenda sui muneris ratione Reip. immunis esto.

III.

De coniugibus, dotibus, & diuortiis leges scribuntor.

IV.

Census discrimen habendum.

V.

Electiones libere & incorrupte sine ambitu fiant.

VI.

Qui ciuis munus sibi à Rep. demandatum recusarit, damnas esto.

TITVLVS XIX.
DE FIDVCIARIA TVTELA.

Quid est fiduciaria tutela?

EST, quando pater filios filiasve, nepotes neptesve, quorum Tutor est legitimus, manumisit, quo tandem defuncto, alter filius, qui in sacris permansit paternis, & perfectę ætatis est, ad tutelam fratris emancipati impuberis vocatur, *in princ. h. t. auth. sicut hæreditas.* C. *de legit. tutel.* Nouell. 118. c. 5. Qui hanc habet administrationem dicitur fiduciarius Tutor, ob fidem, quæ in fraterno sanguine præsumitur, hinc & fiduciaria tutela.

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Qui in vno grauatur, in alio releuari debet. *l. cum qui. ff. de iur. iurand.*

riusve, dabatur, *tex. hic in princ.* Vbi notandum, quod Prætor non ex sua Iurisd. sed ex præscripta lege Tutores soleat dare.

Quam possumus dicere maiorem partem suffragiorum?

Eam quæ vel vnico suffragio superat, *tex. hic.* Nam decem creabantur Tribuni Plebis, & si sex consenserint, maior pars Tribunorum dicebatur, Wesenb. *h. t.*

Præterea quibus prouisum erat hoc Tutorio remedio?

Iis, quibus Tutor vel sub conditione, vel pure datus fuerat. Nam quoad in suspenso erat, dies conditiove pendebat, his legibus hæredibus prospiciebatur; quamdiu namque spes est tutelæ Testamentariæ, legitima interim silet, *l. si quis sub conditione,* 11. *ff. de testam. tutel.* ac ne interim quid damni in hæredes redundare queat, datiuus, siue Attilianus dabatur, *tex. hic* §. *sed etsi.* 2. quod de captiuis, donec reuertantur, quoque intelligendum est, *d.* § *l.* 1. §. *si ab hostibus.* 5. *quib. mod. ius patr. potest. soluitur. l. si quis. ff. de Tut.*

Quare sublatæ sunt postmodum hæ leges?

Quia non idonee satisque bene pupillis prospiciebatur, quippe illis nec de cautione à Tutoribus exigenda rem saluam pupillis fore, neq; de compellendis Tutoribus ad tutelæ administrationem quicquam cauebatur.

In locum vero harum ll. quid erat constitutum?

Hoc, nempe vt Prætor Romæ ex sua iurisdictione, vel Præfectus Vrbi, in prouinciis Præsides ex inquisitione Tutores crearent, vel alius inferior Magistratus iussu Præsidum, si facultates pupilli 500. aureos non excesserint, *hic.* §. *sed ex his.*

Quid est ex inquisitione creare Tutores?

Est inquirere, an Tutor sit bonæ famæ & existimationis, siue integer. 2. num sit soluendo, si damnum pupillus ex mala sua administratione caperet. 3. numquid ipse cupiuerit & expetiuerit tutelam atque se ingesserit. Nam qui se vltro sine iussu Magistratus in-

gerit, suspectus dicitur, *l. quæ omnia. 25. §. 1. ff. de Procur.* Postremo si ambiuisset præmiis & pecunia administrationem, & talis longe magis suspectus dicitur, *l. scire oportet. 21. in fin. ff. de Tut. dat. ab his qui ius dand. hab.*

Mansit ne hic mos postmodum?

Non. Nam & is in desuetudinem abiit; atque si facultates pupilli vel adulti vsque ad quingentos solidos (id est aureos, §. *qua parte.* J. *de pœn. tem. litig. l. vlt. ff. de in ius vocand. l. 5. §. Prætor ait. ff. de his qui deiec.* dictus quod solido pondere esset percussus) valeant, defensores ciuitatum cum Antistite, vel Iuridicus Alexandriæ Tutores vel Curatores cũ cautione vel satisdatione creare possunt, *tex. hic. § nos autem.*

Quid si minus idoneam cautionem à Tutoribus vel administratoribus exegerint?

Profecto èo casu Magistratus, si Tutor non fuerit sufficiens soluendo, in subsidium teneretur, ne damnum sentiat pupillaris ætas, *C. de Magistr. conueni.*

Quando tenentur Tutores reddere rationes?

Post pubertatem finita tutela, *tex. hic. l. 1. 2. 3. ff. de tutel. & rationib. distrah.* nostris vero temporibus singulis annis ex Caroli V. constit. Bart. *in l. 1. §. officio. ff. mandat.*

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Naturali iuri conueniens est, vt is, qui perfectæ ætatis non sit, alterius tutela regatur, *tex. hic. in princ.*

II.

Tutoris datio neque imperii est nec iurisdictionis, sed à lege vel Principe specialiter datur, *l. mutuo. 6. §. 2. de Tutel.* Wesenb. *hic.*

III.

Pupillus pati posse non intelligitur, *l. 110. ff. de R. I.*

IV.

Pupillus nec velle nec nolle in ea ætate, (nisi interueniente authoritate Tutoris) creditur: Nam quod animi iudicio fit, in eo Tutoris authoritas necessaria est, præsertim cum pupillus, quicquid videt, ignoret, *l. 149. de R. I. l. pupillus. de acquir. hæred.*

V. Pu-

V.

Pupillum, qui proximus sit pubertati, id est, qui habet annos decem cum dimidio, capacem esse & furandi & iniuriæ faciendæ constat, *l.* 111. *de R. I.*

VI.

In delictis proximus pubertati pro pubere habetur, *l.* 23. *de furt.*

VII.

Posteriora derogant prioribus, *l. pacta nouissima. C. de pactis.*

APHORISMI POLITICI ex lib. 8. Platon. de LL.

I.

In ferendis legibus cauendum, ne per eas alicui flagitio labes pateat, veluti in Lacedæmoniorum legibus, vt clam furari liceret.

II.

Militaris disciplinæ cognitio vigere debet in quauis duratura Republ.

III.

Est Tyrannorum, nolle vt subditi sese militarib. rebus exerceant.

IV.

De annonæ caritatis ratione & copia leges & statuendæ & seruandæ.

V.

Non vni plura officia publica gerere, aut plures artes priuatim exercere liceat.

TITVLVS XXI.

DE AVTHORITATE Tutorum.

In quibus opus est pupillis hac authoritate Tutorum?

IN iis causis, in quibus aliis se obligant, metusve subest, ne deteriorem conditionem suam faciant: in iis tamen, in quibus sibi dari

ſtipulentur, meliorque eorum ſit conditio, neceſſaria non eſt, *tex. hic.* §. 1. *l. pupillus. 9. de acquir. hæred. l. obligari. 9. ff. h. t.* ſic acquirere ſtipulando & per traditionem accipiendo ſine Tutore poſſunt, ſed credendo obligare ſibi non poſſunt, quia ſine Tutoris authoritate nihil alienare valent, *d. l. obligari. 9.*

Quid ſi authoritas Tutorum non interuenerit, & nihilominus obligationes naſcantur?

Tunc ipſi, qui cum his ſine Tutoris authoritate contrahunt, obligantur, at inuicem pupilli non obligantur, vt in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, depoſitis, *tex. hic.* §. 1 *l. ſi id. 7.* §. 1. *ff. de reſcind. vendit. l. Iulianus. 13.* § *ſi quis à pupillo. 29. de action. empt. l. 1. ff. de reſcind. vend.* vid. Ꞁ. §. *nunc admonendi. tit. quib. alien. licet, vel non.*

Quare in Rubrica poſuit Imp. duntaxat Tutorum, & non Curatorum?

Quia Curatores non authoritatem, ſed conſenſum interponunt, *l. cum in vna. 17.* §. 1. *de apell. & in rubr. ff. eod. de auth. Tutor. & conſenſ. Curat.* Et ſciendum, quia perſonæ Curator non datur, *l. in copulandis. 8. C. de nupt.* Ideo reſp. perſonæ contrahere & ſe obligare: vxorem ducere abſque authoritate eius minor veluti ſui iuris poteſt, *l. puberes. l. ſciendum. 20. ff. de rit. nupt.* Læſo tamen ſubinde beneficium reſtitutionis paratum eſt, Weſenb. *ad rubr.*

Quia pupillus meliorem conditionem ſuam facere poteſt, quid ſi ſine authoritate Tutorum hæreditatem adierit, valet ne aditio?

Non valet. Licet enim ſpes ſit commodi, tamen, quia quaſi ex contractu obligatur, *l. 5.* §. *hæres. ff. de O. & A.* §. *hæres.* Ꞁ. *de oblig. quæ quaſi ex contr.* ideo nec bonorum poſſeſſionem petere, neque hæreditatem adire, neque hæreditatem ex fideicommiſſo ſuſcipere ſine Tutoris authoritate poteſt, §. 2. *h. t.* quippe interdum damnoſæ ſunt, §. *in extraneis.* Ꞁ. *de hæred. qual. & diff.*

Quando authoritas requiritur Tutoris?

Vt pupillo Tutor commodum quærat, ſtatim & in principio debet

bet author fieri non per Epiſtolam, ſed ſua præſentia & conſilio, §. *tutor.3.hic.* alias nil agit, quia paria ſunt, non interponere, vel non rite interponere, *l.nulla.2. de auth.Tutor.*

Poterit ne in ſuam rem Tutor author eſſe, ſi cauſam cum pupillo habeat?

Non poteſt; verum Curator interim in locum eius datur, qui agit cum Tutore, qui, finito iudicio, Curator amplius non erit, *tex.hic.*

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Neque in interdicto, neq; in cæteris cauſis pupillo nocere oportet dolum Tutoris, ſiue ſoluendo eſt, ſiue non eſt, *l.198.ff.de R.I.*

II.

Quod initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis conualeſcere, *l.29.ff.de R.I. l.1.ff.de Reg.Caton.*

III.

Tutor non niſi rerum vtilium pupillo author eſſe poteſt, *l.1.ff.eod.* ſin vero ſecus fuerit, valet quidem authoritas, ſed pupillo ſalua manet reſtitutio, & Tutor geſtus nomine tenetur, *l.vlt.& t.t.C.ſi tutor vel Curat.inter.*

IV.

Vt donet pupillus author Tutor eſſe non poteſt, *l.1.9.h.t.l.ab agnato.12.l.10.ff.de cur.fur.* quia donare eſt perdere, *l. filiusf. 7. de donat.* perdere autem in adminiſtratione non probatur, *l.qui fundum.7.§.ſi Tutor.ff.pro empt.l.interdum.56.§.3.ff.de furt.* Welenb.*hic.*

E Iure Canonico.

Archiepiſcopus in ſubditos Epiſcopos ordinariam habet iuriſdictionem, *c.paſtoralis.de ſent.& c.re iudicata.de off.ordin.*

APHORISMI POLITICI ex lib.9.Platon.de LL.

I.

Leges ponuntur, vt ſecundum eas viuatur.

II.

Publicæ vtilitatis respectus est & publicæ & priuatæ pacis firmamentum.

III.

In criminalibus iudiciis accusatio rei eiusdemque defensio fit libera, certa, examinata, non festinata, à iuratis iudicibus, tandem sententia dicatur ac pronuncietur.

IV.

Festinatio & mora sunt bonorum iudiciorum nouercæ.

TITVLVS XXII.
QVIBVS MODIS TVTEla finiatur.

Dic quibus finiatur causis Tutela?

PRima causa hic est pubertas, *l.1.C.quand.Tut.vel Cur.esse desin.l.Seia.26.ff.de Tut.vel Cur.dat.* quia in propriam illico deueniunt tutelam pupilli pupillæque, *tex.hic.§.1.j.de pup.sub.*

Quando dicuntur in iure puberes?

Masculi post decimum quartum, fœminę vero post duodecimum annum completum, tunc enim pubertas dicitur, eo enim anno fœminæ sunt viripotentes, *tex.hic.in princ.l.3.C.quand.Tut.vel Cur.esse des.*

Quæ est secunda causa?

Arrogatio, *tex.hic.l.si arrogati.14.ff.de Tutel* & ratio est, quod arrogati in potestatem familiamque arrogantis transeant, hinc quia non sunt sui iuris, neque Tutores possunt habere: nam fit cum consensu Tutoris arrogatio.

Quæ est tertia causa?

Deportatio: (deportare est aliquem perpetuo exilio damnare) ratio est, quia siue Tutor siue pupillus hoc casu ciuitatem amittunt,

& per

& per conseq. etiam ius tutelæ, quia actus est legitimus Tutoris datio, *l.77.ff.de R.I.tex.hic.*

Quæ est quarta?

Seruitus, quia ob ingratitudinem erga Patronum libertus pupillus in seruitutem est redactus, *tex.hic.§.item finitur.1.*

Quæ est quinta?

Captiuitas, vtputa si ab hostibus pupillus captus sit, *tex.hic.§.1.*

Quæ est sexta?

Conditionis adimpletio; nam sub conditione datus Tutor, ea existente desinit esse Tutor, & sic in testamento sub conditione dari potest, *tex.hic.* non tamen ita à Iudice. *l.actus.77.ff.de R.I.*

Quæ est septima?

Mors ciuilis, quæ capitis diminutione accidit in Tutore, qua nimirum libertas vel ciuitas amittitur: Minima tamen capitis diminutione Tutoris (vt si se in adoptionem dederit) duntaxat legitima tutela tollitur, quia perit agnatio, ob quam legitima tutela datur, *l.tutelas.7.ff.de cap.dimin. tex.hic.§.sed & cap.dim. §.simili modo.*

Quæ est octaua?

Mors naturalis, siue pupillus Tutorve obierit diem suum, *l.4.C.in quib.cas.Tut.vel Cur.hab.& d.§.simili modo.h.t.*

Quæ est nona?

Mors etiam ciuilis omnis in pupillo, hoc est, etiam minima capitis diminutio, quia mutat familiam, hinc quia sui iuris amplius non est, ei Tutor esse non potest, *tex.hic.§.minima.*

Quæ est decima?

Adimpletio vel existentia temporis, vtputa si Tutor ad præscriptum tempus datus sit, eo finito, finitur & tutela, *tex.hic. §.præterea.*

Quæ est vndecima?

Suspicio malæ administrationis: desinunt enim Tutores esse, qui ob suspicionem remouentur, *§.desinunt.hic.*

Quæ est duodecima?

Iusta excusatio, de qua *in tit. de excus. Tut. vel Cur. J. t. 25.*

APHORISMI POLITICI, ex lib. 11. Platonis de Leg.

I.

Crimina alia sunt voluntaria, alia non voluntaria, vti quæ sine dolo malo & animo nocendi fiunt: illa grauius, hæc leuius sunt punienda.

II.

In iudicandis puniendisq; criminibus personarum quæ deliquerunt, & in quas peccatum est, habenda ratio, vtrum scil. Magistratus an priuatus sit læsus, vtrum filius patrem, an extraneus extraneum offenderit: seruus dominum, vxor maritum. Nam hæ personæ peccantes merito grauius puniuntur, & Magistratui quam priuato facta iniuria seuerius castiganda est.

III.

Sacrilegia & parricidia, itemque Maiestatis & veneficii & cædis crimina grauissimis pœnis coerceri debent.

TITVLVS XXIIII. DE CVRATORIBVS.

Qui accipiunt Curatores?

TAm masculi puberes quam fœminæ viripotentes ad 25. vsque annum ætatis completum, *tex. 1. §. 1. l. 3. §. minorem. ff. de minor.*

Quare cura in fœminis non citius finitur, exemplo Tutelæ, quam in masculis?

Propter lubricum animi iudicium; licet enim citius viripotentes fiant, non tamen perinde animi iudicio pollent, & per conseq. administratio illis bonorum antea non debet committi, *tex. hic. in princ.*

& l. 1.

& l.1.ff.de minor. & hæc etiam faciunt differentiam inter curam & tutelam: deinde differunt, quia Tutor testamento datur, curator non æque, nisi datus decreto Prætoris, vel Præsidis confirmetur, §. 1. *hic.* quippe minores completo 14. ætatis anno facultatem Testamenti faciendi consequuntur, *l. qua ætate. 5. ff. de Testib.* cum in propriam veniant tutelam, §.1. *J. de pup. subst.* item Tutor datur inuitis, Curator nisi volentibus (dantur autem Curatores ab iisdem Magistrat. à quibus & Tutores, nimirum municipalibus, *l. 3. ff. de Tutor. dat. ab his.*) Curator porro datur etiam rebus singulis ad certam causam, §.1. *h. t.* Tutor vero omnibus bonis, §. *datus. 17. J. de exc. Tut. vel Cur.* Deinde Tutor personæ, Curator rebus datur, *l. 8. C. de nupt. l. sciendum. 20. ff. de rit. nupt. l. cum plures. 12. §. 3. de admin. & per. Tutor.* Denique sine consensu Tutoris pupillus non obligatur, *l. in copulandis. 8. C. de nupt.* Wesenb. *hic.*

Datur ne etiam aliquando inuitis adolescentibus Curator?

Ad litem sic, quia in foro vt agat adolescens insufficiens censetur, *l. 2. C. qui legit. person. stand. in iudic. hab. l. 10. §. necessitate. C. de bon. quæ lib.*

Dantur ne & aliis Curatores?

Omnino, furiosis, prodigis, mente captis, hi namque licet maiores 25. annis sint, tamen ex l. 12. tab. sub cura agnatorum sunt, §. *furiosi. hic.* Eadem ratione surdis, mutis & perpetuo morbo laborantibus, *d. §.* dantur ex agnatis vel etiam extraneis, *l. 3. §. 1. ff. de Tutor. dat. ab his.*

Solet ne euenire vt etiam pupillis Curatores dentur?

Imo, quando legitimus Tutor vel testamento datus non est idoneus ad capessendam tutelam, licet non dolose aut fraudulenter gerat tutelam: item si Tutores dati sint ad tempus, tunc etiam Curatores dantur. Nam regula huc apprime quadrat, habenti Tutorem, Tutor dari non potest, *tex. hic. §. interdum. l. si sororis. 9. C. qui dar. Tutor. poss. l. cum iure. C. qui petant Tut. vel Cur. l. 4. C. in quib. caus. Tut. vel Cur. hab.*

Semper ne vera est hæc regula, habenti tutorem Tutor dari non potest?

Non. Nam si se iure excusat Tutor, *l. cum in vna.* 17. §. 1. *ff. de appel. l. si quis Tutor.* 15. *ff. de tutel.* vel furor interuenerit Tutoris, vel ad eum casum deuenerit, vt tutelę præesse non queat, tunc alius Tutor dandus est, *l.* 4. *C. in quib. caus. Tut. vel Cur. hab.*

Quid si præpediatur Tutor idoneus alias valetudine aduersa?

Eo casu vel non absimili, vt si absit, vel infans fuerit, actorem suo periculo Tutor, Prætoris tamen, vel eius qui Prouinciæ præest, decreto, constituet, *tex. hic. in fin.*

Quare non procuratorem?

Quia, qui constituit Procuratorem, debet esse Dominus; ast Tutor nondum est Dominus. Igitur Actorem saltem constituit, *l. neque.* 11. *C. de Procur.* Wesenb. *hic. l. solet. ff. de Tutor. & t. t. C. de actor. à Tutor. vel Curat. dand.*

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Minor à 14. ætatis anno consequitur ius faciendi Testamenti, *l. qua ætate.* 5. *ff. de Testam.*

II.

Pater præsumitur optime prospicere liberis, *l. fin. C de Cur. fur. l. nec in ea.* 22. *ff. de adult.*

III.

Vbi lege potest dari Curator, ibi & Testamento, Bald. *l. Curatorum.* 6. *C. de neg. gest.*

IV.

Vbi conuenit materia, Tutelę nomen Curationem significat, *l.* 9. *ff. de Tutor. vel Cur. dat. l.* 5. *ff. de Curat. furios. l.* 12. *ff. de Tutel.* (mente captus & furiosus differunt, in hoc est rabies, in illo non, Wesenb. *hic.*)

V.

Furiosi, vel eius, cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est, *l.* 40. *ff. de R. I.*

VI.

In negociis contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum qui fari possunt, quamuis actum rei non intelligerent. Nam furiosus nullum negocium contrahere potest, *l.5.ff.de* R.I.

E Iure Canonico.

Ex causa datur Episcopo Coadiutor, cuius datio ad sedem Apostolicam spectat, *c.de cler. ægrotante.* alias archipresbyter est vicarius Episcopus circa diuina.

APHORISMVS POLITICVS, ex lib.10.Platonis de Leg.

Veri Dei ignoratio est summa omnium Rerump. pestis: hinc grauissimis pœnis punienda omnis impietas; Itaque nequaquam in Rep. bene morata tolerandæ vel disputationes ipsæ contra Deum & eius prouidentiam.

TITVLVS XXIV.

DE SATISDATIONE TVtorum, vel Curatorum.

Quid est satisdatio?

SAtisdatio est cautio fideiussoria à Tutoribus vel Curatoribus præstita rem pupilli vel minorum saluam fore, *tex.hic.l.1.ff.qui satisd.cog.l. cum pupillus. 9.ff. rem pup.salu. fore.* vel satisdare est securitatem per fideiussores dare.

Quare inuenta est satisdatio?

Ne pupillorum pupillarumve prout & minorum negotia & bona à Tutoribus vel Curatoribus mala administratione consumantur, *tex.hic. in princ.* diminuanturve: Et hoc Prætori incumbit tanquam honorario & supremo Inspectori, *d.l.1.2.ff. rem pup.salu.fore. tex.hic.*

Debent ne omnes sine exceptione satisdare?

Non, sed patitur exceptionem. Nam qui testamento vel ex inquisitione Tutores dantur, vel Curatores confirmantur, non satisdant. *tex. hic. l. 4. l. testamento. 17. ff. de testam. tutel. l. pen. C. qui Tut. non satisd.*

Quare hi non tenentur satisdare?

Quia fides eorum & industria, vt qui idonei electi censentur ex testamento probata est, *tex. hic. in princ. l. 10. C. de Cur. fur. l. de creationib. 27. C. de Episc. aud. l. amicissimos. 36. ff. de excus. Tutor.*

Quid si plures testamento vel inquisitione dati sint Tutores?

Eo casu qui satisdare paratus fuerit rem pupilli saluam fore vel de indemnitate cauerit, debet præferri administratione contutori suo, *tex. hic. l. 17. cum ll. seqq. ff. de testam. tut. l. 3. ff. de admin. Tutor.* Sed ea ratione, vt electionem contutori vel concuratori suo permittat, vtrum satis accipere vel satisdare velit, *§. sed si. hic.*

Quid vero si nemo offerat satis?

Tum aut à Testatore est denominatus, vel Testamento nihil fuit adscriptum, illo casu electio Testatoris obseruatur, hoc casu, quem maior pars ex Tutoribus vel Curatorib. præscripserit, gerat, nisi dissentiant in electione, & tunc Prætor suas partes interponet, *tex. hic. l. fin. C. com. de leg. l. & suum. 8 cum seqq. ff. de pact.*

Quid si Tutores vel Curatores nulli sint culpa scil. Magistratus, vel non idonee passi sunt à Tutoribus vel Curatoribus caueri?

Certe hoc casu subsidiaria actione tenentur Magistratus, vt qui non rite perfuncti sunt officio, quo idonee caueretur, *tex. hic. §. sciendum. l. pupillorum. 7. §. pen. ff. de reb. eor. qui sub Tutel.* & hac actione etiam hæredes de dolo & lata culpa tenentur, *l. 2. ff. de Magistrat. conueniend.*

Dat ne Magistratus ex inquisitione Tutores?

Non, sed cum satisdatione, Præsides vero cum inquisitione, hinc qui ex inquisitione Tutores dant, vt Præfectus Vrbi, Prætor, Præses

pro-

prouinciæ hac actione subsidiaria non tenentur, sed tamen qui exigunt satisdationem, *tex. hic. in fin.*

Quid dicitur in Iure excussio bonorum?

Omissis aliis significationibus dicitur Tutoris vel Curatoris bonorum propter damnum pupillis illatum inquisitio, vel eorum, quorum interest rem pupilli saluam fore, *l.* 1.4. *C. de Mag. conueniend.*

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Commodius est & conuenientius per vnum rès administrari quam per plures, *l.* 3. §. *apparet. ff. de administr. Tutor.* nisi substantias pupilli habent dissitas & diuisas, *l.* 1. 2. *de diuid. Tutel. l. Tutores.* 39. §. *Patruus. ff. de administ. Tutor.*

II.

Paria sunt debito modo non esse, vel non esse, *l. quoties. ff. qui satisd. cog.*

E Iure Canonico.

Apud eum fieri debet renunciatio, ad quem pertinere dignoscitur confirmatio, Lancell. *Inst. de renunc. tit.* 19. nisi mos & regio aliud voluerit.

APHORISMI POLITICI
ex eod. lib. 10. Plat. de LL.

I.

Eorum hominum voces coercendæ, qui aiunt, religionem esse hominum commentum, arte institutum, vt, maioris cuiusd. potestatis & augustæ metu, homines in officio continerentur.

II.

Is religionem perturbat, qui de Dei natura impie loquitur, aut scribit; itaque puniendus est.

TITVLVS XXV.

DE EXCVSATIONIBVS Tutorum vel Curatorum.

Quid est excusare à tutela?

EST legitimas causas in loco competenti, quare hanc vel illam administrationem quis assumere nequit, allegare: Vel est alicuius iustæ causæ allegatio in defensionem vel supportationem alicuius, Wesenbec. dicit: quod excusare sit deprecari onus tutelæ ob causas, *h.t.l.1. ff. de administr. Tutor. l.2. C. si Tut. vel Curat. fals. excus. allegat.*

Quot sunt causæ, quæ immunem ab administratione Tutelæ vel Curæ reddunt?

Quidam 15. alii 17. causas referunt, Wesenb. *hic.* decem & octo recenset, cum textu nostro, sed 17. *hic.* sufficiunt.

Quæ est prima?

Fauor liberorum. Nam, qui liberos, (siue in potestate siue emancipati sint) Romæ superstites tres, in Italia quatuor, vel in prouinciis quinque habet, legitimam censetur habere excusationem à Tutela vel cura, tanquam munere publico, *tex. hic. in princ. l.1. qui num. lib. se excus. l.2. §.1. l.36. ff. h.t.*

Quid de adoptiuis filiis & nepotibus dicendum, prosunt ne?

Adoptiui prosunt naturali patri, quippe iura ciuilia non tollunt naturalia, qualia sunt generationis & educationis, *l.8. iura sangu. ff. de R.I.* item & nepotes ex filio non filia: nam illi repræsentant patrem, *l.2. ff. h.t.* hi vero patri qui eos genuit, duntaxat prosunt.

Liberi demortui prosunt ne ad tutelæ vel curæ excusationem?

Non simpliciter omnes, sed hi duntaxat qui bello & in acie pro patria cecidere, *tex. hic. l. bello amissi. 18. ff. h.t.*

Quæ est secunda causa?

Publicum officium regium vel etiam fiscalium curarum, *l. geometra. ff. h. t. tex. hic* § *item D. Marcus. l. 41. ff. eod. l exactores. 10. C. eod. l. 10. C. qui dar. Tut.*

Quæ est tertia causa?

Absentia pub. rei causa. Salus namque publica supremæ legis vicem obtinet, *tex. hic. l. vn.* § *vlt. C. de cad. toll. l. si ita ad l. Aquil. auth. res quæ. C. com. de leg. l. 5. C. de offic. Rector. prouinc.*

Quid si habuerint tutelas vel curas, & postea abesse ceperint?

Tunc interim datur Curator, ne detrimenti quid pupillus vel minor accipiat, si vero postmodum absentes adesse ceperint, denuo recipiunt onus tutelæ vel curæ, *tex. hic.* § *item qui.* nisi nouiter illis alia tutelæ vel curæ administratio fuerit demandata, quo casu non illico tenentur recipere ea onera, cum anni vacationem habeant, quæ respirandi facultas à lege conceditur, *tex. hic. d.* § *l. Titius. 45. ff. h. t. l. non solum. 16. ff. eod. l. 2. C. eod.*

Quæ est quarta causa?

Potestas siue imperium, vel etiam munus primarium in rep. si tamen susceptam habeant, non liberantur, § *mandatum. inf. de Mand.* § *& qui. h. t.*

Quæ est quinta?

Controuersia vel lis inter Tutorem & pupillum, vel Curatorem & adultum, de omnibus bonis, vel maiore portione, *tex. hic.* § *item propter.* quippe non modo instrumenta literaria verum & alia suspicionem mouent, *tex. hic. d.* § *l. propter. 12. ff. eod.*

Quæ est sexta?

Onera tutelæ vel curæ non quæsitæ vel affectatæ tria, quæ merito, quoad administratio durat, aliam insuper non admittunt, quia extremum vel nimium vertitur in vitium, *l. tria. 5. ff. eod. l. Spadone. 15.* § *fin ff. eod.*

Quid si vnam satis amplam & difficilem habuerit, potest ne ad alias cogi?

Non. Nam scire leges non est verba legis solum intueri, verum mentem & vim, hoc est, si diffusa & difficilis adeo fuerit, perinde vna est, ac si tres sibi concreditas haberet curas, *l. si is.* 31. §. *cum.* 2. *ff. eod.* plurium tamen fratrum pupillorum tutela vel cura vna est, §. *item tria. h. t.*

Quæ est septima causa?

Paupertas. Nam qui sibi insufficiens, quomodo aliis optime prospicere posset? & quod magis est, solum subsidiariæ actionis effectus superesset, administrationis ob damnum, quam actionem inopia debitoris Tutoris moueret, *tex. hic. l. 6. ff. de dol. mal.*

Quæ est octaua?

Aduersa valetudo, quæ solitas functiones præpedire solet, quam veteres sonticum morbum appellarunt, *tex. hic.* §. *item propter. l.* 1. C. *qui morb. se exc. l. post susceptam.* 40. *ff. eod.*

Quæ est nona?

Ignorantia literarum, scripturæ scil. vel calculi in magnis curis, *tex. hic. l. 6. ff. eod.*

Quæ est decima?

Videtur esse vindicta, reuera tamen iniuria, & fit, cum pater intricatam substantiæ suæ curam inimico suo Testamento crediderit, Tutoremque eum denominarit, nisi ipse suum studium Testatori viuo hac in re obtulisset, *tex. hic.* §. *item si propter. l. vn.* C. *si propter inim.*

Quæ est vndecima?

Capitales inimicitiæ, quas quis cum patre pupillorum vel adultorum habuit, nec reconciliatio interuenerit, §. *inimicitiæ. l. 6.* §. *dat. remission. l. pen. h. t.*

Quæ est duodecima?

Status controuersia, quam quis à parente pupillor. adultorumve passus, ne refundat acceptam iniuriam in hæredes patris, §. *item is qui. h. t.*

Quæ

Quæ est decima tertia causa?

Ætas, si maior 70. annis vel si minor 25. annis quis fuerit. Illi iam insufficientes tanquam bis pueri, hi pariformiter inutiles sunt, propter lubricum animi iudicium, *tex. hic. §. item maior. l. 3. ff. de iur. immunit.*

Quæ est decima quarta?

Professio in Academia vel Vniuersitate celebri, Grammatici, Rhetores & Medici, §. *Roma.*

Quæ est decima quinta?

Militia, tum quia ciuilibus negotiis, vt qui solum arma tractant, inepti milites censentur, tum quia à defensione & statione abducerentur quod non licet, *tex. hic. §. Idem & in milite. l. milites. 31. C. de locat. & conduct.*

Quæ est decima sexta?

Distantia patrimoniorum extra prouinciam ad centesimum lapidem sitorum propter difficilem curam, *tex. hic. §. datus.* 17. Et notandum hoc loco, quod milliaria lapidibus terminabantur.

Quæ est decima septima?

Peracta tutelæ cura. Nam qui Tutor fuit, is etiam ab ipso Testatore non potest cogi, vt eiusdem adulti etiam curam susciperet inuitus, *tex. hic. §. qui tutelam.*

Quando fas est allegare has excusationes?

Intra 50. dies continuos à tempore, quo quis certior factus de sibi concredita tutela vel cura, §. *qui autem. h. t.* Et si plures habuerit, aut simul omnes, aut vnam post alteram, debet proponere, *l. propter litem. 21. ff. eod. l. nemo. 8. ff. de except.*

Quid si non fuerint acceptæ excusationes siue causæ?

Tunc poterit appellare, non à data tutelæ administratione vel curæ, *l. 18. Tutores. C. eod. l. scire. 13. ff. eod.*

Quid si falsis allegationibus productis excusationem tutelæ vel curæ meruerit?

Non liberatur, si innotuerit, *tex. hic. & t. t. C. si ex fals. instr. vel test. iud.*

Nam mendax precator merito caret penitus impetratis, & decreta ex falsis allegationibus lata ipso iure sunt nulla, *l. Seia.* 26. vbi Bart. *ff. de Tut. vel Cur. dat. ab his l. magis.* 5 §. 10 *ff. de reb. eor.* Et omne detrimentum inde redundat ex eo tempore quo sciuit se Tutorem, in allegando falsa, §. 20. *h.t. ibi. non liberatur onere tutelæ.*

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Qui pro rep. ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur, *l bello amissi. ff. h.t.*

II.

Pupillus nec velle nec nolle in ea ætate, nisi apposita Tutoris authoritate, creditur. Nam quod animi iudicio fit, in eo Tutoris authoritas necessaria est, *l.* 189. *ff. de* R.I.

III.

Omnes in orbe Romano sunt ciues Romani, *l. in orbe. ff. de stat. hom.*

IV.

Cessante priuilegii causa cessat priuilegium, *h.t.* §. 1. *ibi. quamdiu administrat.*

V.

Publica priuatis sunt anteponenda, *Auth. res quæ. C com. de leg. l.* 5. *C. de offic. Rect. prouinc. l. vn. C. de cad. toll.*

VI.

Tutorem habenti Tutor non datur, sed curator, *l. in omnẽ.* 15. *ff. eod.*

VII.

Verba sunt intelligenda secundum subiectam materiam, *l.* 15. §. 3. *de locat.*

VIII.

Contractus & promissio morientis vel in Testamento alicuius facta, obligat. *Dd. in l. cum antiquitas. C. de Testib. l.* 3. §. 1. *ff. de lib. & posth.*

IX.

Decreta ex falsis allegationibus lata sunt ipso iure nulla, §. *Iidem scripserunt. h.t.*

E Iure Canonico.

Monachus qui nunquam fuit Episcopus, bene potest esse Episcopus, *caus.16.q.1.c. vos autem.& 8.q.1.in scriptur.& 18.q.1.c.vn.*

APHORISMI POLITICI ex lib. 10. Plat. de LL.

I.

Qui pacem publ. aut Reip. ordinem perturbat, capite puniendus est.

II.

Vis omnis & publ. & priuata in Rep. bene constituta abesto, qui vim alteri infert, coercetor.

TITVLVS XXVI. DE SVSPECTIS TVTORIBVS vel Curatoribus.

Quem dicis suspectum Tutorem vel Curatorem?

EVm, qui non ex fide Tutelam gerit, licet soluendo sit, *tex.hic.§. suspectus.& l.suspectus.5.ff.eod.* & is quoque, qui moribus talis est, vt suspectus sit, *l.8.ff.h.t.*

Vnde introductum est crimen suspecti?

Ex lege 12. Tab. §.1.*hic.l.1.ff.eod.* Cic. 1. *offic.* & possunt Romæ Prætor in prouinciis Præsides, Legatusque Proconsulis de hoc suspecti crimine cognoscere, *tex.hic.in princ.*

Qui possunt tanquam suspecti accusari?

Quia pupillorum causa fauorabilis est, *l.1. ff.eod.l.1.§.suspecti.ad SC.Turpil.* ea propter omnes possunt fieri suspecti, non obstante, quod Testamentarii Tutores habeant præsumptionem, ex Testatoris voluntate, integritatis, *tex.hic.in princ.l.1.3.ff.eod.* manente hoc solum discrimine, quod Patronus remotus non notetur infamia. *§.sciend.*

Quibus datur accusandi facultas in hoc crimine?

Certe quia publica est actio, cum omnium intersit, rem pupillorum saluam fore, *l proponebatur. 76. ff. de iudic.* ideo etiam omnibus competit & conceditur, *l.1. ff. eod. tex. hic. §. consequens.*

Possunt ne etiam mulieres accusare & suspectos postulare?

Possunt ex rescripto diuorum Seueri & Antonini, si pietatis zelo ducantur vel sanguinis iure, *tex. hic. § consequens. l. 4. 5. C. de iis qui accus. non poss.*

Quid si nemo suspectos postulauerit?

Si non ex fide administrauerint Tutores vel Curatores, tenetur Magistratus ex inquisitione suspectos remouere, *l. 3. §. praeterea. ff. eod.*

Possunt ne puberes impuberesve Curatores suos & Tutores suspectos arguere?

Puberes ex consilio propinquorum possunt, quia habent legitimam personam standi in iudicio, quam quia impuberes non habent, ideo nec possunt suspectos postulare, *tex. hic. § constat.* & quia actio hæc publica, *l.1. §. suspecti. ff. ad SC. Turpil.* Pupilli namque siue impuberes, etiam Tutore authore, regulariter accusare non possunt, *l. 2. in fin. l. qui accusare. 8. ff. de accusat.*

Quando potest Tutor suspectus remoueri?

Non modo in ipsa administratione mala, sed etiam antequam incipiat tutelam gerere, potest quasi suspectus remoueri, *§. suspectus. hic. l. suspectus. 5. ff. eod. l. 2. 3. 6. C. eod.*

Quomodo punitur suspectus?

Remotus ob dolum infamia, *tex. hic. § suspectus. C. eod.* ob culpam non æque, *tex. hic. d. §.* & licet lata culpa æquiparetur dolo, tamen in odiosis nō extenditur hoc. Nam æquiparatur quoad remouendum non vero quoad infamandum, Wesenb. *hic.* Et dum processus cum suspecto durat Tutore, interim alius erit eligendus Curator, quia Tutori administratio interdicitur, *d. §. suspectus. l. cum qui. C. eod.*

Quid si interim lite pendente Tutores vel Curatores moriantur?

Tunc suspecti cognitio vna perit, non vero administrationis ratio, *tex.hic.§.suspectus.l.1.2.3 ff.de Tut. & ratio. distrah.*

Quid si Tutores vel Curatores alimenta fraudulenter pupillis vel minoribus denegarint?

Vt suspecti remouentur, imo & ad præfectum Vrbi, vt pro demerito puniantur, mittuntur, si inopiam dolose obiecerint, *tex. hic. §. si quis Tutor.*

Quid si Tutor vel Curator satis obtulerit?

Nihilominus si fraudulenter administrauerit, remouetur; quia satisdatio Tutoris propositum maleuolum non mutat, *l.6.ff. eod.tex. hic.§ vlt.* Tutores vel Curatores vero licet pauperes fuerint, non ob id quasi suspecti remouendi sunt, si fideles, idonei & diligentes fuerint, *in §.vltim. h.t.l.humilem.7.C. de incest. nupt. l.2.ff. de Tut. qui satis non ded.*

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Iniuria quæ fit vni ex familia ad omnes coniunctos pertinet, *l.1.2. de lib.caus.* Bart. *in l.lex Cornelia.nu.1.ff. de iniur.*

II.

Magistratus ratione officii in delicta inquirere potest, quoties accusator deest, *l.1.§.si publico.vbi Dd.ad L.Iul.de adult.* Wesenb. *hic.*

III.

Quod de toto vel genere dicitur, id in omnibus gradibus, partibus & speciebus debet locum habere, *l.Iulianus.ff.de leg.3.*Bart.*l.quod Nerua.nu.23.ff. depos.*

IV.

Vbi finis habetur, non curatur de mediis, Bald. *l,3. C.de instit.& substit.*

V.

Satius est præuenire malo, quam post acceptam cladem medelam quærere, *l.1.C.quan.lis. vnic.*

E Iure Canonico.

Spirituale coniugium dissoluitur per degradationem,& degradatus traditur curiæ seculari., & pro eo debet Ecclesia intercedere. *caus.17.q.4.c.reum.l.præsenti.C.de his qui ad Eccles. conf.*

APHORISMI POLITICI ex lib. 11. Plat. de LL.

I.

Pessime rem habet,qui malis artibus habet.

II.

Pupillorum summam curam Magistratus habeat, veluti communis omnium ciuium parens.

III.

Tutorum negligentiæ,rapacitatis,aut auaritiæ,in administranda pupillorum sibi commissorum tutela,Deus erit vindex, ac proinde sit eorum in Tutoribus vitiorum Magistratus iudex & vindex acerrimus.

FINIS LIBRI I.



IUSTINIANI IMPER.

INSTITUTIONUM LIBER SECUNDUS.

TITULUS I.

DE RERUM DIVISIONE & acquirendo ipsarum dominio.



Bsoluto primo lib. quo de Personis, primo obiecto Iuris, agitur, sequitur secundus liber, quo de rebus agitur, vtputa secundo Iuris obiecto.

Quid est dominium?

Dominium est potestas libera agendi cum re, §. *fin.* ℐ. *de vsufr.* vel est facultas iure admissa, disponendi de re pro lubitu, Bart. *in l. si quis.* 17. § *differentia. de acquir. possess.* l. 21. C. *mandat.*

Quomodo quaruntur rerum dominia?

Aut Iure Gent. id est, naturali, aut Ciuili.

Quotuplices sunt res?

Duplices: vel enim sunt in patrimonio, vel non sunt, *in princ. h. t. Instit.*

Quid est Patrimonium?

Hoc loco patrimonium idem est quod dominium, & ad hæredem pertinet siue transit, *l.1.ff.de rer. diu.l.1. ff.de bon.posseß.*

Quæ res sunt in nostro patrimonio?

Quas legitime adquirere & possidere possumus, *t.t. hic.*

Quæ sunt extra patrimonium?

Quas leges & iura à commercio & patrimonio, siue dominio priuatorum exemerunt, *t.t. hic.*

Quid erit dicendum de incorporalibus, quæ naturaliter non sunt in patrimonio nec possessionem admittunt?

Incorporalia quidem vt corporalia naturaliter non possidentur, ficte tamen iuris interpretatione bene, *l.43.§.incorporales. ff. de acquir. rer.dom.l.1.ff.de vsufr.leg.*

Nonne habes alias rerum diuisiones?

Habeo. Nam vt ius nostrum ciuile vel publicum vel priuatum dicitur, ita etiam eo exemplo omnes res peroptime dici possunt aut publicæ aut priuatæ. Omissis vero aliis, obseruanda est porro hæc, quam Imp. hic affert, diuisio, quod naturali iure, hoc est, gentium, aut res sint communes, aut publicæ, aut Vniuersitatis, aut nullius, aut priuatæ, hoc est, singulorum, *§. singulorum. J. eod.*

Dic differentiam Iuris à publicis quomodo communes differant?

Publicæ res iam sunt occupatæ iure populi, *l.3.30. de acquir.rer. dom.* communes vero in nullius sunt bonis, quare per occupationem acquiri possunt, *l.quod in littore.14.ff. de acquir. rer. dom.* publicæ vero non possunt, *l.2. § si quis.11.ff.ne quid in loc.publ.d.l.14.* Porro & hinc apparet differentia, quod ea quæ in mari, littore, locove communi reperiuntur, indistincte repertori acquirantur, *§.item lapilli.14. h.t. J.* quæ vero in loco publico inueniuntur, non peræque inuentori cedunt, *§ thesauros.30.J.h.t.* Quare illa Wesenb. proprie dicit publica

esse,

esse, quæ non naturali Iure communia sunt, sed publico iure populi, quod ius tale est, vt vsus quidem communis sit, proprietas vero vtendo non acquiratur, quia publica est, hoc est, populi, §. *quod si.* 17. J. *eod. l. 2. ff. ne quid in loc. publ.*

Quas res dicis communes?

Quarum vsus naturali iure siue Gentium omnibus communis est, & sunt, aër, aqua profluens, mare, & per hoc littora maris, *tex. hic.* §. *& quidem.*

Quia aër communis, est ne etiam vsus aëris vt aucupium communis?

Est, vt volatilium, apum, &c. nisi Dominus prohibeat, *l. Diuus. ff. de ser. rust. l. iniuriarum. 13. ff. de iniur. l. 2. 3. ff. de acquir. rer. dom. tex. hic.* §. *& quidem.*

Quas dicis publicas res?

Eas, quas *l. 15. ff. de V. S.* publicas dicit. Sola enim ea publica dicit, quæ populi Rom. sunt: hinc bona ciuitatis abusiue publica dicta sunt, *l. 16. 17. de V. S.* Vel sunt res, quarum vsus Iure gent. omnibus publicus est, *tex. hic.* §. *flumina.* vt sunt, flumina, portus, ius piscandi, nauigandique in iis, atque vsus riparum, *d.* §. *flumina.*

Quorum est proprietas riparum?

Illorum, quorum prædijs hærent, littorum quoque vsus iure gentium publicus est, §. *flumina. ibi riparum. h. t.* proprietas nullius, *eod.* §.

Quomodo differunt publ. flumina à priuatis?

Dd. hanc inuenerunt differentiam, quod publica sunt, quæ perpetuo fluxu & cursu fluant, priuata, quæ non æque, *gloß. in l. nemo. verb. flumina. ff. de rer. diuis.* Bart. *in l. quo minus. nu. 2. 22 eod.*

Quo vsque se extendit littus maris?

Eovsque, quoad hybernus fluctus maximus excurrit, *d.* §. *& quidem. h. t.* & littora sicut mare iure gentium communia sunt: si tamen occupata fuerint à populo Rom. vsurpanturque, publica fiunt, *l. 3. ne quid in loc. publ.* Wesenb. *hic.*

Quæ res sunt Vniuersitatis?

Eæ dicuntur res Vniuersitatis, quæ vsibus & commodo populi,

Vniuersitatis vel ciuitatis, non regni vel integræ prouinciæ, sunt exposita, vt sunt, Theatra, stadia, *tex. hic.* §. 4. & §. 1. *inf. de inut. stip. l. 1. ff. de rer. diuis.* curia, basilica, forum, balnea publ. viæ publ. piscinæ, aquęductus, fontes, campus Martius, §. *fin. inf. de contrah. empt.* fana, porticus, iura, iudicia, suffragia, comitia, ludi circi, statuæ, *l. in tantum. ff. eod. Cic. 1. offic.* Et sciendum, aliud esse vsibus expositum esse, aliud vero in patrimonio esse. Res vniuersitatis vsibus quidem inseruiunt, in patrimonio tamen non æque sunt, vt vectigalia Reipubl. horrea, prædia, armamentaria, quæ quidem inseruiunt omnibus incolis propter commune bonum, sed non cuilibet volenti priuato, Wesenb. *h. l.*

Sunt ne res Vniuersitatis, quæ non omnibus quoad vsum inseruiunt?

Sunt, vt iam dixi, & in eo differunt à reliquis, quæ omnibus vsu inseruiunt. Nam armamentaria, horrea, penus cellæ vinariæ, cereuisiariæ, fundi, prædia, vt Wesenb. *hic.* recenset, non omnibus inseruiunt quo ad vsum, *l. 6. ff. de contr. empt.*

Quid si quis in iis rebus Vniuersitatis, quarum vsus Vniuersis vel ciuitati expositus est, locum occupauit, vt in Theatris, balneis, poterit ne continuare sessionem?

Dicerem, si bis aut ter quis occupauit locum, eum posse porro pro se eundem quo ad vsum occupare, Wesenb. *h.* §. *l. 2. ne quid in publ. loc. l. vn. vt in fluminib. publ.*

Sunt ne res extra commercium hominis, hoc est, nullius?

Sunt, nimirum quæ diuini sunt iuris, vt sunt res sacræ, religiosæ & sanctæ, quod enim diuini iuris est, nullo obligationis nexu acquiritur, *tex. hic.* §. *nullius. 7. l. quod nullius. 182. ff. de R. I. l. 1.* §. *1. de rer. diuis.*

Quæ res dicuntur sacræ?

Eæ, quæ per Pontifices Deo rite consecratæ sunt, vt ædes sacræ, *tex. hic. l. 6.* §. *2. ff. eod.* item donaria, hoc est, quæ ad cultum diuinum in honorem altissimi consecrata sunt, *l. sanximus. 21. C. de sacr. Eccles.* Sic differunt donaria à donis, quia hæc à priuatis Ecclesiis vel Deo

offe-

offeruntur, quæ nisi publico ritu & solenniter fuerint consecrata, non sunt sacra, Bart. *in l. si nondum. C. de furt.*

Possunt ne alienata Deo rite consecrari?

Non possunt, per *tex. hic. §. sacra.* nisi conuertantur in redemptionem captiuorum, *l. sancimus. 21. C. de sacr. Eccles.* quo casu gratum Deo fit opus, quippe Ecclesia non habet aurum & argentum vt seruet, sed vt Eleemosyna egenis subueniat, *d. l. 21. l. si quis. 36. C. de don.* Vt itaque ea quæ sunt in publ. patrimonio necessitate ita exigente alienari possunt, *l vlt. C. de vend. reb. ciui. t. t. de loc. publ.* ita merito ad suos vsus bona Ecclesiæ, *l. iubemus. 14. C. de sacr. Eccles. Nouel. de alien. & emphy.*

Quid si loca fuerint diruta?

Adhuc sacer manet locus, licet inædificata sacra sint diruta, *tex. hic. §. sacra.* nisi eiusmodi sacra fuerint ab hostibus prophanata & capta, *l. 36. ff. de relig. & sumpt. fun.*

Quid volunt ista verba: VT PAPINIANVS SCRIPSIT?

Ostendunt, quod per *l. 73. ff. de contrah. empt.* alienatio interdicta sit in sacris locis, vt Templis, quæ extra commercium sunt hominum: hinc adhuc est differentia inter res mobiles sacras & immobiles, illa alienari possunt dicta conditione propter captiuitatem, hæc non, *d. l. 73.*

Quæ res dicuntur religiosæ?

Eæ, quæ pro sepultura hominis apprime Christiani sunt constitutæ, dummodo excipiat mortuum, *tex. hic.* dictæ à relinquendo: quare ista loca vbi vbi fuerint, siue arando, siue conserendo reperiantur, intacta permaneant, Gell. *lib. 4. c. 9.* Wesenb. *hic.*

Licet ne in communem locum inuito altero mortuum inferre?

Non, si fuerit purus, hoc est, non religiosus, *tex. hic. §. religiosus. l. 6. ff. de rer. diuis. l. 2. §. 1. ff. de religios. & sumpt. fun.* & ratio est, quia circa ea quæ sunt communia inuito altero immutatio non ad-

mitti-

mittitur, sed bene in commune sepulcrum etiam inuito altero socio, quia quod semel placuit ad hunc finem, communem scilicet locum, amplius displicere non potest. Inciuile ac inurbanum esset, variare consiliis, maxime in iis quæ redundatura sint in alicuius, id est, socii, iniuriam, *l. si quis. 6. §. 4. com. diuid l. arboribus. 12. §. 1. ff. de vsufr.*

Quid si quis habeat vsumfr. poterit ne inuito vsufructuario proprietarius mortuum inferre?

Non. *tex. hic.* & ratio est, quia minuitur vsusfructus, siquidem religiosa sunt relinquenda, *l. 2. §. 3. l. sunt personæ. 4. ff. de relig. & sumpt. fun.*

Quid si in alienum locum mortuum quis inferat?

Non contradicente Domino fit locus religiosus, inuito tamen Domino non licet inferre.

Quæ res dicuntur sanctæ?

Quæ legum sepimentis & sanctionibus sunt ab iniuriis hominum munitæ, vt sunt muri Vrbium, castrorum, villarum, *l. 3. §. 17. ff. de re mil.* & dicuntur quasi diuini iuris, non diuinæ, *l. 8. cum ll. seqq. ff. eod.* item portæ, *tex. hic.* nec licet has res sub capitis pœna, iniuria aut dolo lædere, *tex. hic. l. fin. ff. eod.*

Absolutis distinctionibus rerum, dic alteram præsentis Tit. partem, nempe quomodo acquirantur dominia rerum?

Dominia rerum acquiruntur aut iure gentium, aut iure ciuili, *tex. hic. §. singulorum.*

Quare hoc §. ius naturale & gent. pro eod. sumuntur, superius vero tit. 2. lib. 1. ius nat. gent. & ciuil. speciales habent definitiones?

Sciendum, quod hi actus, qui *h. t.* per modos acquirendi declarantur, proprii sunt hominum: quando igitur actus hominum non sunt communes cum reliquis animalibus, tunc ius naturale pro iure gent. sumitur, *l. 1. ff. de pact.*

Quod

Quot modos acquirendi Iur. Gent. h. t. recenset Imperator?

Decem & octo, vel nouem, quos ordine Iustinianea Methodo recensebimus.

Quis est primus modus?

Occupatio, quæ est earum rerum, quæ antea in nullius erant patrimonio, §. *fera. h. t.* hoc modo feræ bestię, volucres, pisces occupanti cedunt, *d. §. h. t.*

Licet ne hoc modo etiam in alieno fundo acquirere?

Licet, nisi ab ingressu fundi Dominus quem prohibuerit, quo casu non aër, vsus vel occupatio interdicitur vel denegatur, sed ne inuito Domino in fundo libere quod velit agat, præcauetur, *tex. hic. §. fera. l. quemadmodum. 29. ff. ad l. Aquil.*

Quid si capiat quis inuito Domino, fiunt ne occupantis?

Licet inuito quis capiat Domino, tamen quia aër est communis, capta in aëre cedunt occupanti, sed quia iniuria Domino facta est, quo inuito in proprio suo fundo occupauit, ideo iniuriarum actione tenetur, *l. iniur. 13. §. fin. ff. de iniur.*

Quid si ita occupata denuo euaserint?

Hoc casu si in naturalem libertatem se iterum receperint, occupantis rursus fiunt, *tex. hic. l. 3. §. 2. ff. h. t.*

Quando dicuntur libertatem naturalem recepisse?

Si vel oculos præterierint, vel adusque se receperint, vt perdifficilis sit eius persecutio, *in fin. §. fera.* Fit enim acquisitio corpore & animo, non animo duntaxat, *l. in laqueum. 55. ff. eod.* licet & dominium & possessio animo solum retineantur, *l. 3. §. saltus. 7. ff. de acquir. possess.* hinc fera bestia, non quia eam vulnerasti, tua est, sed oportet vt eam capias; multa namque accidere possunt, vt eam non deprehendas, *tex. hic. §. illud. l. naturalem. l. in laqueum. 55. ff. de acquir. rer. dom.*

Quid de apibus statuis?

Per omnia ferè eadem, quæ de feris, *in praeced. §. fera.* quæ itaque

inibi dicta sunt, huc etiam accommodari possunt, nisi quod feræ nondum sint occupatæ, apum examen vero semel alueo sit inclusum, quod tamen si auolauerit, perinde est, Welenb. *hoc* §.

Quid de iis animantibus sentis, quæ ex consuetudine abire & redire solent?

Ea, donec reuertendi habuerint animum, tua intelliguntur, talis est natura pauonum, columbarum: reuertendi animum autem non amplius habent, cum reuertendi consuetudinem deseruerint, *tex. hic.* §. *Pauonum.*

Quid de domesticis sentis?

Domestica semper tua manent, si dominus eorum fueris, licet conspectum tuũ effugerint, tales sunt gallinæ & anseres, quos si quis, quocunque etiam remotissimo loco, lucrandi animo detineat, furtum committit, nisi recuperandi spes nulla supersit, *tex. hic.* §. *gallin. l. Pomponius.* 44. *ff. de acquir. rer. dom. l. Pomponius.* 8. *in fin ff. de fam. hercis.*

Quis est secundus modus acquirendi?

Captiuitas, à præced. non dissimilis, quando bello hostem manu capimus, sicque captiuus iure gent. seruus fit, nisi iure postliminii in pristinum statum se receperit, hostiumq; potestatem euaserit, §. *item ea. h. t. l.* 4. *ff. de I. & I. l.* 5. *circa fin. l. transfugam. ff de acquir. rer. dom.*

Quis est tertius modus?

Inuentio, quæ enim in mari littoribusque nascuntur inueniunturve, iure gent. inuentoris fiunt, quod enim in nullius est potestate, esse tamen potest, occupari potest, *tex. hic.* §. *item lapilli. h. t. l.* 3. *de rer. diuis. l.* 1. *ff. de acquir. possess.*

Quis est quartus modus?

Accessio ex animantium procreatione, & vocatur discreta accessio, quæ namq; ex animantibus ancillave domino subiectis nascuntur eidem cedunt eod. iure gent. vel naturali, *tex. hic.* & iure naturæ partus non legitimus ventrem sequitur, cuius is est, eius & partus, *l. natura.* 24. *ff. de stat. hom. l.* 5. §. 2. *ff. de rei vend. tex. hic.* § *item ea. q.* 19.

Quis est quintus modus?

Alluuio, & nuncupatur accessio discreta, *tex. hic.* §. *præterea.*

Quid est alluuio?

Est incrementum latens, quod fit, quando per alluuionem sensim, vt animaduerti nequeat, fundo tuo quid acquiritur, *tex.d.*§.*preterea.* Wesenb.*hic.* exaggerationem & aggestionem terræ describit.

Quid sibi vult incrementum latens?

Hoc, quod alluuio non impetu & vi fluminis visibiliter fit, sed paulatim vt intelligere nō possis, quantum quoquo momento temporis adiiciatur, *tex.hic.*§.*preterea.* Nam si vi fluminis quid accesserit prædio, non ead. est ratio, quia non acquiritur, nisi arbores, quas secum traxit, radices inibi egerint, tum quia ad hoc longum tempus requiritur, vt fundo vi fluminis adiecta maneant, *tex.hic d.*§.*preterea.* & quia, quæ radices in fundo alterius agunt, solo cedunt, §. *cum in sub.* 29. J.*h.t.*

Quis est sextus modus?

Alluuionis recessio, quæ accidit, cum in mari vel flumine Insula nata est, *tex.hic.*§.*Insula.* illa, in mari scilicet nata occupantis fit, quo ad dominium, recognitione tamen dominii quoad iurisdictionem reseruata superioribus; qui in eo tractu imperant, *l.decernimus.* 16. C. *de S.S. Eccles.* hæc, in flumine nempe nata vltro citroque pro modo latitudinis ducto perpendiculo vel norma per medium flumen atq; insulam vicinis cedit, nisi alteri parti proximior sit insula, quo casu eorum tantum est insula, qui ex parte prope ripam prędia possident, §.*Insula.hic.*

Quis est septimus modus?

Circumluuio, quæ ex diuisione.

Quid si fluuius suo tractu bifariam & bipartito agrum alicuius occupauerit?

Ager is manet illius, cuius erat antea. Nam forma agri non est sublata, & occupatus ager iam fuit, quod secus est in Insula nata, §. *quod si.* *h.t.*

Quid vero iuris si naturali alueo in vniuersum derelicto fluuius alium occupauerit?

Tunc idem iuris erit, vt obseruatur in insula nata ratione vicini-

tatis,& alueus prior ab iis acquiritur,qui prope ripam habitant. Et nouus alueus propter nouam formam acquisitam eius erit iuris, cuius est flumen nempe publici, §.*quod si.h.t.l.cum vnus.12.fin.*§.*ff.de bon. author.iudic.poßid.*

Quid erit dicendum, si denuo flumen ad priorem alueum fuerit reuersum?

Eo casu flumen & alueus, per quem suo cursu fluit, fiunt iterum publici iuris; relictus vero alueus eis cedit, qui prope ripam prædia possident, quia extinctum est per flumen ius dominii prioris domini, *l.cum eo.7.§.4.ff.eod.l.38.ff.de acquir.rer.domin.*

Quid dicendum, si inundatione ager fuerit occupatus?

Inundatio nihil immutat. Nam vbi recesserit, eius post, cuius erat ante,manet ager iuris, §.*quod si.h.t.l.Atteius.38.ff.de acquir.rer.dom.*

Quis est octauus modus acquirendi?

Specificatio,quæ fit,cum materiæ forma noua accedit.

Quomodo acquiritur specificatione dominium?

Cum ex aliena materia facta sit species noua, §.*cum ex.h.t.* quia forma dat esse rei,*l. Iulianus.9.§.2.ff.ad exhib.*

Quæ erat igitur hac in re Sabinianorum & Proculianorum ambiguitas?

Hæc, quod Sabiniani eum putauerunt Dominum, qui materiæ fuerit hæres; Proculiani vero eum existimauerunt, qui forma dedit esse rei,*l.7.adeo.§.7.ff.de acquir.rer.dom.*

Obtinuit ne horum opinio quædam?

Non: sed media via tanquam tutissima procedendum esse duxerunt IC. *hoc* §. ita vt distinguendum sit, aut enim ea species ad priorem & rudem materiam reduci potest, aut non potest: illo casu Sabinianorum sententia præualeat, vt Dominus materiæ adquirat: hoc, Proculianorum,quia noua forma accessit,qui igitur dedit forma esse rei,is Dominus fit, §.*cum ex.h.t.l.mulieris.13.ff.de V.S, l.quid tamen.10* §.*3.ff quib mod.vsusfr.*

Da ex-

Da exemplum siue specimen facti?

Ecce conflatum vas potest ad rudem massam æris vel argenti vel auri reduci, ideo Domino materiæ acquiritur: vinum è contrario vel oleum aut frumentum ad vuas, oliuas vel spicas, reuerti non potest, igitur cedit ei, qui formam dedit rei, §. *cum ex aliena. h.t. l. sed si ex meis. 26. ff. de acquir. rer. dom. l. Mutius. 61. ff. de rei vend.*

Quid si partim ex sua materia, partim ex aliena quis speciem fecerit?

Dubitandum non esse inquit Imp. quin is sit Dominus, qui insuper & operam suam contulerit, eumque naturalis ratio præfert, qui ad efficientiam rei magis contulerit, *l. filio. 23. ff. de lib. & posth.* deniq; quia duo vincula magis vno ligant, & duplex causa vni præponderat, *Auth. itaque. C. com. de success.*

Quis est nonus modus?

Accessoria specificatio, siue accessorium hominis factum, vt si quis purpuram alienam vestimento suo intexuerit, quo casu licet preciosior sit purpura, tamen accessionis iure propter factum hominis vestimento cedit, *l. in rem. 23. §. 3. de rei vind. l. cum aurum. 19. ff. de aur. & arg.*

Dic horum rationem, nam dura censentur?

Est quidem iniquum, vt quis facto suo rem alterius inuito Domino adquirat, sed quia rerum naturali interitu fit, id censetur æquum, veluti si quis Domino pecus suum interficiat, aut triticum absumat; etsi enim hoc iniustum est, eoque faciens tenetur, tamen naturaliter interim Domino perit.

Quid vero Dominus purpura agat?

Is quod suum erat furti actione siue condictione consequitur, siue is sit, qui vestimentum fecit, siue alius, §. *si tamen. h.t.* vbi notandum, quod iure accessionis, etiam qui mala fide specificauit, Dominium acquirit, vel ideo, quod nunquam principale suum sequatur accessorium, sed bene contra. Si tamen bonæ fidei fuerit specificator, tum ab eo Dominus purpuræ precium amissæ materię poterit condicere, sed non condictione furtiua, Wesenb. *hoc. §. si tamen alienam.*

Quid iuris si in suo solo ex aliena materia quis ædificauerit?

Hoc casu regula valet: omne quod solo inædificatur, solo cedit, vt accessio principali & pars toto, *l. 1. 2. ff. de superfic. l. 50. ff. ad l. Aquil. l. 2. C. de rei vind.*

Dominus materiæ poterit ne ad exhibendum agere?

Non, neque vindicare propter l. 12. tab. qua cauetur, ne quis tignum alienum ædibus suis iunctum eximere cogatur, §. *cum in suo. h. t. l. qui res. 98. §. vlt. ff. de solut.*

Quæ sunt remedia iuris pro materia tignove iuncto Domino?

Hæc, quod duplum refundere tenetur pro tigno furtim iuncto, *d. §. cum in suo. h. t. & t. t. de iunct. tign.* quod secus est in bonæ fidei possessore, siue ædificatore, qui tantum simplum præstare tenetur quoad æstimationem, *l. qui res. 98. §. fin. l. 23. §. 3. 4. ff. de rei vend.*

Quando licitum est domino materiæ rei vindicatione experiri & ad exhibendum agere?

Si duplum vel simplum non fuerit consecutus dominus, tunc si quando detractum fuerit vel dirutum ædificium, ita procedere licet, §. *fin. cum suo. h. t.*

Quare non illico suum vindicare poterit?

Quia interest reip. vt ædificia, tam vrbana quam rustica, integra sarta tectaq; permaneant, ne deformitas inhabitatores emigrare faciat, neve desolatio vrbiũ villarum & prædiorũ sequatur, *d. §. fin. h. t.*

Quid iuris, si quis in solo alieno ex sua materia structuram fecerit?

Hoc, vt si constiterit bona malave fide domum prædiumve aut horreum in alieno fundo ex sua materia quis fecerit, tunc bonæ fidei possessor vel ædificator poterit habere precium materiæ: malæ fidei vero ædificator non æque, quia dolo quod gessit fecitque, temere id fecit, nec debet illi prodesse, & dolus cum dolo merito compensatur, Wesenb. *hic. & §. ex diuino. h. t.*

Quæ requiruntur ad rei vindicationem?

Duo: Dominii nimirum declaratio & rei restitutio, Wesenb. *h.* §. qui inibi optime dicit, quomodo sit intelligendum: non licere ædificia rescindere, nimirum non licere negotiandi & lucrifaciendi causa, *l.* 2. *C. de ædif. priuat. l. Senatus.* 52. *ff. de contrah empt.*

Est ne quædam ex æquo & bono Dd. opinio in hac materia?

Est Berous *quæst.* 96. *nu.* 98. Clar. *sent. lib.* 4. *q.* 88. statuit & receptum esse ait, quod si tantum quantum ex diruta domus materia iusta æstimatione accedente habere quis posset, non concedatur destructio ædificiorum. *d. q.* Wesenb. *h.* §.

Quis est decimus tertius modus acquirendi?

Plantatio, quæ fit, cum planta transfertur in terras, atque si Titius plantam suam in solo Mæuii posuerit, eius erit, cuius est solum, ita, si radices egerit planta.

Quæ est ratio quod iure soli cedat planta?

Quia vnum corpus planta quæ radices egit cum solo censetur, *l.* 9. §. 2. *ff. de damn. infect.* & quia tanquam pars & accessorium sequitur suum totum principale, *l. Quintus.* 40 *ff. de action. empt. & vend.*

Quid si autem nondum radices egit?

Tum eius manet, cuius fuit, quia nondum pars est cum solo, quia nondum coaluit, *l. sed si.* 26. §. *arbor. ff. eod. l.* 28. *l. Titius.* 60. *ff. eod.*

Quæ competit actio pro planta Domino?

Si radices egit, tunc vtilis in rem pro interesse, sin nondum coaluit terræ vel solo, tunc directa competit actio, *l.* 5. §. 3. *ff. de rei vind.* Wesenb. *hic.*

Quid de arbore in confinio posita sentiendum?

Communis ea est, si vltro citroque radices egit, *l. pro regione.* 8. *ff. eod* §. *si Titius h. t.*

Quis est decimus quartus modus adquirendi?

Satio, quæ si bona fide fuerit peracta, tunc seminis atque sum-

ptuum habetur ratio, *l.9. ff. de acquir.rer.dom.* Si itaque impensas refundere noluerit dominus, Sator Iudicis officium requirat, vt aut impensas dominus refundat, aut fructus illi auferre permittat, vt puta qui bona fide conseuit, *l.in fundo.38.l.sin autem.27.§.in re.l.Iulianus.37.ff.de rei vend.l.domum.5.C.de rei vend.*

Quis est decimus quintus modus?

Literæ siue scripturæ si impressæ fuerint, vt si quis in chartis membranisve tuis historiam, carmen vel literas scripserit, quamuis aureæ fuerint, tamen cedunt ei cuius fuerint chartæ vel membrana, tanquam basi & fundamini iure soli, §.*litera.h.t.l.23.§.2. ff.de rei vend.l.3.§.interdum.ff. ad exhib.*

Qui fit hoc, quod literæ aureæ etiam chartæ cedant?

Quia non hic valor & industria consideratur, sed duntaxat, quod accessorium sequi debet suum principale, sine quo tanquam fundamine & basi consistere nequit, *d.l.23, in rem.§.2.ff.de rei vend.*

Quomodo vero petat quis chartam vel membranam suam?

Rei vendicatione, *d.l.23.ff.de rei vend.* vel actione ad exhibendum, *l.3.§.interdum.ff.ad exhib.* ita si membranarum chartarumve possessionem bona fide nactus sit, *tex.hic.*

Quis est decimus sextus modus?

Pictura, qua aliud iuris statuit Imp. non ob industriam, hoc est, laborem vel valorem, sed solum propter ingenii excellentiam & artificium. Cedit itaque tabula, basis, & fundamentum picturæ, quod speciale est, vt dixi; ob picturę elegantem dispositionem, & ornatum artificiosum, *l.mulieris.13.l.Labeo.14.ff.de V.S.*

Qua actione vero petat dominus tabulam?

Vtili actione pro interesse, *l.qua ratione.§.2.ff.eod.*

Quid si dominus tabulam depictam retinere velit?

Inuito pictore non potest, nisi precium tabulæ pictor præstare recuset, quo casu per exceptionem doli mali poterit remoueri, *tex.hic.*

Quid si pictor, vel alius subripuerit tabulam?

Eo casu furti actio domino tabulæ competit, *tex.hic.*

Quis est decimus septimus modus adquirendi?

Perceptio fructuum bona fide; vt si quispiam bona fide vineam vel fundum ab eo, quem credidit Dominum, non tamen erat, emerit, dono, aliave legitima causa itidem bona fide acceperit: is namq; perceptos sic fructus pro cura & cultura suos facit, §. *si quis. h.t.*

Quis est bonæ fidei possessor?

Qui credit se rem iuste & bona fide retinere: vel vt Modestinus ait, *l.* 109. *bonæ fidei.* Bonæ fidei emptor esse videtur, qui ignorauit eam rem alienam esse, aut putauit, eum, qui vendidit, ius vendendi habere, puta procuratorem aut Tutorem esse, *Instit. de vsucap. in princ.*

Quomodo præsumitur bona fides?

Benigna interpretatione, donec contra probetur mala fides, *l. pen. C. de euiction.* atque si necessitas requirit, bona fides etiam iuramento probari potest, Bald. *in l. vlt. nu. 6. C. de bon. auth. iudic. possid.*

Quare habet textus: CREDIDERIT?

Quia qui crediderit, se esse dominum, bonam dicitur habere fidem, quia non est error iuris sed facti, *l.* 109. *ff. de V.S. l.* 27. *ff. de contr. empt. l.* 17. *ff. de his quib. vt indign.* & quam diu possessor habuerit bonam fidem, pro bona fide ea est, *l. bona fides.* 136. *ff. de R.I. l.* 32. *ff. de vsuc.*

Quis est malæ fidei possessor?

Qui illegitime nouit se rem possidere, vel qui habet conscientiam rei alienæ, & qui scit, vel etiam scire debet, rem quam possidet, alienam esse, Wesenb. *h.* §. *l. vlt. C. vnde vi.*

Quid si Dominus fundum suum vendicet, de quibus aget fructibus?

De iis qui extant & adhuc pendent, *l. fructus.* 44. *ff. de rei vend.* quia textus *hic* ait, quod de consumptis fructibus agere nequeat, quare sequitur, quod de extantibus bene. Nam vnius exclusio, est alterius inclusio, *l. cum Prætor.* 12. *ff. de iudic. l. maritus.* 28. *C. de procurat.*

Quid

Quid si sciens quis alienum fundum possederit?

Siue ab initio, *l. si pignore. § si prado. ff. de pig. act.* siue postea, *l. bona. 109. ff. de V.S.* mota sit controuersia, *l. 2. de vsur.* modo habeat notitiam rei alienæ, tunc cum fundo etiam fructus consumptos tenetur restituere, *§. si quis. h. t.*

Qua actione consequitur Dominus fructus?

Fructus extantes rei vendicatione, consumptos condictione. Et sciendum *hic*, quod lite contestata quilibet cum titulo & bona fide possessor, quia malæ fidei esse exinde incipit, de his postmodum fructibus tenetur, *§. 2. J. de offic. iud. l. 2. C. de fructib.*

Quid de vsufructuario statuis?

Fructuarii non possident, *l. 2. C. de præsc. 30. ann. l. naturaliter. 12. ff de adquir. posses.* quia ex conuentione capiunt fructus, hinc non ante percipiunt, quam fructuum possessionem perceptione naturali apprehenderint, *l. si fructuarius. 13. ff. quib. mod. vsusfr.*

Quia bonæ fidei possessor ante perceptionem transfert fructus ad hæredes, idem ne est in vsufructuario?

Non: Nam bonæ fidei possessor ius quasi dominii, eoque etiam fructuum, ad hæredem transmittit: Vsufructuarius vero licet maturis fructibus, nondum tamen perceptis, decesserit, ad hæredes eius non pertinent, sed domino proprietatis adquiruntur, *d. l. naturaliter. 12. ff. de adquir. posses.*

Quare extat hic: EADEM FERE DE COLONO DICVNTVR?

Fere, tanquam exceptio, quandam differentiam ostendit, & est in eo: Vsufructuarius nec ius suum nec fructus non perceptos transmittit ad hæredes: Colonus omnia, etiam pendentes transfert ad hæredes, *l. viam. 10. C. locat.* durante locatione tamen, quæ ad hæredem transmittitur, *d. l. 10.*

Dic tandem quid est vsusfructus?

Est rei vsus & ad necessitatem & vtilitatem inseruiens, Cuiac. *lib. 13. c. 12.* hic est proprie vel improprie seu quasi vsusfructus. Is est vsus



Quare dixisti: VT DOMINVM NON HABEAT?

Quia quorum Dominus ignoratur, eorum cessat & acquirendi modus, *l.67. ff.de rei vend.*

Cuius est thesaurus inuentus, vel cui acquiritur?

Hoc casu distinguendum est, aut in suo (pleno iure vel vtili. Dd. *in l. vn. C.de thesaur.*) quis inuenerit thesaurum; Idem est iudicium si in religioso sacrove loco fortuito casu inuentus fuerit: aut in alieno. Illo casu totus inuentori cedit, §.*thesauros.h.t.* hoc casu, si non studio, dimidium inuentori, dimidium domino soli conceditur, *d.* §. Idem iuris est, si quis in loco Cæsaris publico fiscive inuenerit, *d.*§. *thesauros.* Hodie tamen hoc ita obseruatur, vt inuentorum in sacris religiosis dimidia inuentori, altera pars Deo & Ecclesiæ cedat, Wesenbec.*h.*§.

Potest ne quis studio in alieno loco quarere thesaurum?

Non. *d.l.vn. C.de thesaur.l.si is qui. 63.ff.de adquir.rer.dom.* Nam cederet totus domino hoc casu, *d.l.si quis.* Vsufructuarium tamen thesaurus sequitur, Ang. *hic, nu.3. d.l.si quis.*

Quis est decimus nonus modus adquirendi?

Traditio.

Quotuplex est traditio?

Duplex: vera vel ficta. Vera traditio est modus adquirendi I.g. quo res mobiles de manu in manum traduntur, *h.*§.*per tradition.* Ficta est, quæ non corporali traditione fit, sed patientia potius pro tradita habetur, *l.seruus.42.*§.*incorporales.l.3.*§.*si inter.ff.de act.empt.*

Quæ requiruntur in traditione?

Tria. 1. vt tradens sit dominus. 2. voluntas transferendi dominii. 3. iusta tradendi causa: Titulus igitur est causa, traditio effectus: quæ cum sit facti, non præsumitur nisi probetur, *l.4.l.cum reb. C.de prob.*

Ficta traditio quomodo fit?

Aut in certam aut in incertam. In certam, per symbolum vel patientiam vt dixi, vt cum claues rerum venditarum traduntur, *l.74.ff. de contrah.empt.l.1.C.de don l.3.4.ff.de pact.* vel per inuestituram, §.*item si quis.h t.* In incertam, per iactum missilium, §. *hoc amplius.h.t.* Per eum tamen, qui Dominus non est, alienatio non fit, nihilque transfertur, *l.traditio.20.ff.h.t.l.clauis.74. de contrah. empt.* Nam alienatio significat actum, per quem dominium transfertur, *l.1.C. de fund. dot.*

Idem ne iuris est in venditione?

Non: quippe venditæ & traditæ res non prius emptori adquiruntur, quam si venditori precium soluatur, aliove modo ei satisfactum sit, vtputa ex promissione, id est, fideiussore, *l.1.§.4.ff. de re iud.* aut pignore dato, §.*vendita.h.t.* Sed si quis fidem emptoris sequatur, dicendum est, rem emptoris fieri, *d.§.*

Per quem debet fieri traditio?

Vel per dominum, vel per alium loco domini, *d.§. vendita. h.t.* paria enim sunt, *c. qui facit. de R. I. in sexto.* quatenus tamen eorum circumscripta est administratio, *l. ab agnato. §. fin. ff. de Cur. fur.*

Quomodo fit nuda voluntate traditio?

Eo, vt si quis rem sibi commodatam, locatam aut depositam apud te, tibi vendiderit donaueritve, tunc sola voluntate & patientia adquiritur, *tex.hic l.3.§. vlt. ff.de don.int.vir.*

Quis est vigesimus modus adquirendi?

Iactus missilium.

Quomodo per iactum missilium dominium transfertur?

Quando Prætores, Reges vel Principes, Consules missilia in vulgus iactant, §.*hoc amplius h.t.l.1.2.C.de Consul.*

Quid sunt missilia, vel missalia?

Sunt donaria, vel quædam præstationes, quas nouus Prætor creatus mittebat in vulgus, vt quod quisque apprehenderet, eius fieret, *d.§.h.t.*

d. §. *h.t.* vt etiam fit in creatione Imperatoris, causam esse credere, quo nouiter creatus Rex ab pressura & frequentia populi non præpediatur in solennibus.

Quis est vigesimus primus modus adquirendi?

Occupatio rei pro derelicto habitæ.

Quomodo in pro derelictis habitis dominium adquiritur?

Simpliciter atque si quis eam habuerit iure potius occupationis quam traditionis, *d.* §. *hoc amplius. h.t.l.*1.*t.t. ff. de pro derelict. hab.* Pro derelicto autem id habetur, quod dominus ea intentione abiecerit, vt in numero rerum suarum esse nolit, *d.* §.*l.*1.2. *ff. de pro derelict.*

Perinde ne est in rebus leuandæ nauis causa, vel de rheda currente inscio domino amissis?

Non: quia cessat eadem ratio, nempe animus ad amittendum dominium, §.*per tradit.h.t.* Hinc qui fluctib. expulsas, vel ita amissas res animo lucrandi abstulerit, furtum committit, §.*fin.h.t.l.interdum.*§. 1.*ff.de adquir. possess. l. qua ratione.* 9. §.*alia. ff.eod. l.*2. 8.*ff. ad L. Rhod.de iact.l. falsus.* §.*qui alienum.ff.de furt.* Non tamen tenetur pœna furti ordinaria, sed arbitrio iudicis extraordinē punitur talis, *d.l.falsus.l.is qui opem.*54.*ff. de furt. l. si is cui.*7.*l.si seruum.*16.*C.de furt.* Ias. *in l.eius.* § *quas actiones, ff.si cert.pet.*

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Nemo plus iuris in alium transfert, quam ipse habet, *l.*54.*ff.de R.I. l.*120.*ff.eod.*

II.

Non debeo melioris conditionis esse, quam author meus, à quo ius in me transiit, *l.traditio.ff.de acquir.rer.dom.*

III.

Quod nullius est vel esse potest, id vt alicuius fieret, nulla obligatio valet efficere, *l.*128.*ff.de R.I.* hinc religiosæ sacræ res nullius in bonis sunt, & per conseq. inutilis earum stipulatio, §. *idemque. Instit. de inut. stipul.*

IV.

Id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest, id est, sine traditione non videtur rem amittere, cuius propria non fuit, *l. 83. ff. de R.I. l. 1. §. 1. quib. mod. vsufr. adquir.*

V.

In necessitatibus nemo præsumitur liberalis, *l. rem legatam, 18. ff. de adim. legat.*

VI.

Paria sunt per se vel per alium factum explicare, *c. qui facit. 72. ff. de R. I. in 6.*

VII.

Vnius exclusio est alterius inclusio, *l. cum Prætor. 12. ff. de iudic. l. maritus, 28. C. de procurat.*

VIII.

Fructus pendentes fundi sunt pars, *l. 44. ff. de rei vend.*

IX.

In pari causa melior est conditio possidentis, *l. 37. ff. eod.*

X.

Nemo præsumitur facile iactare suum, *l. cum de indebito. ff. de probat.*

XI.

Quod ex re mea superest, eius vindicandi ius habeo, *l. solum. 49. ff. de rei vendic.*

XII.

Res quarum formæ mutantur pro extinctis habentur, *l. mulieris. ff de V. S.*

XIII.

Duo vincula arctius ligant vno, *Auth. itaque. C. com. de succeß.*

XIV.

Forma dat esse rei, *l. 9. §. 2. ff. ad exhib.*

XV.

Quam diu spes est recuperandi, res manet nostra, *l. 44. ff. de acquir. rer. dom. §. apium. h. t.*

XVI.

Accessorium sequitur principale, *l. cum principalis. ff. de R. I.*

XVII.

Cum ius naturale refertur ad actus qui hominis sunt proprii, nec communes reliquis animantibus, tum ius naturale pro iure gent. sumitur, *l.1.in princ. de pact.*

XVIII.

Paria sunt initio assentiri, vel ex interuallo ratum habere, *l. semper. 60. ff. de R. I.*

XIX.

Propter quod vnum quodque tale est, illud magis tale est, *Auth. multo magis. C. de S. S. Eccles.*

E Iure Canonico.

Summa rerum Ecclesiasticarum diuisio in duos articulos deducitur. Nam aut spirituales sunt, quæ animæ causa sunt institutæ, vt Sacramenta Ecclesiæ altaris & his similia: aut temporales, vt prædia domus & fructus decennales, *c. si quis obiecerit. in fin. de reb. Eccles. non alien.*

APHORISMI POLITICI ex lib. 11. Plat. de LL.

I.

Iniuriæ, contumeliæ, conuitia, famosi libelli, detractiones publicæ priuatæque sunt à Magistratu coercendæ, vt pax inter ciues maneat.

II.

Qui venenum adhibuerit, capitali supplicio afficitor.

III.

Rabulæ & ars ipsa rabularia seueris pœnis coercetor: imo ex Rep. bene morata prorsus expellitor, abigitorque.

Quæ requiruntur ad rei vindicationem?

Duo: Dominii nimirum declaratio & rei restitutio, Wesenb. *h.* §. qui inibi optime dicit, quomodo sit intelligendum: non licere ædificia rescindere, nimirum non licere negotiandi & lucrifaciendi causa, *l.* 2. *C. de ædif. priuat. l. Senatus.* 52. *ff. de contrah empt.*

Est ne quædam ex æquo & bono Dd. opinio in hac materia?

Est Berous *quæst.* 96. *nu.* 98. Clar. *sent. lib.* 4. *q.* 88. statuit & receptum esse ait, quod si tantum quantum ex diruta domus materia iusta æstimatione accedente habere quis posset, non concedatur destructio ædificiorum. *d. q.* Wesenb, *h.* §.

Quis est decimus tertius modus acquirendi?

Plantatio, quæ fit, cum planta transfertur in terras, atque si Titius plantam suam in solo Mæuii posuerit, eius erit, cuius est solum, ita, si radices egerit planta.

Quæ est ratio quod iure soli cedat planta?

Quia vnum corpus planta quæ radices egit cum solo censetur, *l.* 9. §. 2. *ff. de damn. infect.* & quia tanquam pars & accessorium sequitur suum totum principale, *l. Quintus.* 40 *ff. de action. empt. & vend.*

Quid si autem nondum radices egit?

Tum eius manet, cuius fuit, quia nondum pars est cum solo, quia nondum coaluit, *l. sed si.* 26. § *arbor. ff. eod. l.* 28. *l. Titius.* 60. *ff. eod.*

Quæ competit actio pro planta Domino?

Si radices egit, tunc vtilis in rem pro interesse, sin nondum coaluit terræ vel solo, tunc directa competit actio, *l.* 5. §. 3. *ff. de rei vind.* Wesenb. *hic.*

Quid de arbore in confinio posita sentiendum?

Communis ea est, si vltro citroque radices egit, *l. pro regione.* 8. *ff. eod* §. *si Titius h. t.*

Quis est decimus quartus modus adquirendi?

Satio, quæ si bona fide fuerit peracta, tunc seminis atque sum-

ptuum habetur ratio, *l.9. ff. de acquir.rer.dom.* Si itaque impenſas refundere noluerit dominus, Sator Iudicis officium requirat, vt aut impenſas dominus refundat, aut fructus illi auferre permittat, vt puta qui bona fide conſeuit, *l.in fundo.38.l.ſin autem.27.§.in re.l.Iulianus.37.ff. de rei vend.l.domum.5.C.de rei vend.*

Quis eſt decimus quintus modus?

Literæ ſiue ſcripturæ ſi impreſſæ fuerint, vt ſi quis in chartis membranisve tuis hiſtoriam, carmen vel literas ſcripſerit, quamuis aureæ fuerint, tamen cedunt ei cuius fuerint chartæ vel membrana, tanquam baſi & fundamini iure ſoli, *§.litera.h.t.l.23.§.2. ff.de rei vend.l.3. §.interdum.ff. ad exhib.*

Qui fit hoc, quod literæ aureæ etiam chartæ cedant?

Quia non hic valor & induſtria conſideratur, ſed duntaxat, quod acceſſorium ſequi debet ſuum principale, ſine quo tanquam fundamine & baſi conſiſtere nequit, *d.l.23,in rem.§.2. ff.de rei vend.*

Quomodo vero petat quis chartam vel membranam ſuam?

Rei vendicatione, *d.l.23.ff.de rei vend.* vel actione ad exhibendum, *l.3.§.interdum.ff.ad exhib.* ita ſi membranarum chartarumve poſſeſſionem bona fide nactus ſit, *tex.hic.*

Quis eſt decimus ſextus modus?

Pictura, qua aliud iuris ſtatuit Imp. non ob induſtriam, hoc eſt, laborem vel valorem, ſed ſolum propter ingenii excellentiam & artificium. Cedit itaque tabula, baſis, & fundamentum picturæ, quod ſpeciale eſt, vt dixi; ob picturę elegantem diſpoſitionem, & ornatum artificioſum, *l.mulieris.13.l.Labeo.14.ff.de V.S.*

Qua actione vero petat dominus tabulam?

Vtili actione pro intereſſe, *l.qua ratione.§.2.ff.eod.*

Quid ſi dominus tabulam depictam retinere velit?

Inuito pictore non poteſt, niſi precium tabulæ pictor præſtare recuſet, quo caſu per exceptionem doli mali poterit remoueri, *tex.hic.*

Quid si sciens quis alienum fundum possederit?

Siue ab initio, *l. si pignore. §. si prædo. ff. de pig. act.* siue postea, *l. bonæ. 109. ff. de V. S.* mota sit controuersia, *l. 2. de vsur.* modo habeat notitiam rei alienæ, tunc cum fundo etiam fructus consumptos tenetur restituere, *§. si quis. h. t.*

Qua actione consequitur Dominus fructus?

Fructus extantes rei vendicatione, consumptos condictione. Et sciendum *hic*, quod lite contestata quilibet cum titulo & bona fide possessor, quia malæ fidei esse exinde incipit, de his postmodum fructibus tenetur, *§. 2. J. de offic. iud. l. 2. C. de fructib.*

Quid de vsufructuario statuis?

Fructuarii non possident, *l. 2. C. de præsc. 30. ann. l. naturaliter. 12. ff de adquir. possess.* quia ex conuentione capiunt fructus, hinc non ante percipiunt, quam fructuum possessionem perceptione naturali apprehenderint, *l. si fructuarius. 13. ff. quib. mod. vsusfr.*

Quia bonæ fidei possessor ante perceptionem transfert fructus ad hæredes, idem ne est in vsufructuario?

Non: Nam bonæ fidei possessor ius quasi dominii, eoque etiam fructuum, ad hæredem transmittit: Vsufructuarius vero licet maturis fructibus, nondum tamen perceptis, decesserit, ad hæredes eius non pertinent, sed domino proprietatis adquiruntur, *d. l. naturaliter. 12. ff. de adquir. possess.*

Quare extat hic: EADEM FERE DE COLONO DICVNTVR?

Fere, tanquam exceptio, quandam differentiam ostendit, & est in eo: Vsufructuarius nec ius suum nec fructus non perceptos transmittit ad hæredes: Colonus omnia, etiam pendentes transfert ad hæredes, *l. viam. 10. C. locat.* durante locatione tamen, quæ ad hæredem transmittitur, *d. l 10.*

Dic tandem quid est vsusfructus?

Est rei vsus & ad necessitatem & vtilitatem inseruiens, Cuiac. *lib. 13. c. 12.* hic est proprie vel improprie seu quasi vsusfructus. Is est vsus



Quare dixisti: VT DOMINVM NON HABEAT?

Quia quorum Dominus ignoratur, eorum cessat & acquirendi modus, *l.67. ff.de rei vend.*

Cuius est thesaurus inuentus, vel cui acquiritur?

Hoc casu distinguendum est, aut in suo (pleno iure vel vtili. Dd. *in l. vn. C.de thesaur.*) quis inuenerit thesaurum; Idem est iudicium si in religioso sacrove loco fortuito casu inuentus fuerit: aut in alieno. Illo casu totus inuentori cedit, §.*thesauros.h.t.* hoc casu, si non studio, dimidium inuentori, dimidium domino soli conceditur, *d.* §. Idem iuris est, si quis in loco Cæsaris publico fiscive inuenerit, *d.*§. *thesauros.* Hodie tamen hoc ita obseruatur, vt inuentorum in sacris religiosis dimidia inuentori, altera pars Deo & Ecclesiæ cedat, Wesenbec.*h.*§.

Potest ne quis studio in alieno loco quarere thesaurum?

Non. *d.l.vn. C.de thesaur.l.si is qui. 63. ff.de adquir.rer.dom.* Nam cederet totus domino hoc casu, *d.l.si quis.* Vsufructuarium tamen thesaurus sequitur, Ang. *hic.nu.3. d.l.si quis.*

Quis est decimus nonus modus adquirendi?

Traditio.

Quotuplex est traditio?

Duplex: vera vel ficta. Vera traditio est modus adquirendi I. g. quo res mobiles de manu in manum traduntur, *h.*§.*per tradition.* Ficta est, quæ non corporali traditione fit, sed patientia potius pro tradita habetur, *l. seruus. 42.*§.*incorporales l.3.*§.*si inter. ff.de act.empt.*

Quæ requiruntur in traditione?

Tria. 1. vt tradens sit dominus. 2. voluntas transferendi dominii. 3. iusta tradendi causa: Titulus igitur est causa, traditio effectus: quæ cum sit facti, non præsumitur nisi probetur, *l.4. l.cum reb. C.de prob.*

d.§.*h.t.* vt etiam fit in creatione Imperatoris, causam esse credere, quo nouiter creatus Rex ab pressura & frequentia populi non præpediatur in solennibus.

Quis est vigesimus primus modus adquirendi?

Occupatio rei pro derelicto habitæ.

Quomodo in pro derelictis habitis dominium adquiritur?

Simpliciter atque si quis eam habuerit iure potius occupationis quam traditionis, *d.*§. *hoc amplius. h.t.l.1.t.t. ff. de pro derelict. hab.* Pro derelicto autem id habetur, quod dominus ea intentione abiecerit, vt in numero rerum suarum esse nolit, *d.*§.*l.1.2. ff. de pro derelict.*

Perinde ne est in rebus leuandæ nauis causa, vel de rheda currente inscio domino amissis?

Non: quia cessat eadem ratio, nempe animus ad amittendum dominium, §.*per tradit.h.t.* Hinc qui fluctib. expulsas, vel ita amissas res animo lucrandi abstulerit, furtum committit, §.*fin.h.t.l.interdum.*§.*1.ff.de adquir. possess. l. qua ratione. 9.*§.*alia. ff.eod. l.2.8.ff. ad L. Rhod. de iact.l. falsus.*§.*qui alienum.ff.de furt.* Non tamen tenetur pœna furti ordinaria, sed arbitrio iudicis extraordinē punitur talis, *d.l.falsus.l.is qui opem.54.ff. de furt. l. si is cui.7.l.si seruum.16.C.de furt.* Ias. *in l.eius.* §.*quas actiones, ff. si cert. pet.*

AXIOMATA ET REGVLÆ IVRIS.

I.

Nemo plus iuris in alium transfert, quam ipse habet, *l.54.ff.de R.I. l.120.ff.eod.*

II.

Non debeo melioris conditionis esse, quam author meus, à quo ius in me transiit, *l.traditio.ff.de acquir.rer.dom.*

III.

Quod nullius est vel esse potest, id vt alicuius fieret, nulla obligatio valet efficere, *l.128.ff.de R.I.* hinc religiosæ sacræ res nullius in bonis sunt, & per conseq. inutilis earum stipulatio, §. *idemque. Instit. de inut. stipul.*

IV.

Id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest, id est, sine traditione non videtur rem amittere, cuius propria non fuit, *l.* 83. *ff. de* R.I. *l.* 1. §. 1. *quib. mod. vsusfr. adquir.*

V.

In necessitatibus nemo præsumitur liberalis, *l. rem legatam*, 18. *ff. de adim. legat.*

VI.

Paria sunt per se vel per alium factum explicare, *c. qui facit.* 72. *ff. de* R. I. *in* 6.

VII.

Vnius exclusio est alterius inclusio, *l. cum Prætor.* 12. *ff. de iudic. l. maritus.* 28. *C. de procurat.*

VIII.

Fructus pendentes fundi sunt pars, *l.* 44. *ff. de rei vend.*

IX.

In pari causa melior est conditio possidentis, *l.* 37. *ff. eod.*

X.

Nemo præsumitur facile iactare suum, *l. cum de indebito. ff. de probat.*

XI.

Quod ex re mea superest, eius vindicandi ius habeo, *l. solum.* 49. *ff. de rei vendic.*

XII.

Res quarum formæ mutantur pro extinctis habentur, *l. mulieris. ff de V. S.*

XIII.

Duo vincula arctius ligant vno, *Auth. itaque. C. com. de success.*

XIV.

Forma dat esse rei, *l.* 9. §. 2. *ff. ad exhib.*

XV.

Quam diu spes est recuperandi, res manet nostra, *l.* 44. *ff. de acquir. rer. dom.* §. *apium. h. t.*

XVI.

Accessorium sequitur principale, *l. cum principalis. ff. de* R. I.

XVII.

Cum ius naturale refertur ad actus qui hominis sunt proprii, nec communes reliquis animantibus, tum ius naturale pro iure gent. sumitur, *l.1.in princ. de pact.*

XVIII.

Paria sunt initio assentiri, vel ex interuallo ratum habere, *l. semper. 60. ff. de R.I.*

XIX.

Propter quod vnum quodque tale est, illud magis tale est, *Auth. multo magis. C. de S.S. Eccles.*

E Iure Canonico.

Summa rerum Ecclesiasticarum diuisio in duos articulos deducitur. Nam aut spirituales sunt, quæ animæ causa sunt institutæ, vt Sacramenta Ecclesiæ altaris & his similia: aut temporales, vt prædia domus & fructus decennales, *c. si quis obiecerit. in fin. de reb. Eccles. non alien.*

APHORISMI POLITICI ex lib. 11. Plat. de LL.

I.

Iniuriæ, contumeliæ, conuitia, famosi libelli, detractiones publicæ priuatæque sunt à Magistratu coercendæ, vt pax inter ciues maneat.

II.

Qui venenum adhibuerit, capitali supplicio afficitor.

III.

Rabulæ & ars ipsa rabularia seueris pœnis coercetor: imo ex Rep. bene morata prorsus expellitor, abigitorque.

TITVLVS II.

DE REBVS CORPORALIbus & incorporalibus.

Est ne praeterea alia rerum diuisio?

EST: namque hoc titulo omnes res denuo diuiduntur in corporales & incorporales, *h.t.2.l.1.ff de rer.diuis.*

Quae sunt corporales?

Quæ tangi possunt, & quæ aspectu sensuque deprehenduntur, vt sunt substantialia, quæ existunt & traditionem, possessionem, diuisionem & vsucapionem admittunt, vt fundus, aurum, argentum, *tex. hic.t.t.de adquir.rer.possess.*

Quae sunt incorpo eae?

Quæ tangi non possunt, & naturaliter per se non existunt, minus traditionem, possessionem, &c. recipiunt, *l.3.4.§.si viam.ff de vsucap. l.14.ff.de seruitutib.* vt sunt, quæ in iure consistunt, vt hæreditates, vsusfr. vsus, obligationes, iura prædiorum, vrbanorum & rusticorum tanquam seruitutes, *tex.h.t.*

Quia diximus prout corporalia adquirantur, dic numquid incorporalia adquirantur?

Omnino, licet non possidentur, attamen per interpretationem iuris peræque in dominio sunt & adquiruntur vt corporales, *Dd.in l. seruus.93.§.1.ff.de adquir.domin.l.3.ff de vsufr.*

Quomodo quaeruntur incorporalia in quibus res corporales continentur?

Vt incorporales, nec ad rem pertinet, quod res comprehendat corporales: non enim singula corpora continentur, sed ipsum ius vniuersale, quod in se comprehendit res corporales: hinc res quæ in hæreditatibus continentur, non vsucapiuntur per se tanquam corporalia & mobilia, sed præscribuntur cum vniuersali scil. hæreditate 30. annis, *l.4.C.in quib.caus.praescrib.l.7.C.de petit.hered.*

REGV-

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Magis dignum trahit ad se minus dignum, *l. cum qui. 23. de vsucap. l. longa. 3 ff. de diuers. temp. præscript.*

II.

Numi iura non sunt, res tamen incorporales, quia quantitas debetur non corpus, *l. qui heredis. ff. de condict. indebit. l. si is. ff. de solut.*

E Iure Canonico.

Res spirituales sunt aut corporales aut incorporales, & hæ diuiduntur in sacramenta, res sacras, sanctas & religiosas, Lancell. *tit. de reb. sacr. sanct. & relig.*

APHORISMVS POLITICVS, *ex lib. 12. Platonis de Leg.*

I.

Leges publicæ in Religione hoc *primum* statuere debent, vt Deus pure & ex animo colatur: *deinde* vt quamuis corpus, (quod animi est domicilium) sit honeste sepeliendum, sumptus tamen & luctus in sepulturis & funeribus sit moderatus & definitus. *Tertio*, vt iurisiurandi publice vel priuatim interpositi authoritas, fides & obseruatio sancta sit, rata, firma & inuiolabilis.

TITVLVS III.
DE SERVITVTIBVS PRÆdiorum.

Quotuplex est seruitus?

Duplex, realis & personalis, *l. 1. ff. de seruit.*

De quibus agit præsens Titulus?

De realibus, siue prædialibus seruitutibus. Vt itaq; personales seruitutes personis: ita & reales rei inseruiunt, seu prędio, vtræq; tamen à re debentur, *l. pater. ff. de ser. leg. l. annua. 20. §. Atticus. ff. de ann. leg.*

Quid est seruitus realis?

Quæ ad commodum & vsum prædii seu rei pertinet, *l. vsus. 21. l. plenum. 12. l. diuus. 22. ff. de vsufr. & habitat.* Wesenb. ita definit, quod sit constitutio iuris gentium, qua prædium contra naturam vicino prædio ad eius vtilitatem vel domini commoditatem, cum iuris sui diminutione, seruit.

Quid est seruitus personalis?

Quæ ad commodum & vsum personæ conceditur, *d. l. vsus. & d. l. diuus. l. Lucius. 37. ff. de seru. rustic. præd. l. 3. 6. 5. ff. eod.*

Vnde dicuntur prædiales seruitutes vel prædium?

A præda, quod deuictis hostibus agri capti militibus prædæ loco diuiderentur, vel à præstando, quod pro his fide obligentur, *l. sciendum. ff. qui satisd. cog.*

Quid vocas prædium rusticum?

Quod propter fructus colligendos non habitationis gratia est extructum, siue modo ruri, siue in ciuitate sit, *l. Vrbana. 198. ff. de V. S.*

Quid est prædium Vrbanum?

Quod habitationis causa est extructum, etiamsi ruri sit comparatum, *l. 1. com. prædio. l. Vrbana. 198. ff. de V. S.*

Quid de molendino vel naui sentis?

Molendinum Cœpoll. rusticis prædiis annumerat, *de seru. vrb. c. 11. nu. 8.* Nauim vero, Vrbanis, *ibid. nu. 7.*

Quæ sunt iura, siue seruitutes rusticorum prædiorum?

Iter, actus, via, aquæductus.

Quid est iter?

Est ius eundi, ambulandi, siue pedibus, siue equo, siue sella, *l. 7. 12. ff. eod.* & hominibus competit, *tex. hic.*

Quid est actus?

Est ius agendi, vel iumentum, vel vehiculum, *tex. hic.*

Quid est via?

Est ius eundi, agendi & ambulandi; hinc in via iter & actus continentur, *l.1.ff.eod. tex.hic.*

Dic breuem differentiam omnium?

Iter ad hominum vsum, actus ad iumentorum, via denique ad vehiculorum commoditatem spectat: quippe homines eunt, aguntur pecudes, vehunt & vehuntur vehicula, siue esseda & currus.

Quid est aquæ ductus?

Est ius aquæ ducendæ per alienum fundum, *tex.hic.*

Quotuplex est?

Duplex, aut continuus, aut discontinuus. Continuus fit per canales suo perenni fluxu: Discontinuus, per interualla, vt aquæ haustus, *l. seruitutes. ff.eod.l. vsus.1.ff. de vs. & habit.*

Quæ præterea seruitutibus his quatuor rusticis annumerantur?

Aquæ haustus, pecoris ad aquam appulsus, ius pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, *tex.hic.in §.fin.*

Quæ sunt seruitutes Vrbanorum prædiorum?

Quæ ædificiis inhærent, vt vicinus onera vicini sustineat, ædificii nimirum, *tex.hic.l.6.§. etiam. ff.si seru. vend.* vt in parietem eius liceat vicino tignum immittere, vt stillicidium vel flumen quis in ædes suas recipiat: item ne altius quis tollat ædes suas, ne luminibus vicini officiat, *tex.hic.§.prædior.vrban.* quæ omnia per se sunt clara.

Quomodo differunt seruitus oneris ferendi & tignum immitendi?

Qui habet ius tignum immittendi, non potest cum vicino agere, vt parietem reficiat, quia refectio ad eum, qui vtilitatem seruitutis capit, non ad dominium rei, quæ seruit, pertinet, *l.6.§.2.ff.si seruit. vend.* Qui vero seruiturem oneris ferendi habet, cum vicino ad refectionem, quæ ferendo oneri par sit, agere potest, *d.l.6.* Wesenb. *hic.*

Quomodo adquiruntur vel constituuntur hæ seruitutes?

Tam pactionibus atque stipulationibus, quam Testamentis, *tex. hic.* §. *fin.* vt si hæredem quis damnet & iniungat suprema voluntate, ne altius tollat ædes suas, ne luminibus ædium vicini officiat, vt patiatur vicinum tignum in parietem immittere, stillicidium aduersus eum habere, vt patiatur eum per fundum ire, agere, aquam ex eo ducere, *l.16. Com. prædio. tex. hic.*

REGULÆ ET AXIOMATA.

I.

Domum suam reficere cuique licet, dum non officiat inuito alteri, in quo ius non habet, *l.61. ff. de R.I.*

II.

Sua res nemini seruit, *l.5. si vsufr. pet. l. in re. 26. ff. de seru. vrb. prædio.* quia dominus & res dominio subiecta pro vno habentur, *l.33. §. fin. ff. de seru. rust. prædio.*

III.

Dominus re sua vtitur iure dominii, non seruitutis, *l.90. ff. de V.S.*

E Iure Canonico.

Qui altari seruit, de altari debet viuere, non tamen luxuriari, *distinct. 44. in princ.* & no. per abb. *in c. cum secundum facit. 12. q. 3. c. 1. 2.* Lancell. *de præbend. & aliis benef.*

APHORISMI POLITICI ex lib. 12. Platon. de LL.

I.

Qui in publici muneris administratione pecuniam acceperit, aut præuaricari deprehensus fuerit, grauissime puniatur.

II.

Qui Magistratus pecuniã interuerterit, peculatus pœnis teneatur.

III.

Pax aut bellum non nisi ex Reip. aut ordinum iussu & consensu decernitor.

TITV-

TITVLVS IV.
DE VSVFRVCTV.

Quia præcedente titulo de realibus seruitutibus dixti, dic quid sit seruitus personalis?

EST ius ex re aliena personæ debitum, & ad vsum eius commoditatemque, pacto vel vltima voluntate constitutum, Wesen. *h.t.*

Quot sunt eius species?

Tres: Vsusfructus, vsus & habitatio.

Quid est vsusfructus?

Est ius alienis rebus vtendi, fruendi, salua rerum substantia, *tex. hic in princ.* & latam habet interpretat. quippe & vsum & habitationem in se continet, *l.7. ff. de vsufr. l.2.14 ff. de vsu & habit.*

Quæ est differentia inter vsum & fructum?

Vsus tantum continet, quantum necessitas efflagitat & requirit: Fructus vero omnem rei vtilitatem complectitur, *l. per seruum. l. plenam. ff. de vs. & hab.*

In quibus consistit seruitus personalis?

Tam in mobilibus, quam immobilibus, vel se mouentibus, *l.7.21. 48. ff. de vsufr.*.

In quibus differt à realibus seruitutibus?

In eo, quod prædiales siue reales seruitutes rei soli debentur, & non consistunt in mobilibus vt personales, *t.t.*

Vsufructu constituto de quibus debet cauere vsufructuarius?

De duobus: primum, se boni viri arbitratu rebus vsurum: secundo, se finito vsufructu denuo restituturum, *l.13. cum seq. ff. eod. & t.t. vsufructuar. quemad. cau.*

Possunt ne vsusfructus & proprietas separari?

[illegible]ssunt, & quidem pluribus modis, Testamento & inter viuos pa[illegible] si quis ali[illegible]ui vsumfr. legauerit, proprietas hæredi salua manet: [illegible] vice versa, si proprietas alicui fuerit legata, tunc vsusfr. hæredi

per-

permanet, *tex. hic.* Vel denique vni vsusfructus, alteri proprietas separata legari potest, *tex. hic.* § *item.* Contractibus vero inter viuos ciuilibus & solennibus stipulationibus, *l. 1.* § . *fin. l. 7. in princ. ff. de pact.*

In quibus rebus potest esse vsusfructus?

In fundo, rebus soli, *l. 1. in princ. ff. vti possid.* vt ædibus, in seruis & iumentis, rebus mobilibus & inanimis, *l. numismatum. 28. ff. eod. t. t. de vsufr. ear. rer.*

Consistit ne vsusfructus in iis rebus quæ vsu consumuntur?

Non proprie, quia ipso vsu consumuntur, *tex. hic. in* § . *constituit.* Et quia, qui has res accipit, fit dominus, sicque non seruit iure ciuili res propria, *l. 5. ff. si vsusfruct. pet.* abusiue tamen bene vtilitatis causa, vt senatus censuit cum cautione potest esse vsusfr. vt in vino, oleo, frumento, vestimentis & pecunia numerata, *d.* § . *h. t. l. 1. & t. t. de vsufr. ear. rer.*

Quare extat pecunia numerata?

Quia pecuniæ numeratæ vtputa argenti infecti vel facti vsus esse potest sine abusu, vt vasorum, numismatum argenteorum, & ideo etiam vsusfructus, *l. 28. ff. eod.* Wesenb. *hic.*

Quare in pecunia opus est cautione, cum vsu non consumatur, vt vinum, oleum, &c?

Quia quodammodo consumitur, hoc est, eius dominium transfertur in accipientem, sicque respectu vtentis, qui eam expendit, consumitur & extinguitur, *l. si alieni. 78. ff. de solut.*

Quomodo fit cautio siue satisdatio in his quæ vsu consumuntur, vel extinguuntur?

Ita, vt si pecuniæ vsusfr. legatus sit, ita datur legatario, vt eius fiat, & legatarius satisdet hæredi de tanta pecunia restituenda, si morietur, aut capite minuetur. In aliis vero rebus hoc obseruatur, vt æstimatæ tradantur data cautione, vt si moriatur aut capite minuatur, tanta pecunia restituatur, quanti hæ fuerint æstimatæ: sicq; per cautionem, quasi Senatus vsumfr. har. rer. constituit. § . *constituitur h. t.*

Quibus modis finitur vſusfructus?

His præcipue, vt ſi moriatur vſufructuarius vel capite minuatur, *d. §.conſtituitur.* duabus capitis diminutionibus, maxima & media ſcil. *§.ne tamen hic.* non vtendo per modum & tempus, *l. ſi communem. ff. quemad. ſeru. amit.* cedendo ſiue ceſſatione & conſolidatione, *d. l. ſi communem.*

Quare morte vſufructuarij?

Quia perſonalis eſt ſeruitus, quæ cum perſona extinguitur, *l.1. ff. de ſeru.*

Quare media capitis diminutione?

Quia ciuiliter ex eo moritur, *l.4. ff. qui ſatisd. cog.* comparatur namque media cap. diminutio mortalitati, *l. cognitionem. ff. de var. & ex. cog.* adimit enim ciuitatem, eiuſque ius, cuius pars eſt vſusfructus.

Quare non vtendo?

Ex natura contrariorum. Vt namque ſeruitus adquiritur vſu, *l.2. C. de ſeruit.* ita etiam non vſu amittitur, *l.35. ff. de R.I.*

Quare non vtendo per modum & tempus?

Quia qui non vtitur, vt debet, abutitur, *l.10. ff. quemad. ſeru. amitt.*

Quare ceſſione?

Quia reuertitur ad proprietarium vtilitas, nempe fructus, qui cedi poſſunt, ſicut & vendi, *l. arboribus. 12. ff. eod. l.8. §. fin. ff. de pericul. & commod. rei vendit.*

Quare conſolidatione?

Quia non amplius vſusfructus ſed ſolida proprietas dicitur, *l.35. ff. de bon. libert. l. Sempronius. §.1. ff. de vſufr. leg.*

Quid ſi ædes incendio, vel terræ motu conſumptæ ſint, areæ vſusfructus debetur ne?

Non: quia non areæ, ſed ædium vſusfructus fuit conſtitutus, *tex. hic. in fin.*

Quid si plures fuerint vsufructuarij & vnus mortuus fuerit, quid iuris?

Hoc, quod portio vnius extincta, alteri accrescat, *l.1.§.2.ff.de vsufr. accresc.*

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Paria sunt non vti, vel non debito modo vti: vel, non fieri, vel non debito modo fieri, *l.1. in fin. vbi gloss. verb. aut inhabilis, quod cuiusque vniuers. l.1.§.pen.ff.quor. legator.*

II.

Personalia cedi non possunt, *l.ex pluribus.42.ff.de administrat. & peric. tutor. l.67.§.5.ff.de rit. nuptiar.* vtilitates vero bene, *l.12.h.t.*

III.

Fructus omnem rei vtilitatem, vsus quantum ad necessitatem opus est, complectitur, *l.plenam.ff.de vs.& habit.*

IV.

Mulier cui sub conditione, si honeste viuat, relictus est vsusfructus, non eum amittit, secundo nubens, Bart. *in l.22.§.4.ff. ad SC. Trebel. nu.5.*

E Iure Canonico.

Præbenda est ius percipiendi prouentus Ecclesiasticos, *tit. de præbend. & aliis benef.*

APHORISMI POLITICI ex lib. 12. Plat. de LL.

I.

Rerum dominia in quaque Rep. certa & definita sunto: eorumque acquirendorum certa ratio legibus definitor.

II.

Ad dominia rerum definienda vsucapionis seu præscriptionis bona fide factæ æterna authoritas esto.

III.

Fideiussionis sponsio rata ac firma esto, vt fideiussor conueniri & cogi possit.

TITVLVS V.
DE VSV ET HABITAtione.

Quid est vsus?

EST species seruitutum personalium, atque ius vtendi alienis rebus, salua rei substantia, Wesenb. *hic.*

Quid est habitatio?

Est seruitus personalis in habitando consistens, & constituitur in domo aliena, salua identidem rei substantia, *l. 1. ff de vs. & habit.*

Quomodo differt habitatio ab vsu & vsufructu?

Habitatio non nisi morte finitur, *l. si habitare. ff. de vs. & hab.* Vsus & vsusfructus vero amittuntur non vtendo, vel capitis diminutione, *l. pen. §. sicut. ff. si vsusfr.* Item potest inhabitator aliis vendere vel locare ius, quod habet, *l. 13. C. de vsufr.* Vsuarius vero non potest, *l. neque. ff. de vs. & habit.* quia ius personale; sicque aliud est vsus ædium de quo *in §. 2. hic.* aliud habitatio, de qua *in §. fin.* hæc in facto magis quam iure consistit habitandi, *l. legatum. ff. de cap. dimin.* ille, scil. vsus ædium in iure consistit, *d. l. de cap. dimin.*

Quomodo constituitur vsus?

Iisdem modis quibus & vsusfructus iisdemq; finitur, *in prin. hic.* de similibus itaq; idem est iudiciũ, Bart. *in l. humanit. n. 14. C. de imp. sub.*

Idem ne iuris est in vsu quod in vsufructu?

Non: minus enim est in vsu, quam vsufructu: quippe vsuarius fundi hoc solum habet, vt oleribus, pomis, floribus, fœno, stramentis, lignis ad vsum quotidianum vtatur, in fundoq; adusq; morari queat, ne domino fundi molestiam creet ipse, vel iis, per quos opera rustica expedire solet, *tex. hic. in princ. l. plenum. 12. ff. eod.* & quod magis est vsuarius nulli alii ius quod habet, vendere, locare, gratis, commodato, precario cõcedere potest: vsufructuarius vero bene, *tex. hic. §. 1.*

Quare minus Vsuario, quam Vsufructuario conceditur?

Quia in vsu est tantum, quantum sufficit ad victus necessitatem:

non potest itaque à persona separari, cum alius alio plus indigeat, & in alterius persona alius sit futurus vsus, *l. sed neque.*8.*ff.eod.* Vsusfructus non penditur ex vsu personæ, sed vtilitate fundi: quare cum fructus eius sint, quin alienare eos possit, nulla causa valet efficere, quamuis directum ius habeat, cum eoque extinguatur, *l.*8.§.*fin.ff.de peric.& commod.rei vendit.*

Quid commodi cedit ex ædium vsu?

Hoc, vt ipse duntaxat inhabitet, neque in alios hoc ius transferat, quia proprius cuique personæ est vsus, § *item is.h.t.* Licet tamen illi hospitem recipere, cum vxore, liberis & quibus vt seruis vtitur, inhabitare, *d.§.l.plenum.*12*.in verb.sibi & suis sufficiat.ff.eod.*

Vsus seruorum, vel iumenti quoad se extendit?

Ipse qui eum vsum habet, vti potest, ad alium vero hoc ius transferri non potest, quod & in iumento obseruatur, §.3.*hic.d.l.plenum.*

Quid de pecorum vel ouium vsu sentis?

Qui horum vsum habet, nec lacte, nec agnis, nec lana vti potest, quippe in fructu non vsu sunt, ad stercorandum tamen agrum suum pecoribus vti potest, §.3.*hic. d.l.plenum.in princ.* §.1. modice tamen lactis vsum habere potest, *d.l.*12.§.2 4. *ff.eod.*

Habitatio est ne seruitutis ius?

Non proprie, quia potius est facti, quam iuris habitatio, hinc nihil refert, numquid per se, an per alium inhabitet quis, quia inquilinus vice locatoris rem tenet, *l.* 2. C. *de præscript.* 30. *annor.* donare tamen non potest, nec alienare ius suum inhabitator, quia est seruitus personalis, Wesenb.*h.*4.§.

REGVLÆ SIVE AXIOMATA IVRIS.

I.

De similibus idem est iudicium, §.*iud.h.t.* & Bald. *in l. humanitatis.nu.*14.C *de impub.sub.*

II.

Habitatio non domum significat, sed ius habitandi, Cuiac.*hic.*

E Iure Canonico.

Ædificans rite, vel dotans acquirit ius patronatus, & eum ſequi debent commoda, quem ſequuntur incommoda, Lancell. *de Inſtit. & l. patro.*

APHORISMI POLITICI ex lib. 12. Plat. de LL.

I.

Peregrinorum commercia ne Reſp. auerſetur, ſed ea & prudenter & vtiliter tueatur, nullaque fiat peregrinis à ciuibus iniuria: Ne tamen peregrini mores improbos in Remp. inuehant, Magiſtratus prudenter proſpicito.

II.

Bonus Ciuis onera Reip. ne recuſato, ſed ea lubens tolerato & obito.

TITVLVS VI. DE VSVCAPIONIBVS ET præſcriptionibus longi temporis.

Quid eſt vſucapio?

EST modus acquirendi iure ciuili, cum hactenus de acquirendi modo iure gentium dictum ſit, §. *fin. Inſtit. de vſ. & hab. tit. praced.* Vel, Vſucapio eſt adiectio dominii per continuationem poſſeſſionis lege definiti temporis, *l. 3. ff. h. t.*

Quare dixti, poſſeſſionis?

Quia legitima poſſeſſio vſucapionis cauſa eſt, præſcriptio verò effectus, eoque diſtat ab vſucapione, quæ iuris eſt ex lege, præſcriptio facti, *l. poſſeßio. 41. ff. de acquir. poſſeß.* Weſenb. *h. t. in princ.*

Vbi extabat hac conſtitutio I. Ciuilis?

Leg. 12. Tab. Annus rei mobilis, biennium immobilis, æuum rei

furtiuæ authoritas esto, *l. non solum 33 in princ. ff. eod.* Sed ita ... alicui profuit temporis decursus, si bona fide ab eo, qui dom... erat, cum crederet eum dominum esse, rem quis emerit, vel ex d... tione aliave quauis iusta causa acceperit, *tex. hic. in princ.*

Quare dixti, bona fide?

Quia sine ea non procedit vsucapio, *l. si aliena. 10 l. 27. ff. eod. l. de præscr. long. temp.*

Quare dixti iusta causa?

Quia titulus tanquam causa vsucapionis debet adesse, habilis tamen & idoneus, ad transferendum dominium, *l. 3. § fin ff. de acquir. possess. l. 4. 8. 27. C. de præscript. long. temp.*

Quis est effectus Tituli?

Is, quod iustam possessionis causam præbeat; possessio vero est causa sine qua non vsucapionis, vt paulo ante dixi.

Obseruatur ne hæc constitutio l. 12. tab.?

Non, quia melior sententia resedit Imperatori.

Quæ est ista sententia & sanctio?

Hæc, vt res quidem mobiles per triennium, immobiles vero per longi temporis possessionem vsucapiantur, *l. vn. C. de vsuc. transform.*

Indistincte ne procedit hæc sanctio?

Non: Longi temporis namque possessione inter præsentes decennio, inter absentes viginti annis res immobiles vsucapiuntur, *tex. hic. in princ. d. l. vn. C. de vsucap. transfor.*

Qui sunt præsentes, vel absentes?

Præsentes sunt, qui in eadem prouincia sedem habent, qui vero non, absentes dicuntur, *l. fin. C. de præscript. long. temp.*

Quare adinuenta est vsucapio?

1. Ne rerum dominia sint in incerto, *tex. hic. in princ. & d. l. vn.* 2. propter publicam vtilitatem. 3. propter odium negligentium hominum, *l. 1. ff. eod. l. fin. C. de præscr. long. temp.* quæ iura vigilantibus, non dormientibus scripta sunt, *l. pupillus. § fin. ff. quæ in fraud. credit.* 4. vt litium imponatur finis.

Hic per vsucapionem adquirendi modus nonne patitur exceptionem?

Omnino. Nam licet quis bona fide rem iusto titulo & possessione habeat, si tamen extra commercium est, non procedit: vt in homine libero, in re sacra, religiosa, seruo fugitiuo. &c. videre est. Item furtiuæ & vi possessæ res, quamuis bona fide & longo tempore possessæ sint, tamen non vsucapiuntur, §. *sed aliquando. h. t.*

Quare vsucapio in homine libero non procedit?

Quia, vt dixi, est extra commercium, §. *fin.* ȷ̃. *de empt.* §. 1. ȷ̃. *de inut. stip.* Et quia hominis liberi status non præscribitur, *l. fin.* C. *de præscr. long. temp.* sic etiam sacræ res & religiosæ extra commercium sunt, *l.* 83. §. *sacrum. ff. de V. O.* §. 1. ȷ̃. *de inut. stipul.*

Quare in fugitiuo non procedit vsucapio?

Quia ad instar rerum furtiuarum est, quia sui ipsius quodammodo furtum facit, *l.* 1. C. *de seru. fugit. l. ancilla. ff. de furt.*

Quare vi possessæ res non possunt vsucapi?

Quia in vitio sunt, quæ pro furtiuis etiam habentur, ȷ̃. *de vi bon. rapt.* §. *sed aliquando. hic.*

Non bona fides purgat vitium?

Non contra legis prohibitionem. Nam vbi lex vsucapionem admittit, bona fides nihil operatur, *l.* 24. *ff. eod.*

Quid iuris, si quis ab ipso fure, vel malæ fidei possessore rem furtiuam emerit bona fide?

Hoc, quod vsucapio hoc casu non procedat, §. *furtiuæ. h. t. l.* 4. §. *non autem. ff. eod.* sin vero à bonæ fidei possessore emerit, ex tunc procedit vsucapio, §. *sed tamen. hic. l.* 33. §. 2. *ff. eod.*

Nonne secus est hoc tempore?

Imo, quippe & à malæ fidei possessore res empta, vel etiam ab ipso fure præscriptionem admittit longissimo tempore, *l.* 3. 4. C. *de præscr.* 30. *vel* 40. *annor.*

Quid

Quid si rem alienam quis, non tamen dolo vendiderit?

Hoc casu furtum non committit, quia non fraudulenta est contrectatio, & furtum sine affectu fraudandi nō committitur, §. *sed tamen. h. t. l. furtum. 37. ff. de vsucap. l. 53. ff. de furt.* Sciens tamen si vendiderit aliave causa tradiderit furtum committit, *l. si seruum. 16. l. alienum. 6. C. de furt. l. 1. 7. C. de vsucap. pro empt.*

Quid si quis bona vacantia possederit, non tamen vi, aliusque eadem vendiderit, adquiruntur ne longa possessione?

Adquiruntur, si bona fide quis acceporit, licet malam fidem habeat possessor, (nam scit se alienum fundum occupasse) quia neque furtiuum, neque vi possessum accepit, §. *quod autem. h. t.*

Quid est mala fides?

Est scientia rei alienæ, Wesenb. *d. §. quod autem.*

Est ne casus, quo furtiua & vi possessa res queat vsucapi?

Est, si nimirum in domini potestatem res peruenerit denuo, tunc vitio purgato, si postmodum sine domini voluntate ad tertium deuenerit, procedit vsucapio, §. *aliquando. h. t. l. 4. §. 4. 6. l. 24. ff. eod.*

Quid in rebus fisci statuis, admittunt ne vsucapionem?

Non, nec publicæ res ciuitatum, *l. 9. ff. eod. l. 18. 24. 45. ff. eod. l. 4. C. de præscript. 30. annorum.*

Quid sunt bona vacantia?

Ea quæ dominum non habent, *d. l. 19. ff. eod.* ne autem in incerto sint rerum dominia, fisco applicantur & deferuntur, *l. 1. & t. t. ff. de iur. fisci.*

Quid si error interuenerit, parit ne vsucapionem?

Non, quia error falsæ causæ vsucapionem non parit, vt si quis putet se emisse, cum non emerit: vel si quis tanquam donatam rem

possi-

possideat, quæ donata non sit, §.*nouißime.h.t.* & tam error facti, *l.27. l.pen.ff.eod.* quam iuris impedimento sunt, *l. nunquam.31.ff.eod.* quia error proprii facti est intolerabilis, nec meretur veniam. Secus est, si quis authorem suum vel seruum emisse putet, qui tamen non emerit, quia in alieni facti ignorantia tolerabilis est error, pro suoq; vsucapio locum habet.*l.vlt.ff.pro suo.*

Quid est præscriptio?

Est exceptio ex tempore congruens ab authoritate legum vim capiens, negligentibus pœnam infligens, & finem litibus imponens.

Quæ inducunt præscriptionem?

Bona fides, iustus titulus, continua possessio, & sine rei vitio, scilicet quando res est præscriptibilis.

Quot sunt species præscriptionum?

Quinque: 1. Longi temporis, cum inter præsentes immobilia decennio, inter absentes vicennio præscribuntur, *l vn.C.de vsucap. transf.* 2. Longissimi temporis, qua actiones, pignus à tertio possessum, res furtiuæ præscribuntur spacio 30. vel 40. annor. *l.omnis. C de præscript.30.vel 40. annor.* 3. Quadriennii, qua bona vacantia fisco denunciata propter fisci negligentiam præscribuntur: Hic sciendum, quod si fiscus rem alienam vendat, vltra quadriennium propter precium conueniri nequeat, *l.1.C.de quadrien. præscript.* 4. Præscriptio tanti temporis, cuius initii memoria non extat, & hac iura & seruitutes præscribuntur: item solutiones quæ facti sunt, res ciuitatum, *l.fin.C.de S.S.Eccles.* item pedagia, regalia, *c.26.super quibusd.§. præterea.de V.S.* Hoc loco notandum, quod consuetudo cuius non extat memoria, ius siue priuilegium inducat, Iason.*in l.quo minus.ff. de flumin.l.3.§.ductus.de aq.pluu.arc.v.gloß.ad d.c.super.§.præterea.* 5. Præscriptio centum annorum, quæ soli Romanæ Ecclesiæ concessa est, aliarum vero Ecclesiarum res 40. annis prescribuntur. *Auth. quas actiones. C.de S.S.Eccles. Nouel. vt Eccles. Rom. cent. annor. gaud. præscript.* Cuiac, *lib.5.obs.5.*

Nonne adhuc extat aliud necessarium requisitum ad vsucapionem, vel præscriptionem?

Omnino, scilicet continuatio possessionis, *l.3.31.§.1.20. ff.eod. l.2. C.de præscript.long.temp.l.10.C.de acquir.possess.*

VII.

Vsucapio præstat actiones directas ex iure ciuil. longa possessio, vtiles, ex tuitione Prætoris, Wesenb. *h.t. in princ.*

E Iure Canonico.

I.

Possessor malæ fidei vllo tempore non præscribit, *c. 2. possessor. de R.I. in 6.*

II.

Sine possessione præscriptio non procedit, *c.3. fine de R.I. in 6.*

APHORISMI POLITICI EX EPINOmide, seu lib.13. Platon. de LL.

I.

Omnis legum ferendarum ratio est manca absq; vera sapientia.

II.

Vera sapientia est, qua Deum ipso duce & auspice cognoscimus, & quidem vere, & hæc sola Remp. felicem efficit.

TITVLVS VII.

DE DONATIONIBVS.

Quid est donatio?

EST modus adquirendi iure ciuili, quo rei licitæ ex mera liberalitate & nullo iure cogente donantis adquiritur dominium: Vel, est mera liberalitas donantis in donatarium, *l. 1.29. ff. h.t.* dicta quasi doni datio, *l. Senatus. ff. de mort. caus. don.*

Quotuplex est?

Duplex: aut fit mortis causa, ob metum mortis, aut non mortis causa, quæ dicitur donatio inter viuos, *in princ. h.t.*

Quid est donatio mortis causa?

Mortis causa donatio est, cum quis habere se vult, quam eum cui donat, magisque eum cui donat, quam hæredem suum, *l.1. ff.de mort. caus.donat.* Vel, vt textus noster habet, est, quæ propter mortis fit suspicionem, cum quis ita donat, vt si quid humanitus ei contigisset, haberet is qui accepit: sin autem superuixisset is qui donauit, reciperet, *tex. hic.*

Potest ne hæc donatio reuocari?

Potest, quia comparatur legatis, *l. fin. C. de don.caus.mort. l.37. ff.eod.* & quodcunque locum habet in legatis, habet etiam in mortis causa donationibus, *d.l.37.*

Quomodo potest esse reuocabilis, exemplo legatorum, cum absque traditione dominium ciuile à morte donantis transeat in donatarium veluti legatarium?

Reuocabiliter hoc loco transit dominium in donatarium, quod ius dominii non obstat, quin pœnitentia locum habere queat, *l. in rebus.30. C. de iur.dot. l.2. C. de pact in.empt.* Wesenb. *hic in princ.*

Æquiparatur ne hæc mortis donatio quoad formam vltimæ voluntati?

Imo, quia etiam quinque testes requirit, *l. fin. C. de don.caus.mort.* vt in omni vltima voluntate iuris est, *d. l. fin.* In contractibus contra duo vel tres sufficiunt, *l.12. ff de Testib. l.14. C. de fid.instru. Auth. de instr. caut. & fid.*

Quid est donatio inter viuos?

Est qua mera liberalitate nulla suspicione mortis quid in alium transfertur, & temere non potest reuocari, *l.7.8.9.10. C. de reuoc.don. l.Senatus. l.3. & t.t. C. de reuocat.donat.* qua in re differt à donatione causa mortis, *d.l. Senatus.*

Consistit ne hodie donatio absq; traditione?

Consistit, & solo consensu hodie perficitur, *l.3. ff. de oblig.* modo ne in inuitum conferatur, *l. hoc iure.19. §.eo. l.69. ff. de R.I.*

Potest ne cogi donator ad traditionem?

Potest condictione ex lege compelli, *l. si quis. 35.* C. *eod.* Nouel. 162. *c. 1. §. 2. vers. & ad exemplum. h. t.*

Quia quilibet est arbiter rerum suarum, poterit ne quisq; donare quantum voluerit?

Non, quia interest Reip. ne quis re sua abutatur, §. 2. ℑ. *de his qui sunt sui vel alien. iur.* & donationes sunt quasi species dilapidationis, *l. filiusf. 7. h. t. l. cum de indebito. in fin. ff. de probat.*

Quo vsque itaque fas est donare?

Vsque ad quingentos solidos, quæ donatio etiam absq; insinuatione locum habet, §. 2. *h. t.* modo ipse donator ne egeat, *l. sancimus.* 34. C. *h. t.* si vero excesserit, insinuatione opus est, *l. 36. §. 3. C. eod.*

Quid est insinuatio?

Est voluntatem suam in præsentia publicarum personarum & in actis, (vbi superfluum est Testes adhiberi, cum publica monumenta sufficiant,) declarare, *l. data. l. in donationibus.* C. *eod.*

Sunt ne donationes, quæ insinuatione non egent?

Sunt, vt quæ fiunt ad pias causas, *l. 33. cum seqq. C. eod.* item quæ fiunt ob causam, Tiraq. *l. si vnquam. 8. verb. donatione. nu. 175.* C. *de reuocat. donat.*

Quid si donationes excesserint 500. solidos, nec insinuata sunt?

Hoc casu saltem superfluum vitiatur, & donatio vsque ad 500. aureos facta, firma manet, *l. pen. in fin. C. eod.*

Hæ donationes possunt ne aliquando reuocari?

Temere quidem non, sed ob ingratitudinem bene, si ingrati existant, in quos beneficium collatum est, §. 2. *h. t. in fin.* vt si iniurias intulerint, impiasve manus iniiciant, si iacturam magnam in bonis fecerint, si vitæ donatoris insidias struxerint, si pactum vtrinq; approbatum denuo improbauerint, & liberorum superuenientia contra

ſpem donatori adnaſcantur liberi. *l. ſi vnquam.8.l. fin. C. de reuoc. don. d. §.2. in fin. l. ſed etſi.25.§. conſuluit.8. ff. de petit. hæred.*

Quid ſi ex his cauſis pater non mouit actionem, fas eſt ne hæredibus ob ingratitudinem reuocare donationem à patre factam?

Non. *l fin. C. de reuoc. don.* quia præſefert ſpeciem vindictæ, quæ diſſimulatione aboletur, § *fin.* j. *de iniur.* nec tranſit in hæredes, j. *de perpet. & temp. actio.*

Quid eſt donatio propter nuptias?

Eſt ſponſalitia largitas, cum maritus vxori propter dotem donat quid. *l. multa. C. de don. ant. nupt.* Et in his habet mulier ciuile quoddam dominium abſque traditione, *Nou.119. Nou.97. de æqual. dot.*

Eſt ne adhuc alius iure ciuili adquirendi modus?

Eſt, nec abſimilis donationi in eo, quod peræque lucratiuo titulo abſque traditione procedat & dominium transferat, appellaturque ius accreſcendi, Weſenb. *hic.*

Quid eſt ius accreſcendi?

Eſt ius, quod ex re communi ex vno in alium tranſit: vel eſt modus acquirendi legitimus, quo portio ſocii accreſcat ſocio.

REGVLÆ IVRIS ET AXIOMATA.

I.

Cuius eſt donandi, eidem & vendendi & concedendi ius eſt, *l.163. ff. de R.I.* cui enim quod plus eſt, licet, ei vtiq; & quod minus eſt licet, ſ. *de l. Fuſi. Canin. toll.*

II.

Cuius per errorem dati repetitio eſt, eius conſulto dati donatio eſt, *l.53. ff. de R.I.* vt ſi quis per errorem indebitum ſoluat, id namque condictione indebiti repetere poteſt, *l.1. ff. de condict. indeb. Dd. in l. cum quis. C. de iur. & fact. ignora.*

III.

Donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur, *l.82. ff. de R.I.*

IV.

Non videntur data, quæ eo tempore quo dantur, non fiunt accipientis, *l.167.ff.de R.I.*

V.

Diuus Pius rescripsit, eos qui ex liberalitate conueniuntur, in id quod facere possunt, condemnandos, *l.28.ff.de R.I.*

VI.

Conueniant rebus nomina iure suis, *§.est & aliud. h.t.*

VII.

Ingratitudo inuitat ingratitudinem, *arg.§.2. vers.sciendum.h.t.*

VIII.

Quod malo est exemplo, remedio tollendum, *in fin.hic.*

E Iure Canonico.

I.

Deputatis vltimo supplicio Sacramentum pœnitentiæ & Eucharistiæ non negatur, *c.significasti.in fin.de eo qui duxit in mat. quam polluit.*

II.

Qui habuit propositum confitendi, potest absolui, si sæuitia morbi non posset confiteri, Lancell. *de pœn. & remiss.*

APHORISMI POLITICI ex Aristotele.

I.

Vrbs commodo loco ponenda est, vbi & rebus ad hanc vitam necessariis abundet, & adiri commode possit à ciuibus, difficile vero ab hostibus, Aristot.*lib.6.pol.c.7.lib.5.c.7.l.7 c.4.5.*

II.

Is vero situs erit, si ad mare Vrbs condatur, *l.7.c.5.* si salubris sit eo loco aër, quo ponitur: si in colliculo statuatur, aut editiore loco & libero in prospectum: si ad solem orientem spectet, si egrediendi & ingrediendi ratio, vtpote flexuosa, ciuibus sit facilis, hostibus & extraneis difficilis, *l.7.c.11.*

Titvlvs VIII.

QVIBVS ALIENARE LIcet vel non.

Quia adquirendi modi tam Iure gent. quam ciuil. sunt propositi, nulla in his modis est exceptio?

EST; nam licet quilibet regulariter moderator sit rerum suarum, tamen quandoque is qui dominus est, alienare non potest, vt econtra qui dominus non est, alienandi facultatem habet, *tex. hic. in princ.*

Quia praepost erus hic videtur modus, exemplis hoc demonstra.

Exceptionis primae exemplum est in fundo seu praedio dotali inaestimato cuius maritus constante matrimonio est dominus, tamen alienandi facultatem non habet, *tex. hic. in princ. l. in reb, 30. l. si precia. 23.* C *de Iur. dot. l. Lucius. 21. §. 4. ff. ad Municipa.*

Quid si in alienatione consentiat mulier?

Nec hoc casu licet, *Nou. 61.* tum quia constante matrimonio domina non est *l. dote. 9. C. de rei vend.* tum quia lubricum iudicium mulieris procliuiter consensum sibi defuturum praebet, cum intersit Reip. saluas esse mulieribus res dotales, *l. 1. ff. sol. matr.*

Quomodo igitur censentur domini maritus & vxor?

Ita, vt maritus ciuiliter, mulier naturaliter dicantur habere dominium, *l. in rebus. C. de iur. dot.* & quamuis dos constante matrimonio in bonis sit viri, est tamen vna in vxoris iure, ergo non pleno iure dominus est maritus, sed potius administrator posset haberi, quippe tenetur restituere dotem soluto matrimonio, Wesenbec. *§. 1. hic.*

Quid

Quid si iuramento se obligauerit, se non contra venturam?

Tamen perinde est iure ciuili, *l. iuris gent. 7. §. pen. ff. de pact. l. non dubium. 5. in fin. C. de L L.* secus vero iure Canonico, *c. cum contingat. de iureiur.*

Quale est exemplum secundæ exceptionis?

Exemplum secundæ exceptionis est in pignore, vt, creditor, quamuis dominus non sit pignoris, ex pactione alienare id potest, *in princ. h. t.*

Quid est pignus?

Quod creditori in securitatem sortis, donec ea deponatur, obligatur, *§. fin. inf. quib. mod. re cont.* & traditur. dicitur à pugno, quo traditur, *l. 238. ff. de V. S.*

Quæ est differentia inter pignus & hypothecam?

Pignus est rerum mobilium, *l. 9. §. 2. ff. de pignor. act.* hypotheca vero immobilium, *§. item Seruiana. inf. de act.*

Quid si debitor non consenserit in alienationem pignoris?

Si nondum interuenerit mora, certe furtum hoc casu committit creditor, & furti tenetur, *l. 75. ff. de furt.* Vbi notandum, quod creditor pignus traditum possideat, quod secus est in hypotheca, quam creditor euincere prius tenetur, *§. item Seruiana. 7. inf. de act. v. tit. de distract. pign.*

Distracto pignore superfluum super debitum cui debet restitui?

Ei, cuius fuit pignus, cuiusve pactione fuerit distractum, ne locupletior fiat cum alterius iactura, *l. 6. §. fin. de pign. act.*

Quid, si ne distrahatur conuenerit, & necessitas creditorem adigat ad distractionem?

Hoc casu certus modus est, *in l. vlt. C. de I. dom. impetr.* constitutus, vt primo requiratur debitor ad solutionem, si in mora erit biennio

elapso, distractio pignoris procedat, si vero emptor non reperiatur, denuo solicitetur debitor, qui si nec post soluat debitum, impetrabit ius dominii: si tamen biennio post debitum deposuerit, cum integrali interesse, pignus rehabere potest, atque sic terna denunciatio interuenire debet, *l 4.& d l.vlt.C. de iur dom impetr.*

Profer exemplum exceptionis tertiæ?

Illud quadrat in pupillum pupillamve, qui quæve licet domini sint rerum suarũ, attamen citra assensum Tutoris alienare nequeunt, *§.nunc.h.t.* quod & in minoribus locum habet, quod scil. sine consensu Curatoris alienare nequeunt, *l.3.C.de minor.* Idem iuris in prodigis, quibus bonis interdictum, *l.19 §.fin.ff.si cert.pet.* item furiosis, fatuis, *d.l.19.& l.à furioso.ff.eod.*

Quid iuris si absq; consensu Tutoris pupillus pecuniam mutuam dederit alicui?

Nulla oritur obligatio ex parte pupilli, quippe eam pecuniam vindicare poterit extantem, *d.§.nunc.h.t.l.14.ff.sol matr.* ergo nec mutuam, quia mutuum dicitur, quasi quod ex meo fiat tuum, *l.2.§.2.ff.si cert.pet.*

Quid vero si numi non extant?

Hoc casu distinguendum est, aut enim non extant, quia forte consumpti sunt bona fide, & tunc consumptione mutuum conciliatur, sicq; numi condici possunt, aut non extant, quia mala fide consumpti sunt, & sic ad exhibendum agitur, *§.nunc. h.t.l.14. § fin.ff.de sol.*

Debitor quomodo legitime pupillo soluere potest?

Ita si iudiciaria præcesserit cognitio & Tutoris authoritas interuenerit, *d.§.nunc.l. sancimus.l.27.C.de ad. Tut.*

Quid si quis neglecta hac securitate plenissima adhuc soluat?

Hoc casu si saluam adhuc habet pecuniam pupillus, locupletiorve ex ea factus sit, vt si rem idoneam emerit, & nihilominus petere voluerit, tunc optimo iure exceptione doli mali remouetur, *§.nunc. h.t.* Nam bona fides non patitur, vt bis idem exigatur, *l.bona.58. ff. de R.I.* quod fieret, si idem quod habet, denuo peteret, Bald. *l.iubemus.*

C.ad Trebel. Sin vero pupillus prodige & profuse eam consumpserit, aliove calamitoso casu amiserit debitor, tunc vti doli mali exceptione nequit, sed adhuc obligatur, §.*fin h.t.*

Quid vero si pupillus soluerit sine Tutoris authoritate?

Nihil valet, §.*fin.h.t.l.14.ff.de sol.* Nam nec distrahendi, nec contrahendi facultatem pupillus sine Tutore habet, *d.§.fin h.t.*

REGVLÆ IVRIS ET AXIOMATA.

I.

Cum quis possit alienare, poterit & alienationi consentire, *l.126. ff.de R.I.*

II.

Qui potest inuitis aliquibus alienare, multo magis & ignorantibus & absentibus potest, *l.26.ff.de R.I.*

III.

Pupillus consumptione obligationem contrahit, *l.19.ff.si cert.pet.*

IV.

Minor etsi se absque Curatoris consensu interdum obligare potest, *l.puberib.125.ff.de V.O.* tamen distrahere obligationem nõ potest.

V.

Qui cum alio contrahit, scire debet eius conditionem, cum quo contracturus est, *l.20.ff.de R.I.*

VI.

Dare est dominium transferre, *l.fin.ff.de cond.ca.dat.*

VII.

Pro possessore est, qui dolo possidere desiit, *l.qui dolo.174.ff.de R.I.*

VIII.

Satius est rem habere saluam, quam personali actione remedium quærere, *l.28.ff.de R.I.l.vn.C.quando licet vnicuique.*

IX.

Interest Reip. vt dotes sint mulieribus saluæ, *l.1.ff.sol.matr.l.25.ff. de pact.dot.*

E Iure Canonico.

I.

Decimæ & oblationes præscribi non possunt: prædia vero siue sint priuati, siue Ecclesiæ prescribi possunt, *c. placuit. §. sic etiam. 16 q. 3.*

II.

De temporalibus ad spiritualia permutatio non procedit, *c. exhibita. de rer. permut.*

III.

Prouentus Ecclesiastici possunt vendi ad modicum tempus & ad precarium concedi, quæ renouanda erit de quinquennio in quinquennium, *c. 12. q. 2. c. Longinquitate. & c. sæpe.*

IV.

Regulariter Episcopus non potest aliquid agere sine consensu, vel consilio capituli, Lancell. *de reb. Eccles. al. vel non.*

APHORISMI POLITICI ex Aristotele.

I.

Muris & munitionibus bellicoque omni appatatu est munienda ciuitas, postquam erit condita, *lib. 7. pol. c. 11.*

II.

Magna & valida ciuitas non est ea æstimanda, ex qua caupones & opifices quidem numero multi prodeunt, pauci vero milites *lib. 7. pol. c. 4.*

TITVLVS IX.

PER QVAS PERSONAS cuique acquiritur.

Quid tractatur in præsenti Titulo?

OStenditur quomodo tum per nos, tum per nostri iuris homines, nec non extraneos nobis adquiratur.

Per quas ergo personas nobis quaeritur?

Adquiritur per nosmet ipsos, per omnes quos in potestate habemus, per seruos in quibus vsumfructum habemus, per homines liberos, & per seruos alienos, quos bona fide possidemus, *in princ.h.t.*

Adquisitio per liberos qualis olim erat & iam sit, cupio scire?

Olim liberi vtriusque sexus omne id quod adquirebant, parentibus suis, excepto peculio Castrensi, acquirebant, in hisque adquisitis bonis libera disponendi facultas parentibus erat, §.1.*h.t.* & hæc facultas dicitur proprie dominii effectus, *l.in re.21.C.mand.* Iam liberi: aut profectitium aduentitiumve habent peculium. In illo adquiritur pleno iure parentibus, tam proprietas, quam vsusfructus, *l.27.§.2.ff.de pact.* In hoc parentibus solum vsusfr. proprietas vero filiis filiabusque quæritur, §.1.*h.t.l.1,2.3.4.5.6.C.de bon.qua lib.*

Quid est peculium?

Peculium est pusilla pecunia, vel pecunia separata à rebus & ratiociniis patris, vel domini data, vel permissa filio, vel seruo, *l.depositi.§.peculium.ff.de pecul.*

Quotuplex est illud?

Multiplex: est enim vel profectitium, vel aduentitium, aut Castrense, vel quasi Castrense, *l.cum oportet.C.de bon.qua lib.*

Quid est profectitium peculium?

Quod de rebus paternis, vel dominicis proficiscitur, & filio, vel seruo conceditur earum negotiatio: patri tamen, vel domino adquiritur tam vsusfructus, quam proprietas, §.1.

Quid est aduentitium?

Quod aliunde aduenit filio, vtputa ab auo paterno, vel materno, vel ab altero prospera ve fortuna, Testamento agnatorum, vel cognatorum accesserit, hoc casu proprietas apud filium manet, vsufr. patri concesso & permisso, *in pr. circa fin. h. t.*

Quid est peculium Castrense?

Quod miles acquirit, dum militat in castris, & hoc filiorum est,

tam proprietate, quam vsufructu, §. 1. J. *quib. non est permiss. fac. Test.* *Vlp. t. 20.*

Quid est peculium quasi Castrense?

Quod aduocatus sua industria & studio in foro patrocinioque suo à clientulis acquirit, item quod Professores publ. in scholis vel Academiis vel Gymnasiis illustribus lucrantur, *l. fin. C. de inoff. test.*

Quid iuris habet parens in peculio aduentitio filij emancipati?

Hodie dimidiam partem vsusfructus retinet parens pro tertia parte dominii, quam olim retinere poterat, §. 2. *h. t.*

Qualiter per seruos nostros nobis acquiritur?

Taliter, vt si quid ex traditione adepti fuerint, siue quid stipulentur, siue ex donatione, vel ex legato, vel ex qualibet alia causa acquirant, id dominis ignorantibus & inuitis obuenit, § *item nobis. h. t. l. acquiritur. 10. l. 32. ff. de acquir. rer. dom. l. 62. de V. O.*

Quis ex aditione seruorum effectus?

Is, quod si dominis iubentibus serui adierint, tunc non secus ac si domini ipsi adiissent, illis per seruos hæreditas adquiritur, consequenter & legata, § *item nobis. h. t.* Item proprietas nec non possessio, quæ facti plurimum habet, *l. 41. ff. de acquir. possess.* sicut & vsucapio & longi temporis denique possessio, *d. §. vers. vnde etiam.*

Quid ij serui dominis acquirunt, in quibus vsumfructum habent?

Omne id, quod ex re dominorum operisve suis acquirunt, dominis adiicitur, *d. §. in fin. l. si serui. ff. de vsufr. l. 10. §. 3. ff. de acquir. rer. dom.* quod aliunde vero extra has causas nanciscuntur, vt si hæredes sint instituti, legatum donatumve illis quid sit, id totum, omniaque proprietario, vt illa vsufructuario cedunt, *d. § l. 49. ff. de acquir. dom. l. 27. ff. de pet. hæred.*

Quid iuris habet bonæ fidei possessor in seruo vsucapto?

Hoc vt quicquid acquisiuerit iure, id domino cedat, & per seruum domino acquiratur, § *idem. vers. sed. h. t.*

Qua ratione hoc fit?

Hac ratione, vt vsucapio sit dominii adiectio. *v.s. de vsuc. t. 6.* hinc quia seruus vsucaptus est, is quæ acquirit, domino acquirit.

Vsufructuarius poterit ne vsucapere?

Non: quia non possidet, *l.6. §.1. de precar. l.8. nunquam. C. de vsufr.* Vsucapio namque est adiectio dominii per continuationem possessionis, *l.3. ff. de vsucap.* non poterit autem rem possidere, quam scit alienam esse, sicque mala fides interueniat, *l.2. C. de præscript. 30. ann. l. naturaliter. 12. ff. de acquir. possess.* atque requisita necessaria quia deficiunt, bona namque fides & possessio non vsucapit.

Quid sentiendum est de libero homine?

Liber homo nemini acquirit, quia nemini seruit, quia contrariorum eadem est disciplina, *l.1. C. de his qui sunt sui vel alien. iur.* sibi tamen bene, quia lex vt plurimum quemuis sibi vult quærere, non alii, *l. fin. C. de leg. tut. l.38. §. alteri. ff. de V.O.*

Admittit ne hæc regula exceptionem?

Sic in procuratore, qui etiam liber est homo, *§. fin. h.t.* is tamen ex mandato nobis non solum scientibus, verum etiam ignorantibus possessionem & dominium adquirit, *l. si emptam. 47. ff. de vsucap. in fin. h.t.*

REGVLÆ ET AXIOMATA.

I.

Melior conditio nostra per seruos fieri potest, deterior non, *l.133. ff. de R.I.*

II.

Quæ legata mortuis nobis ad hæredem nostrum transeunt, eorum commodum per nos iis quorum in potestate sumus eodem casu acquirimus, aliter atque quod stipulati sumus. Nam & sub conditione stipulantes omnimodo eis acquirimus, etiamsi libertatis nobis potestate domini conditio existat, *l.18. ff. de R.I.*

III. Re-

III.

Regula generalis patitur suas exceptiones, *l. solutum.* 11 §. *per liberam. ff. de pign. act.*

IV.

Contrariorum eadem est ratio & doctrina, *l.* 2. *C. de his qui sunt sui vel alien. iur.*

V.

Nullus ex alieno scelere lucrari debet, *l. vn. C. ex delict. defunct.*

VI.

Dominii effectus est pro libitu disponere, *l. in re mandata. C. mand.*

E Iure Canonico.

I.

Manumissus ab Ecclesia, vt eidem seruiat in diuinis, non potest se transferre ad aliam Ecclesiam: secus si simpliciter fuerit manumissus, Lancell. *inst. tit. qui promou. non poss.*

II.

Bona quæsita sacerdotibus intuitu Ecclesiæ debent remanere apud Ecclesiam, nec de his potest quis testari, *c. relatum.* 12. *ff. de testib.*

III.

Clerici possunt testari de his quæ acquisiuerunt non intuitu Ecclesiæ, *c. requisisti.* 15. *de test.*

IV.

Potest quis tantum legare de bonis Ecclesiasticis, quantum contulerit Ecclesiæ, *d. c. relatum. c. quia nos. de Test.*

APHORISMI POLITICI, ex Aristotele.

I.

In Ægypto fuerunt quatuor præcipui regni Ordines, Reges, Sacerdotes, Bellatores & Opifices: qui postremi & ipsi in quatuor ordines quoque diuidebantur, nimirum nautas, artifices, agricolas, & pastores, Aristotel. *lib.* 7. *pol. c.* 10. Herodot. *lib.* 2. *Histor.*

II.

Finis Vrbium ac rerump. condendarum hic fuit, vt in ea societate felices essent, & bene beateque viuerent, qui in vnam huiusmodi ciuitatem & remp. conuenirent, Aristot. 1. *pol.*

TITVLVS X.

DE TESTAMENTIS ORdinandis.

Quomodo transfertur & acquiritur dominium Testamento?

TItulo vniuersali ad transferendum dominium iusto: expositis adquirendi namque modis singularibus rite iam itur ad vniuersales acquirendi modos, tanquam principaliter ad vltimarum voluntatum materiam & dispositionem, cum nihil sit, quod magis hominibus debeatur, quam vt supremæ voluntatis (postquam iam aliud velle non possunt) liber sit stylus, & licitum quod iterum non redit arbitrium, *in princ.h.t. l.vlt.de S.S. Eccles.Nou.22.c. vnde sancimus.*

Quot recensentur species acquirendi per Vniuersitatem?

Quatuor: 1. est iuris ciuil.successio, nimirum hæreditaria, *l.63. in verb.vniuersum ius.ff. de R.I.* 2. iuris prætorii bonorum nimirum possessio, *tit.10.lib.3.instit.*. 3. etiam iuris ciuil.est, arrogatio nempe, *.lib.3.tit.de adquir.per arrog.*11. 4. denique libertatis causa est, bonorum addictio, *tit.12.lib.3.*.

Quæ ex his speciebus primo proponenda?

Causa testamentaria iuxta rubr. tituli, quia prior est causa intestati, quoad enim testamentum consistit, causa ab intestato silet, §. *cum autem.inf.de hared. quæ ab intest. l.1.§.sciendum.ff.de suis & legit.l.fin. ff. de condit.instit.l.si quis.6.§.1.ff. de iniust.rupt.test.l.7.ff.si tab.test.extat.*

Quid est testamentum?

Testamentum est mentis nostræ iusta contestatio, in id solenniter factum, vt post mortem nostram valeat, Wesenb. *hic.* vel est voluntatis nostræ iusta sententia de eo quod quis post mortem suam fieri velit, *l.1.ff.eod.*

Vnde dicitur Testamentum?

Exinde, quod sit quasi mentis testatio, *tex. hic. in princ.* testatio seu testari autem est testibus præsentibus quid agere, *l. curent. 22. ff. de testib. l. 9. §. 1. ff. de pœn.*

Quot sunt species testamentorum?

Tres hic recensentur, aut enim vno in pace vtebantur, quod calatis comitiis nuncupabatur, aut cum in prælium essent exituri, quod in procinctu fiebat, & propterea etiam procinctum dicebatur: tertium his accessit, quod fiebat per æs & libram, *§. sed vt. h. t.* primum fiebat in comitiis, hoc est, concione populi, quia probatio talis omnes solennitates exuperabat, *l. 1. 2. C. de his qui in Eccles.* vt hodie Principum placita, *l. omnium. C. de testib.* Secundum fiebat à milite pugnaturo præsentibus commilitonibus I. militari sine solennitatibus: tertium, quod per mancipationem, id est, imaginariam venditionem agebatur quinque testibus & libripende ciuibus Romanis puberibus præsentibus, & eo qui familiæ emptor dicebatur, *tex. hic. in §. sed vt.*

Erat ne familiæ emptor hæres?

Non, sed is hæredi quem Testator nuncupabat, aut Testamento scribebat, restituebat id de quo erat rogatus, *l. 21. in princ. ff. eod.*

Quia hæc tria genera Testamentorum in desuetudinem abiuere, quod remansit?

Honorarium siue Prætorium, in quo mancipatio non desiderabatur: verum septem testium signa sufficiebant, cum iure ciuili signa testium non essent necessaria, *d. §. sed vt. in fin.* tamen & hoc in desuetudinem abiuit, pro vt & reliqua tria abolita sunt.

Quæ est igitur noua & valida forma vsuq; recepta?

Ea quæ fit in scriptis, vel ea quæ dicitur nuncupatiuum Testamentum.

Quod est legitimum hodie, siue solenne in scriptis Testamentum?

Quando Testator septem Testibus præsentibus & ad hoc rogatis

vno

vno contextu eodemque tempore subscriptione & consignatione testium accedentibus, mentem suam solenniter declarat, & constat ex iure tripartito, ciuili, Prætorio & principali, §. *sed cum. h. t.*

Quare vno contextu?

Quia omnes actus solennes vnico contextu absolui debent, *l. 1. l. continuus. ff. de V. O.*

Quare sint rogati?

Quia ius ciuile rogationem requirit, *Auth. rogati. C. de testib. l. 20. 21. ff. de testib. l. cum antiquitas. C. eod.*

Quare hæ solennitates requiruntur?

Propter Testamentorum solennitatem, ne quoquo modo fraus interueniat, §. *sed cum. h. t.*

Opus ne est, vt Testator scribat Testamentum hæredisq. nomen exprimat?

Olim requirebatur, vt videre est *d.* §. *sed cum.* hodie non perinde est, vt constat ex *Auth. & non obseruato. C. de testib. d.* §. *h. t.* *Nouell.* 119. §. *quia vero.*

Possunt ne omnes Testes vno anulo signare Testamentum?

Possunt siue alieno, siue proprio, *in* §. *sed cum. h. t. l. ad Testium. 22.* §. *signum. 5. ff. eod.* signatio namque pendet ex fide signantis, siue testantis, non materia signi, eoque cuius illud sit, nihil refert, *d. l. 22. ff. qui testam. fac. poss.*

Qui possunt esse Testes in Testamento?

Omnes adhiberi possunt testes, cum quibus est Testamenti factio, siue actiue, siue passiue, §. *6. h. t.*

Sunt ne qui non habent Testamenti factionem, Testesve esse non possunt?

Sunt: vtputa 1. Mulier, §. *testes. h. t.* quia ciuilia hæc sunt munera, à quibus remotæ sint fœminæ, *l. 2. ff. de R. I.* deinde ius comitiorum non habeant, vt cum populo se præsentent, Gell. *lib. 5. cap. 16.* denique quasi intercederent & procurarent, ad quæ insufficientes sunt,

l.alienam.C.de Procur.t.t.ad SC.Velleian. 2. Impubes, quia lubricum & instabile adhuc habet animi iudicium, *l.3.§.pen.ff.de testib.l.19.ff.eod.* 3. Seruus, quia non est capax solennium horum, *l.20.§.seruus.ff.eod.l.in omnibus.176.ff.de R.I.* quippe ciuis Rom.non est,*l.3.ff.ne quis eum.*nec caput habet,*l.3.ff.de cap.dimin.* nec ius dicendi Testimonii,*l.6.l.eos.C.de testib.* nec ius anulorum, *l ad testium.22.ff.qui test.fac.poss.* 4. Mutus,ideo quia testimonium in iudicio perhibere nequit, *l.1.ff.quemad.testam.aper.* minus iuramentum,ad quod alligantur Testes,deponere potest,*l.iusiurandi.C.de testib.* 5. Furiosus, quia iudicio & mente caret,*l.furiosi.ff.de R.I.* & quia pro absente est,*l.124.§.furiosus.ff.de R I.l.20.§.ne furiosus.4.h.t.* Testes autem præsentes debent esse. 6. Is cui bonis interdictum est,quia caret fide,*l.is cui.18.ff.eod.* deinde quia furioso æquiparatur,*l.1.ff.de Curat. furios.* & quia fide caret,merito intestabilis etiam est,propter malam rerum suarum administrationem: Intestabilis autem est is, qui testamenti factionem non habet,siue actiue,siue passiue,*l.is cui.18.§.fin h.t. l.lex Cornelia.§.si quis librum.ff de iniur.l.15.de testib.* Wesenb.*d.§.hoc.*

Quid iuris si seruus Testamenti tempore testis tanquam liber existimaretur?

Testamentum non vitiatur,si modo tempore signaturæ omnium opinione talis testis liberi loco fuerit, *§.testes.h.t.l.1 C.eod.* & vice versa si idoneus fuerit tempore testamenti conditi postmodum tempore aperturæ inidoneus,non infirmatur testamentum, *l.22.ff.eod.* idque fauore testamenti,*d.l.*

Possunt ne infames esse Testes in Testamento?

Secundum hanc præscriptam normam bene, quia hic non reperiuntur excepti à regula: exceptio autem firmat regulam in casibus non exceptis,Dec.*in l.1.ff.de R.I.nu.20.cum seq.*

Quid de caco sentiis?

Dubitanter de hoc disputant Dd. sed quia Testatorem non potest conspicere & intueri,*l.1.§.cæcum.ff.de postul.l.9.C.eod.h.t.de testam.* & sua præsentia dolum præcauere, qui in signatura vel scriptura adhiberi posset procliuiter, ideo Testis esse nequit: tum quia nec pro-

priam nec aliorum signaturam recognoscere potest, *l.1.t.t.ff.quemad. testam.aper.*

Possunt ne ex vna domo plures Testes alieno negotio in Testamento adhiberi?

Omnino, adusque vt pater & is qui in potestate eius est, quales est filius, duo fratres etiam Testes esse possunt in vno Testamen. §. *pater.h.t.*

Quo iure is qui in potestate est, cum velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini, iuxta l.4.ff.de R.I?

Publico iure, quia in his quæ sunt publici iuris filiusf. pro patref. habetur, nec attenditur tali casu patria potestas, *l.filiusf.9.ff.de his qui sunt sui vel alien.iur.l.14.ff.ad Treb.*

Is qui in potestate Testatoris est potest ne esse Testis?

Non potest, §.*pater.vers.in testibus.h.t.* & ratio est, quia sibi ipsi in propria causa nemo testimonium perhibere potest, *l.nullus.10.ff. de testib.l.pen. C.eod.* & quia pater & filius pro vna reputantur persona, *l.fin.C.de impub.& al. substitut.l.9.ff.de testib.*

Quid iuris in Castrensi peculio post missionem quomodo debet testari filiusf.?

Iure solenni & communi (de aliis plane disponere nequit, *inf. tit. 12.quib.non est permiß.*) & propterea nec pater eius recte adhibetur testis, nec is qui in potestate patris est, scilic. frater, quia domesticum testimonium prohibetur, *d.§.pater.h.t.* quippe qui in vna domo sunt pro vna persona reputantur & vno corpore, *l.fin.l.frater.de condict.indeb.* Est ergo Wesenbeccio Testimonium domesticum, quod fit per eos qui sunt in potestate & familia, *d.§.pater.* vnde sequitur, quod fratres emācipati, item vxor, maritus, ministri rite testes esse queunt. Wesenb.*hic.*

Potest ne hæres esse Testis?

Non, vt nec ii qui sunt in familia eius, quales sunt fratres, nec

pater, §.*sed neque. h.t.l* 20.*ff.eod.* nam vt *supra* dixi pro vna habentur persona,& quia totum negotium quod agitur, creditur hodie inter Testatorem & hæredem agi, §.*sed neque. h.t. l.nullas.* 10.*ff. de testib.l. omnib.*9.*C.eod.*

Testimonij dicendi facultas daturne legatarijs & fideicommissariis?

Datur,quia non sunt iuris successores, hinc & coniunctis his per patriam potestatem Testimonium non denegatur,§.*legatariis.h.t.*

Quæ debet esse materia Testamentorum?

Nihil interest vtrum in tabulis an chartis membranisve, vel in alia materia fiat, §.*nihil.h t.l.*1.§ *si quis.ff.de bon.poss.l.*15.*in fin.C.eod.*

Potest ne vnum Testamentum pluribus codicibus extare?

Potest, & consultum est interdum, absentibus in propriis & Reipubl. negotiis.§ *nihil.h.t.* exempla tamen debent esse vnius institutionis eadem forma,eodem tenore,iisdem solennitatibus, & sciendum,quod exempla, si ex iis hæreditas, vel bon. possessio adeatur, debeant esse authentica,*l.*1.§.*sed etsi.ff. de bon. poss.*

Quid est Testamentum sine scriptis,siue nuncupatiuum?

Est suprema voluntatis coram Notario & septem ad hoc rogatis testibus viua & articulata voce scriptove dictata Testatoris declaratio, §.*fin.h.t.l.*21.§.*per nuncupat l.*29.*C.eod.* quod debeant esse rogati probatur per *l.hæredes.* 20.§.*pen.ff. de testib.* & hoc testamentum est iuris ciuilis tantum, Wesenb. *hic.*

Solennitas hæc septem Testium adhibendorum nonne quibusdam personis remittitur?

Remittitur,inprimis patri testanti inter liberos, *l.hac consultissima.* 21.§.*ex imperfecto.C.eod.h.t.* Gail.*obseru.lib.*2.*c.*112. Gothof. *ad d.l.*21. item remittitur rusticis,*l.fin. C.eod.de testib.* item ad pias causas: item tempore belli seu pestis, Dd.*in d.l.fin.C.de testib.*

Debet ne esse hæres nominatus in hoc Testamento?

Debet, aut expresse, *l.iubemus. C.h.t.* vbi Ias. *nu.12.l.hac consultissima.21.§.per nuncupationem C.eod.* aut tacite, Castrensis, *consil.414.n.3.* Bart.*in l.si ita.nu.1.ff.de condi. & demonstr.* Pro futura tamen cautela consultum erit, salutarem clausulam tali casu adiicere: Si non valet iure Testamenti, valeat iure Codicillorum, mortis causa donationis, & quocunque meliori modo, de iure statuto vel consuetudine fieri potest, Socin.*cons.142.nu.3.5.* Ias.*l.14.nu.11.12.C.de fid. commiss.*

REGVLÆ IVRIS.

I.

In obscuris inspici solet, quod verisimilius est, aut quod plerunq; fieri solet, *l.114.ff.de R.I.*

II.

Non solent quæ abundant, vitiare scripturas, *l.94.ff de R.I.*

III.

Vbi pugnantia inter se in Testamento reperiuntur, vel iuberentur, neutrum ratum est. *l.188.ff.de R.I.*

IV.

In Testamentis plenius voluntates Testantium interpretamur, *l.12.ff.de R.I.*

V.

Omnia quæ ex Testamento proficiscuntur, ita statum euentus capiunt, si initio quoque sine vitio cæperint, *l.201.ff.de R.I.*

VI.

Legatarii solent esse testes, quia testibus nonnunquam officii remunerandi causa aliquid relinquitur. *l.dictantibus.22. C.de testam.*

VII.

Nemo sibi ipsi testimonium perhibere potest, *l.nullus.10.ff.de testib. l.pen.ff.de arbit.*

VIII.

Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, *l.1.ff.de R.I.n.20.*

IX.

Ius nostrum non patitur eundem in paganis & testato & in-

tam proprietate, quam vsufructu, §.1. J. *quib. non est permis. fac. Test. Vlp. t.20.*

Quid est peculium quasi Castrense?

Quod aduocatus sua industria & studio in foro patrocinioque suo à clientulis acquirit, item quod Professores publ. in scholis vel Academiis vel Gymnasiis illustribus lucrantur, *l. fin. C. de inoff. test.*

Quid iuris habet parens in peculio aduentitio filij emancipati?

Hodie dimidiam partem vsusfructus retinet parens pro tertia parte dominij, quam olim retinere poterat, §. 2. *h. t.*

Qualiter per seruos nostros nobis acquiritur?

Taliter, vt si quid ex traditione adepti fuerint, siue quid stipulentur, siue ex donatione, vel ex legato, vel ex qualibet alia causa acquirant, id dominis ignorantibus & inuitis obuenit, §. *item nobis. h. t. l. acquiritur. 10. l. 32. ff. de acquir. rer. dom. l. 62. de V. O.*

Quis ex aditione seruorum effectus?

Is, quod si dominis iubentibus serui adierint, tunc non secus ac si domini ipsi adiissent, illis per seruos hæreditas adquiritur, consequenter & legata, §. *item nobis. h. t.* Item proprietas nec non possessio, quæ facti plurimum habet, *l. 41. ff. de acquir. posseß.* sicut & vsucapio & longi temporis denique possessio, *d. §. vers. vnde etiam.*

Quid ij serui dominis acquirunt, in quibus vsumfructum habent?

Omne id, quod ex re dominorum operisve suis acquirunt, dominis adiicitur, *d. §. in fin. l. si serui. ff. de vsufr. l. 10. §. 3. ff. de acquir. rer. dom.* quod aliunde vero extra has causas nanciscuntur, vt si hæredes sint instituti, legatum donatumve illis quid sit, id totum, omniaque proprietario, vt illa vsufructuario cedunt, *d. § l. 49. ff. de acquir. dom. l. 27. ff. de pet. hered.*

Quid iuris habet bonæ fidei possessor in seruo vsucapto?

Hoc vt quicquid acquisiuerit iure, id domino cedat, & per seruum domino acquiratur, §. *idem. vers. sed. h. t.*

Qua

Qua ratione hoc fit?

Hac ratione, vt vsucapio sit dominii adiectio. *v.s. de vsuc. t. 6.* hinc quia seruus vsucaptus est, is quæ acquirit, domino acquirit.

Vsufructuarius poterit ne vsucapere?

Non: quia non possidet, *l. 6. §. 1. de precar. l. 8. nunquam. C. de vsufr.* Vsucapio namque est adiectio dominii per continuationem possessionis, *l. 3. ff. de vsucap.* non poterit autem rem possidere, quam scit alienam esse, sicque mala fides interueniat, *l. 2. C. de præscript. 30. ann. l. naturaliter. 12. ff. de acquir. possess.* atque requisita necessaria quia deficiunt, bona namque fides & possessio non vsucapit.

Quid sentiendum est de libero homine?

Liber homo nemini acquirit, quia nemini seruit, quia contrariorum eadem est disciplina, *l. 2. C. de his qui sunt sui vel alien. iur.* sibi tamen bene, quia lex vt plurimum quemuis sibi vult quærere, non alii, *l. fin. C. de leg. tut. l. 38. §. alteri. ff. de V. O.*

Admittit ne hæc regula exceptionem?

Sic in procuratore, qui etiam liber est homo, *§. fin. h. t.* is tamen ex mandato nobis non solum scientibus, verum etiam ignorantibus possessionem & dominium adquirit, *l. si emptam. 47. ff. de vsucap. in fin. h. t.*

REGVLÆ ET AXIOMATA.

I.

Melior conditio nostra per seruos fieri potest, deterior non, *l. 133. ff. de R. I.*

II.

Quæ legata mortuis nobis ad hæredem nostrum transeunt, eorum commodum per nos iis quorum in potestate sumus eodem casu acquirimus, aliter atque quod stipulati sumus. Nam & sub conditione stipulantes omnimodo eis acquirimus, etiamsi libertatis nobis potestate domini conditio existat, *l. 18. ff. de R. I.*

TITVLVS X.

DE TESTAMENTIS ORdinandis.

Quomodo transfertur & acquiritur dominium Testamento?

TItulo vniuersali ad transferendum dominium iusto: expositis adquirendi namque modis singularibus rite iam itur ad vniuersales acquirendi modos, tanquam principaliter ad vltimarum voluntatum materiam & dispositionem, cum nihil sit, quod magis hominibus debeatur, quam vt supremæ voluntatis (postquam iam aliud velle non possunt) liber sit stylus, & licitum quod iterum non redit arbitrium, *in princ.h.t. l.vlt.de S.S. Eccles.Nou.22.c. vnde sancimus.*

Quot recensentur species acquirendi per Vniuersitatem?

Quatuor: 1. est iuris ciuil.successio, nimirum hæreditaria, *l.63. in verb.vniuersum ius.ff. de* R.I. 2. iuris prætorii bonorum nimirum possessio, *tit.10.lib.3.instit.* J. 3. etiam iuris ciuil.est, arrogatio nempe, J.*lib.3.tit.de adquir.per arrog.*11. 4. denique libertatis causa est, bonorum addictio, *tit.12.lib.3.*J.

Quæ ex his speciebus primo proponenda?

Causa testamentaria iuxta rubr. tituli, quia prior est causa intestati, quoad enim testamentum consistit, causa ab intestato silet, §. *cum autem.inf.de hæred. quæ ab intest. l.1.§.sciendum.ff.de suis & legit.l.fin. ff. de condit.instit. l.si quis.6.§.1.ff. de iniust.rupt. test.l.7.ff.si tab.test.extat.*

Quid est testamentum?

Testamentum est mentis nostræ iusta contestatio, in id solenniter factum, vt post mortem nostram valeat, Wesenb. *hic.* vel est voluntatis nostræ iusta sententia de eo quod quis post mortem suam fieri velit, *l.1.ff.eod.*

Vnde dicitur Testamentum?

Exinde, quod sit quasi mentis testatio, *tex. hic. in princ.* testatio seu testari autem est testibus præsentibus quid agere, *l. curent. 22. ff. de testib. l. 9. §. 1. ff. de pœn.*

Quot sunt species testamentorum?

Tres hic recensentur, aut enim vno in pace vtebantur, quod calatis comitiis nuncupabatur, aut cum in prælium essent exituri, quod in procinctu fiebat, & propterea etiam procinctum dicebatur: tertium his accessit, quod fiebat per æs & libram, *§. sed vt. h. t.* primum fiebat in comitiis, hoc est, concione populi, quia probatio talis omnes solennitates exuperabat, *l. 1. 2. C. de his qui in Eccles.* vt hodie Principum placita, *l. omnium. C. de testib.* Secundum fiebat à milite pugnaturo præsentibus commilitonibus I. militari sine solennitatibus: tertium, quod per mancipationem, id est, imaginariam venditionem agebatur quinque testibus & libripende ciuibus Romanis puberibus præsentibus, & eo qui familiæ emptor dicebatur, *tex. hic. in §. sed vt.*

Erat ne familia emptor hæres?

Non, sed is hæredi quem Testator nuncupabat, aut Testamento scribebat, restituebat id de quo erat rogatus, *l. 21. in princ. ff. eod.*

Quia hæc tria genera Testamentorum in desuetudinem abiuere, quod remansit?

Honorarium siue Prætorium, in quo mancipatio non desiderabatur: verum septem testium signa sufficiebant, cum iure ciuili signa testium non essent necessaria, *d. §. sed vt. in fin.* tamen & hoc in desuetudinem abiuit, pro vt & reliqua tria abolita sunt.

Quæ est igitur noua & valida forma vsuq; recepta?

Ea quæ fit in scriptis, vel ea quæ dicitur nuncupatiuum Testamentum.

Quod est legitimum hodie, siue solenne in scriptis Testamentum?

Quando Testator septem Testibus præsentibus & ad hoc rogatis

vno contextu eodemque tempore subscriptione & consignatione testium accedentibus, mentem suam solenniter declarat, & constat ex iure tripartito, ciuili, Prætorio & principali, §. *sed cum. h.t.*

Quare vno contextu?

Quia omnes actus solennes vnico contextu absolui debent, *l.1. l.continuus. ff. de V.O.*

Quare sint rogati?

Quia ius ciuile rogationem requirit, *Auth. rogati. C. de testib. l.20.21. ff. de testib. l. cum antiquitas. C. eod.*

Quare hæ solennitates requiruntur?

Propter Testamentorum solennitatem, ne quoquo modo fraus interueniat, §. *sed cum. h.t.*

Opus ne est, vt Testator scribat Testamentum hæredisq; nomen exprimat?

Olim requirebatur, vt videre est *d.§. sed cum.* hodie non perinde est, vt constat ex *Auth. & non obseruato. C. de testib. d.§. h.t.* Nouell. 119. §. *quia vero.*

Possunt ne omnes Testes vno anulo signare Testamentum?

Possunt siue alieno, siue proprio, *in §. sed cum. h.t. l. ad Testium. 22. §. signum. 5. ff. eod.* signatio namque pendet ex fide signantis, siue testantis, non materia signi, eoque cuius illud sit, nihil refert, *d.l. 22. ff. qui testam. fac. poss.*

Qui possunt esse Testes in Testamento?

Omnes adhiberi possunt testes, cum quibus est Testamenti factio, siue actiue, siue passiue, §. *6. h.t.*

Sunt ne qui non habent Testamenti factionem, Testes ve esse non possunt?

Sunt: vtputa 1. Mulier, §. *testes. h.t.* quia ciuilia hæc sunt munera, à quibus remotæ sint fœminæ, *l.2. ff. de R.I.* deinde ius comitiorum non habeat, vt cum populo se præsentent, Gell. *lib. 5. cap. 16.* denique quasi intercederent & procurarent, ad quæ insufficientes sunt,

l.alienam.C.de Procur.t.t.ad SC.Velleian. 2. Impubes, quia lubricum & instabile adhuc habet animi iudicium, *l.3.§.pen.ff.de testib.l.19.ff.eod.* 3. Seruus, quia non est capax solennium horum, *l.20.§.seruus.ff.eod.l.in omnibus.176.ff.de R.I.* quippe ciuis Rom.non est, *l.3.ff.ne quis eum.* nec caput habet, *l.3.ff.de cap.dimin.* nec ius dicendi Testimonii, *l.6.l.eos.C.de testib.* nec ius anulorum, *l ad testium.22. ff. qui test. fac. poss.* 4. Mutus, ideo quia testimonium in iudicio perhibere nequit, *l.1.ff.quemad.testam.aper.* minus iuramentum, ad quod alligantur Testes, deponere potest, *l.iusiurandi.C.de testib.* 5. Furiosus, quia iudicio & mente caret, *l.furiosi.ff.de R.I.* & quia pro absente est, *l.124.§.furiosus.ff.de R.I.l.20.§.ne furiosus.4.h.t.* Testes autem præsentes debent esse. 6. Is cui bonis interdictum est, quia caret fide, *l.is cui.18.ff.eod.* deinde quia furioso æquiparatur, *l.1. ff.de Curat. furios.* & quia fide caret, merito intestabilis etiam est, propter malam rerum suarum administrationem: Intestabilis autem est is, qui testamenti factionem non habet, siue actiue, siue passiue, *l is cui.18.§.fin h.t. l.lex Cornelia.§.si quis librum.ff de iniur.l.15.de testib.* Wesenb.*d.§.hoc.*

Quid iuris si seruus Testamenti tempore testis tanquam liber existimaretur?

Testamentum non vitiatur, si modo tempore signaturæ omnium opinione talis testis liberi loco fuerit, *§.testes.h.t.l.1 C.eod.* & vice versa si idoneus fuerit tempore testamenti conditi postmodum tempore aperturæ inidoneus, non infirmatur testamentum, *l.22.ff.eod.* idque fauore testamenti, *d.l.*

Possunt ne infames esse Testes in Testamento?

Secundum hanc præscriptam normam bene, quia hic non reperiuntur excepti à regula: exceptio autem firmat regulam in casibus non exceptis, Dec. *in l.1.ff.de R.I.nu.20.cum seq.*

Quid de caco sentis?

Dubitanter de hoc disputant Dd. sed quia Testatorem non potest conspicere & intueri, *l.1.§.cæcum.ff.de postul.l.9.C.eod.h.t.de testam.* & sua præsentia dolum præcauere, qui in signatura vel scriptura adhiberi posset procliuiter, ideo Testis esse nequit: tum quia nec pro-

priam

priam nec aliorum signaturam recognoscere potest, *l.1.t.t.ff.quemad. testam.aper.*

Possunt ne ex vna domo plures Testes alieno negotio in Testamento adhiberi?

Omnino, adusque vt pater & is qui in potestate eius est, quales est filius, duo fratres etiam Testes esse possunt in vno Testamen. §. *pater. h.t.*

Quo iure is qui in potestate est, cum velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini, iuxta l.4.ff.de R.I?

Publico iure, quia in his quæ sunt publici iuris filiusf. pro patref. habetur, nec attenditur tali casu patria potestas, *l.filiusf. 9. ff. de his qui sunt sui vel alien.iur.l.14.ff.ad Treb.*

Is qui in potestate Testatoris est potest ne esse Testis?

Non potest, §.*pater.vers.in testibus.h.t.* & ratio est, quia sibi ipsi in propria causa nemo testimonium perhibere potest, *l.nullus.10.ff. de testib.l.pen. C.eod.* & quia pater & filius pro vna reputantur persona, *l.fin.C.de impub.& al. substitut.l.9.ff.de testib.*

Quid iuris in Castrensi peculio post missionem quomodo debet testari filiusf.?

Iure solenni & communi (de aliis plane disponere nequit, *inf. tit. 12.quib.non est permiss.*) & propterea nec pater eius recte adhibetur testis, nec is qui in potestate patris est, scilic. frater, quia domesticum testimonium prohibetur, *d.§.pater h.t.* quippe qui in vna domo sunt pro vna persona reputantur & vno corpore, *l.fin.l.frater.de condict. indeb.* Est ergo Wesenbeccio Testimonium domesticum, quod fit per eos qui sunt in potestate & familia, *d.§. pater.* vnde sequitur, quod fratres emãcipati, item vxor, maritus, ministri rite testes esse queunt. Wesenb.*hic.*

Potest ne hæres esse Testis?

Non, vt nec ii qui sunt in familia eius, quales sunt fratres, nec

pater, §.*sed neque. h.t.l* 20.*ff.eod.* nam vt *supra* dixi pro vna habentur persona,& quia totum negotium quod agitur, creditur hodie inter Testatorem & hæredem agi, §.*sed neque. h.t. l.nullas.* 10.*ff. de testib.l. omnib*.9.*C.eod.*

Testimonij dicendi facultas daturne legatariis & fideicommissariis?

Datur,quia non sunt iuris successores, hinc & coniunctis his per patriam potestatem Testimonium non denegatur,§.*legatariis.h.t.*

Quæ debet esse materia Testamentorum?

Nihil interest vtrum in tabulis an chartis membranisve, vel in alia materia fiat, §.*nihil.h t.l.*1.§ *si quis.ff. de bon.poss.l.*15.*in fin.C.eod.*

Potest ne vnum Testamentum pluribus codicibus extare?

Potest, & consultum est interdum, absentibus in propriis & Reipubl. negotiis,§ *nihil.h.t.* exempla tamen debent esse vnius institutionis eadem forma,eodem tenore,iisdem solennitatibus, & sciendum,quod exempla, si ex iis hæreditas, vel bon. possessio adeatur, debeant esse authentica,*l.*1.§.*sed etsi.ff.de bon.poss.*

Quid est Testamentum sine scriptis, siue nuncupatiuum?

Est suprema voluntatis coram Notario & septem ad hoc rogatis testibus viua & articulata voce scriptove dictata Testatoris declaratio, §.*fin.h.t.l.*21. §.*per nuncupat.l.*29.*C.eod.* quod debeant esse rogati probatur per *l.hæredes.*20.§.*pen.ff. de testib.* & hoc testamentum est iuris ciuilis tantum, Wesenb.*hic.*

Solennitas hæc septem Testium adhibendorum nonne quibusdam personis remittitur?

Remittitur,inprimis patri testanti inter liberos, *l.hac consultissima.*21.§.*ex imperfecto.C.eod.h.t.* Gail.*obseru.lib.*2.*c.*112. Gothof. *ad d.l.*21. item remittitur rusticis,*l.fin.C.eod.de testib.* item ad pias causas: item tempore belli seu pestis, Dd.*in d.l.fin.C.de testib.*

Debet ne esse hæres nominatus in hoc Testamento?

Debet, aut expresse, *l. iubemus. C. h. t.* vbi Ias. *nu. 12. l. hac consultissima. 21. §. per nuncupationem C. eod.* aut tacite, Castrensis, *consil. 414. n. 3.* Bart. *in l. si ita. nu 1. ff. de condi. & demonstr.* Pro futura tamen cautela consultum erit, salutarem clausulam tali casu adiicere: Si non valet iure Testamenti, valeat iure Codicillorum, mortis causa donationis, & quocunque meliori modo, de iure statuto vel consuetudine fieri potest, Socin. *cons. 142. nu. 3. 5.* Ias. *l. 14. nu. 11. 12. C. de fid. commiss.*

REGVLÆ IVRIS.

I.

In obscuris inspici solet, quod verisimilius est, aut quod plerunq; fieri solet, *l. 114. ff. de R. I.*

II.

Non solent quæ abundant, vitiare scripturas, *l. 94. ff de R. I.*

III.

Vbi pugnantia inter se in Testamento reperiuntur, vel iuberentur, neutrum ratum est. *l. 188. ff. de R. I.*

IV.

In Testamentis plenius voluntates Testantium interpretamur, *l. 12. ff. de R. I.*

V.

Omnia quæ ex Testamento proficiscuntur, ita statum euentus capiunt, si initio quoque sine vitio cæperint, *l. 201. ff. de R. I.*

VI.

Legatarii solent esse testes, quia testibus nonnunquam officii remunerandi causa aliquid relinquitur. *l. dictantibus. 22. C. de testam.*

VII.

Nemo sibi ipsi testimonium perhibere potest, *l. nullus. 10. ff. de testib. l. pen. ff. de arbit.*

VIII.

Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, *l. 1. ff. de R. I. n. 20.*

IX.

Ius nostrum non patitur eundem in paganis & testato & in-

testato decessisse, earumque rerum inter se naturaliter pugna erit, *l* 7.*ff.de* R I. quia Testamentum est actus indiuiduus, & propterea pro parte valere, vel non valere nequit, Dd. *in l. furiosum.C.qui testam. fac.poss.*

E Iure Canonico.

Clerico ingenuo deficientibus successionibus ab intestato succedit in totum Ecclesia, *c.*1.*de success. ab intest.* §. *si quis. Auth.de Ecclesiast.lit. & priuil.*

APHORISMI POLITICI ex Aristotele.

I.

Societatum humanarum triplex est generatio, Monarchia, Aristocratia & Democratia, *lib.*7.*c.*2.*lib.*4.

II.

Monarchia est, vbi penes vnum virum bonum, & ex legibus sanctis omnia gerentem, est summum totius reip. imperium; qui huic præest dicitur Rex: hic autem omnia ad ipsam reip. vtilitatem non suam refert, 1 *pol.*& 5. Huic Monarchiæ opponitur Tyrannis, quæ est, cum vnus ex libitu animi omnia gerit in Rep. Is autem Tyrannus appellatur, quia omnia ad suam vtilitatem, vel libidinem vindictamque animi explendam refert.

TITVLVS XI.

DE MILITARI TESTAMENTO:

Nonne est eadem Testamentorum obseruatio inter ciues & milites?

NON; nam aliter in pace & ocio ciues Testamentorum obseruant formam, aliter militibus in militari Testam. concessum est propter nimiam peritiam disponere, *in princ. h. t.* arma namque magis quam leges miles scire debet, *l. fin.C. de iur. delib.*

Qui sunt isti milites, qui hoc priuilegio gaudent?

Qui militiæ sunt testati matriculæque inscripti & in acie vel expeditione militant & occupati sunt, §.*fin.h.t.l.per C.eod.l.fin.C.quib. non obst.long.temp.præscr.l.fin.C.de restit.milit.*

Quod est illud priuilegium?

Hoc, vt voluntas eorum suprema quoquo modo inuenta valeat, §.11.*h.t.* modo probetur, *l.vbi.nu.*12. *ff.de test.* duobus saltem testibus, *l.*40.*ff.eod.* nisi ipse miles Testator Testamentum manu sua scripserit, hoc enim Testes non requirit, *l.milites.C.eod.* De quo statu suo incertus iure militari poterit testari, *l.*11. §.*similes.ff.h.t.* item capite damnatus de Castrensibus bonis, *d.l.*11. capite minutus, emancipatus, in adoptionem datus, *l.*22.*ff.h.t.* Item mutus, surdus, quatenus militant, & in castris degunt, testari possunt, Dd. *l.*4.*ff.eod.*§.*quin imo. hic in fin.*

Debet ne subscribere aut signare miles?

Non opus est, §.1.*h.t.l.*1.40.*ff. h.t.l.*3.*C.eod.* adeo vt siue scripto, siue si non, fecerit Testam. tamen valet absque omnibus solennibus, §.1.*h.t.l.*3.15.*C.eod.*

In qua materia debet extare hoc Testamentum?

Et hic nihil interest siue in tabulis, siue chartis membranis voluntas militis extet: imo si miles in acie vel expeditione mentem supremam in clypeo, puluere, vagina, cingulo scripserit, rata firmaque est, *l.*15.*C.eod.Nouell.*40.

Quid intelligis per aciem & expeditionem?

Hoc, vt quando milites iam iam pugnam cum hostibus debent inire, vel quoad in castris pro offensione, vel defensione periculo, vel necessitate ita exigente degunt, §.*post missionem.h.t.* Vnde sequitur, qui in hyberna aut limitanea loca commorandi gratia potius quam pugnandi collocantur non gaudeant hoc priuilegio, §.1.*h.t.l.* 1.*C.de test.mil.tit.præced.*§.*pater.l.pen.C.eod.l.fin.quib.non obst. long.temp. præscr.* iureq; communi tenentur testari, *l.*18.*C.de Episc.aud.l* 17.*C.h.t.* Filius tam familias quam alias testandi facultatem non habet, pro-

pter militiam, Iure communi Testamentum facere poterit, §.1.*h.t.* *l.*11.§.*fin.l.*27. C.*eod.*

Sunt ne qui etiam gaudent hoc priuilegio, qui tamen milites non sunt?

Sunt, vtputa Equites, Doctores, Aduocati, qui gaudent etiam his priuilegiis, non tamen extra expeditionem, vel similem necessitatem, vt pestis, belli, Dd. *in l.fin.* vbi Ias. C. *de test.* Wesenbec. *hoc in princ. lit.o.*

Debent ne Testes esse rogati, vel vt §.plane.habetur, conuocati homines?

Secundum Wesenb. non, quia illico iuris ciuilis solennitas, hic opus esset, qualis est rogatio, *Auth.rogati.C.de testib.* aliud namque est conuocare, aliud rogare solenniter: Quidam desiderant conuocationem necessario, *l.*24.40.*ff.eod.* Prior tamen opinio magis liberam dispositionem militis reddit & fauorabilior est eoq; eligenda. Nam si conuentio & rogatio necessario requiratur, sequitur militem leges debere scire, quod pugnat cum *l.fin.in princ.C.de iur.delib.* quia eo ipso ad obseruationem hanc obligaretur.

Mulieres vel fœminæ possunt ne esse Testes hic?

Videtur quod sic: quia conuocatis hominibus extat, & fœminæ sunt homines, *l.*152.*ff. de V.S.* hoc tamen solum fauore militiæ, Dd. *in Auth.quod sine.* C. *de testam.l.*15. C.*eod.*

Opus ne est hæredis institutione in Testamento militari?

Adeo, vt ne militare Testamentum valeat sine ea, cum hæc vna sit specifica differentia inter Testamenta & Codicillos, *l.*14.C.*de testam.* §.*fin.* J.*de Codicil.*

Hæc libertas testandi militibus concessa quoad durat?

Quoad militant in castris expeditioneve, post missionem namq; & veterani Iure communi testari debent, testamentum tamen in expeditione vel acie factum etiam post missionem ad annum valebit, §.*post missionem.l.*21.*l.*26.38.*ff. h.t.*

Quid

Quid si intra annum decesserit miles olim & hæres sub conditione sit constitutus?

Valet nihilominus quasi Testamentum militis, & hæres perinde habetur existente postea conditione, ac si pure sit institutus, quia conditio retrotrahitur, *d. §. post. in fin.*

Quid si miles cum ignominia sit dimissus?

Ignominia dimissus non habet priuilegium militaris Testamenti, *l. 26. ff. de testam. mil.* iure tamen communi testari poterit, nisi intestabilis sit ex lege, *d. l. 26.*

Quid sentis de imperfecto Testamento quod quis ante militiam fecit, quomodo potest confirmari?

Ita ☙ si miles factus postmodum in expeditione tale non iure factum Testamentum resignauit, quædam detraxit, vel adiecit, vel omissis his omnibus duntaxat serio constet eum Testamentum hoc valere voluisse, dicendum procul dubio erit valere, *§. sed & h. t.* hac namque via voluntas prior reuocatur per posteriorem, *t. t. de his qui in testam. l. 20. ff. eod. l. 9. ff. de iur. Codicil.*

Quid si in militia Testamentum fecerit miles & arrogatus, vel emancipatus sit postea?

Nil impedimento est quin valeat Testam. iur. milit. factum, nec huic nocet minima capitis diminutio, quæ priuati est iuris, nec publico detrahit inprimis militari, *l. 13. § fin. cum l. seq. ad SC. Trebel. Auth. res. C. com. de leg. & fid. commiss.* Wesenb. *h. l.*

Extenditur ne hoc priuilegium militare ad quasi Castrense peculium?

Extenditur ita vt de eo queat filiusf. in potestate constitutus testari, *l. 1. §. 2. ff. ad SC. Treb. l. 3. §. dari. ff. de bon. poss. l. 7. C. de assessor. l. fin. C. de inoff. testam.* Iure tamen communi, *§. fin. h. t. l. fin. C. qui testam. fac.*

Quæ dicuntur quasi Castrensia peculia?

Ea quæ filiusf. Togata militia seu Palatina ex Aduocationibus seu forensi opera, Officiis Magistratus, Professionibus publicis

ingenio & industria sua acquisiuit, *l.1.§.2. ad* SC. *Treb.l.1.§.nec Castrense. ff.de collat.bonor.* Wesenb.§*.fin.h.t.l.fin. C.de inoff. Testam.*

REGVLÆ ET AXIOMATA.

In omnibus causis id obseruatur, vt vbi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficit, *l.68. ff. de R.I.*

E Iure Canonico.

Clerici possunt testari de his bonis, quæ acquisiuerunt non intuitu Ecclesiæ, *c.requisisti.de Testam. c.1. de success. ab intest.*

APHORISMVS POLITICVS ex Aristotele.

Reges à ciuibus custodiuntur: Tyranni ab extraneis: Reges amant suos ciues, & ab iis amantur: Tyrani eos oderunt, imo ipsosmet satellites suos metuunt; Reges subleuant subditos tributis quantum possunt, Tyranni eos onerant, vt exhauriant & opprimant: Reges nobilitatem regni & viros bonos alunt, fouent & conseruant: Tyranni & nobiles & bonos viros, vel vi, vel clam tollunt, Aristotel. 4.*pol.*10.*&* 5.*pol.c.*10.11.

TITVLVS XII.

QVIBVS NON EST PERmissum facere Testamentum.

Qui non habent Testamenti factionem?

SEptem numero sunt quibus interdictum est, *h.t.* & omnes hi præpediuntur, vel ob status quæstionem, quia non sunt sui iuris, *l.8.26.ff. de Testam.* vel propter vitium animi, §.*seq.h.t.* denique vel ob vitium corporis, *h.t.*

Quis est igitur primo cui non est permissum facere Testamentum?

Is, qui non est sui iuris, sed alieno iuri subiectus, patriaque potestate impeditur, quo minus testari potest, nec patre consentiente, *in princ. h. t.*

Quare nec parentum permissu?

Quia dispositio priuata dispositionem & ius publ. Testamentorum non permutat, *l. 3. ff de testam.* neque potest testamentaria dispositio ex alieno arbitrio pendere, *l. 11. ff. de testamen. milit. l. 32. ff. de hered. instit.*

Intelliguntur ne hac dispositione peculia tam Castrensia, quam quasi Castrensia?

Non: nam de his filii libere disponendi habent facultatem, *tit. praeced.* cum in his patresf. sint, *l. scimus. l. fin. C. de inoffic. testam. l. 8. §. 11. ff. eod l. 3. ad SC. Maced.* alias enim nihil haberent filiif. de quo possent disponere, *§. 1. s. per quas pers. l. 18. ad l. Falcid. §. 2. 3. Auth. de hered. ab intest. Nouell. 118.*

Quid vero si Testamentum fecisset in potestate constitutus, postea paterf. factus id approbasset, vel confirmasset?

Tamen non valet, quia vt Testamentum valeat, debet tempus conditi Testamenti inspici, quia autem illud propter potestatem tunc non valuit, tractu temporis conualescere non potuit, *l. quod initio. 3. ff. de R I. l. is cui. 18. ff. de testam. l. 1. ff. de Reg. Caton.*

Secundo cui non permissum facere Testamentum?

Illi qui mentis oculo & iudicio caret, qualis est qui 14. annum aetatis non compleuit & dicitur impubes, *tex. hic. §. praeterea. l. fin. C. de testam. mil. l. 5. 19. ff. qui testam. fac. poss.*

Tertio cui non permittitur facere Testamentum?

Furioso, quippe si voluntatis nostrae iusta est sententia Testamentum procul dubio furiosus nō poterit condere, in quo nullum iudicium voluntas, vel iusta sententia, *d. §. praeterea. l. furiosi. 40. ff. de R.I.*

Quid si pubes vel mentis impos decesserit, valebit ne Testamentum quod impubes vel in furore fecit?

Non: §. *praeterea.h.t.* quia quod initio vitiosum est, tractu temporis non conualescit, *l.* 30. *ff de* R.I. si vero intermisso furore vel ante furorem fecerit valet, *d.* §. *praeterea.circa fin.l.furiosum.l.*20.§.4.*ff.de testam. l. patre.ff.qui sunt sui vel alien. iur.*

Quid de prodigo quarto sentis?

Idem, si prodigo bonorum suorum administratio interdicta est, §. *praeterea in fin.* quia illius supremae voluntatis exinde non potest esse liber stylus, *l.*1.C.*de S.S.Eccles.* quod tamen fecit, antequam interdictio superuenerit, ratum firmumque est, *d.*§. *praeterea.*

Quinto dic in surdo quid iuris & muto?

Perinde nec his permissa Testamenti factio: Nam surdus audire Testes & mutus eosdem rogare nequit: in surdo tamen qui loqui potest, muto qui literas pingere nouit, secus est, *l.* 10.C.*qui testam.fac.*

Sexto quid de caco sentis?

Nec is poterit facere Testamentum nisi obseruatis solennitatibus, *l.*8.C. *qui testam.fac.poss.*§.*fin.h.t.*

Septimo quid iuris in captiuo obseruatur?

Hoc, quod propter seruitutem Testamenti factionem non habet, *l.eius.*8.C. *qui testam.fac.poss.l.*10 *ff.de testam.mil.* & licet redierit, tamen quod in captiuitate fecit Testamentum non valet, §.*fin.h.t.* quod tamen liber in ciuitate fecit, si redierit ex captiuitate valet iure postliminii, quod eum non fingit abfuisse, §.*si ab hostib.* 5. *quib. mod. ius patr. pot. ff.*& C.*de capt.& postl.reuer.* si in captiuitate obierit valet ex *l.Cornel.*§.*fin.h.t.* haec enim lex fingit captiuū primo captiuitatis momento ciuem Rom. decessisse, *l.*1.C.*de capt.& postl.reuers.* Wesenb.*h.*§.

REGVLAE IVRIS ET AXIOMATA.

I.

Furiosi vel eius cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est, *l.*40. *ff.de* R.I. distinguendum tamen est, alii namque sunt in furore conti-

nuo

nuo, alii interuallatum habent furorem. Priores ne quidem acquirere possunt, hi possunt in iudicio, Testamento, Tutela & similibus, Hotoman. 3. *obs.* 29.

II.

Quod ab initio vitiosum est, vel nullum, ex post facto non confirmatur, *l.* 201. *ff. de R. I.*

E Iure Canonico.

I.

Infantes, id est, minores septennio, *l. si infanti. C. de iur. delib. c. vn. de despons. impub. lib. 6.* nam quicquid videt illa ætas ignorat, *l. 1. in fin. C. de fals. mon.* furiosi, dormientes ex commisso homicidio non incurrunt irregularitatem, Lancel. *qui prom. non poss.*

II.

Fur occultus potest post restitutionem & pœnitentiam ad sacros ordines promoueri, Abb. *in c. fin. de furt.* Vsurarius non potest ordinari & ordinatus est deponendus, *cap. 1. c. de petro. & c. si quis. dist.* 47.

APHORISMI POLITICI, ex Aristotele.

I.

Tyrannis fere oritur ex nimia Procerum in Regem adulatione in Monarchiis: in aliis autem Reip. formis ex varia Procerum & Optimatum criminatione, quæ ab vno aliquo fit apud populum. Ibid. Pauci vero dominatus Tyrannici sunt diuturni, *lib. 5. pol. c.* 12.

II.

Aristocratia est, vbi penes plures viros bonos simpliciter est summa Reip. & æqualis inter eos potestate & iure administratio. Hæc diuturnior est & fere tutior & æquior: leges enim plane dominantur, ex virtute non ex censu honores demandantur: Nobilitatis veræ ratio habetur, *lib. 3. pol. c. 11. & lib. 4. c. 7. lib. 6. c. 2.*

TITV-

TITVLVS XIII.
DE EXHÆREDATIONE liberorum.

Quia de solennitatibus extrinsecis dixti, dic quaeso de intrinsecis?

VErum, quod extrinsecas, *tit. de Testam.* proposuerim solennitates, ast quia non postremum est requisitum intrinseca etiam solennia tractare, itaque sciendum, quod ea sint vel instituere, vel exhæredare hæredem, id quod per omnia in Testamentis requiritur, *l. in 30 ff. de lib. & posth. in princ. h. t.*

Quid est haeredis institutio?

Est certum denominare hæredem, qui in ius defuncti succedat, *l. 1. ff. de hered. inst. §. 1. J. eod.*

Quid est exhaeredatio?

Est eum, qui in locum defuncti successisset tanquam hæres, exhæredem declarare. *d. loco. in princ. h. t.*

Quid si nec institutus, nec exhaeredatus sit quis?

Tunc is qui nec hæres, nec exhæres scriptus est, præteritus censetur.

Quid est praeterire?

Est neque denominare hæredem, neque exhæredem declarare: sic liberi præteriri non possunt, quod lege hæredes necessarii sint, *§. 2. J. de hared. qual.* extranei vero bene, quippe lege nō sunt hæredes.

Sufficit ne tacita exhaeredatio, vel institutio per praesumptiones & indicia?

Non, sed expresse id fieri debet, nisi eiusmodi sint indicia, quæ omnem ambiguitatem excludant, *in prin. h. t.* exempli gratia: *Titius filius meus exhaeres esto*: vel sic. *Filius meus exhaeres esto*: non adiecto proprio nomine, scilicet si alius filius non extet, quia certa designatio

repræ-

repræsentat expressionem, *l.75.ff. de V.O.l.6.ff. de rei vend.l.6.ff.si certum petatur.l.1.2.3.ff.de lib.& posth.*

Quid vero de posthumo, posthumave sentis?

Is eaque vel institui tanquam hæredes, vel exhæredari debent, §. *posthumi.h.t.* idq; peræque nominatim & expresse fieri debet, quippe alias sui facti agnatione Testamentum rumpunt, *d.§. h.t.l.3.ff.de iniust. rupt.*

Quid si posthumus, posthumave sperabatur, abortiuum tamen mulier fecerit?

Ex tunc nisi humanam vocem emiserit, nil impedimento est scriptis hæredibus ad hæreditatem obeundam, *d. §.h.t.l.2.vbi Dd. C.de posth.hered.instit.* & quia abortiuus seu monstrum posthumi appellatione non continetur, quia non intelligitur fuisse, *l.129.ff.de V.S.*

Quis est suus hæres?

Hæres, vel hæredes sui & legitimi secundum Azo. *tit. de suis & legit.hæred.* appellantur, qui in potestate morientis fuerunt, vt filius, filia, nepos, neptis. Hinc suitas necessario suos ex lege efficit hæredes eos liberos, quibus hoc ius ciuili & legitima Testatoris voluntate non reperitur ademptum, Wesenb.§.1.*h.t.* Vbi notandum, quod ii, qui non nascantur sui Testamentum non rumpunt etiamsi nascantur in potestate, cum non sint hæredes, vtpote à gradu proximiore exclusi, *l.quod dicitur.ff. de lib.& posth. §.ita demum. J. de hæred.quæ ab. §. sui. J. de hæred.qual.l. ICtus.10.in princ. de grad.*

Quia nepos est suus hæres quid iuris in illo?

Hoc, vt ne non iure faciat Testator hoc Testamentum, sicut filium, vel hæredem ita & nepotem hęredem debet instituere, vel nominatim exhæredare, quia si filius viuo patre moritur, incipit exinde nepos neptisve in defuncti locum succedere, & sic iura suorum hæredum quasi nanciscitur, §. *posthumorum h.t. l.proximus.92.l.proximi.155.de V.S.*

Quid fuit lege Iulia Velleia prouisum?

Huius l. prouisio in duas partes diuiditur: in prima agitur de his

qui facto Testamento superstiti adhuc patri agnascuntur instituendis vel exhæredandis, *l Gallus.29.§.11.ff.de lib.& posth.* quia enim vere posthumi non sunt, *l.3.ff.de iniust. rupt.Testam.* propterea iure posthumorum olim non continebantur, vt id merito præsenti, *d.l.3.§.1.* in secunda agitur de illis, qui quidem nati tempore Testamenti, sed nec dum sui sunt, fieri tamen, & in locum prioris succedendo quasi agnascendo rumpere Testamentum possunt, scilicet vt aut instituantur, aut exhæredentur, *d.l.Gallus.*

Emancipatus est ne instituendus vel exhæredandus?

Non, quia non est suus hęres, sed pro extraneo habetur, qui si fuerit præteritus non rumpit Testamentum, *§.emancipatus.h.t.* Iure vero prætorio sine discrimine sexus, nisi hæres fuerit institutus, vel exhæredatus, promittitur illi contra Tabulas Testamenti bonorum possessio, *d.§.emancipatus.l.1.4.t.t. de bonor.possess.secundum Tab.*

Quid prodest bonorum possessio contra tabulas?

Hoc quia Prætor non potest hæredes facere, *§.1.J.de bonor.possess.& l.12.tab.* suos duntaxat vult institui, vel exhæredari propter conseruationem familiæ: Prætor ex æquo & bono tanquam temperamento Iuris stricti vocat, iure tamen naturæ, quod iura ciuilia soluere nequeunt, *§.fin.J. de leg.agn.Tut.l.iura.8.ff.de R.I.* Huius deniq; vocationis Prætoriæ effectus est, vt suis quo ad commodum hæreditatis adæquentur emancipati. Nam possessio bonorum re ipsa continet hæreditatem, *l.3.§.2.ff.de bon.possess.*

Adoptiui debent ne institui vel emancipari?

Debent, *§.adoptiui.h.t.* quia & hi sui sunt hæredes quoad adoptiui sunt, *Auth.quib mod.natural.effic.sui.§.dubitatum.Auth.de incest nupt.* si vero emancipati fuerint à patre adoptiuo, tunc nec exhæredari, nec institui debent, *§ adoptiui.h.t.*

Quia iure ciuili non vocantur emancipati, vocat ne eos ab adoptiuo patre emancipatos Prætor?

Non: vt enim Iure ciuili non vocantur, cum non sint in eius patris scil. adoptiui familia, ita nec prætorio, quia non sunt naturales

liberi

liberi, quos Prætor propter naturam & commune parentum votum ad successionem vocat, *l.15.ff.de inoff.Testam.l.7.si tab.Testam.l.fin.ff.de bon:dam.* §.*adoptiui:h.t.*

Quia hæc & similia vetustas introducebat, sunt ne adhuc in vsu?

Non sunt, quia quoad institutionem, exhæredationem, præteritionem, suorum emancipatorum ac posthumorum secus hodie obseruatur, vt videre est *l.4 C.de lib.præteritis Nouell.*115.118. Sublata est namque agnatorum & cognatorum differentia, *d.Nou.*118.*c.*4.*d.C.de lib.præter.* posthumorumque exhæredatio (nam non licet parentibus quem ex liberis exhæredare vel prçterire, nisi is probetur ingratus insertis causis Testamento ingratitudinis, *Auth.non licet.C.de lib.præter.*) nec non emancipatorum præteritio exhæredatiove, *d.l.4. vers. sancimus.C.de lib.* & hodie ne quidem nominatim exhæredare fas est, nisi iustis de causis, quas hæres scriptus non exhæredatus probabit, *Auth non licet.* Hasce videre licet *in Auth.vt cum de appell.Nou.*115.*c.*3.& à Dd. in versiculos collectos, vt sequitur:

Bis septem ex causis exhæres filius esto,
Si patrem feriat, vel maledicat ei.
Carcere detrusum si negligat, aut furiosum
Criminis accuset, vel paret insidias.
Si dederit damnum graue, si nec ab hoste redemit,
Testari ve vetet, se societ ve malis.
Si mimos sequitur, vitietque cubile paternum,
Non orthodoxus, filia si meretrix.

Præterea emancipati hodie nec præteriri, nec sine causa exhæredari possunt, *d.l.4.C.de lib.præter.* Denique adoptiui nec exhæredari, nec institui necessario debent hodie: nam patri adoptiuo solum ab intestato succedunt, si mortis tempore in familia adoptiui fuerint, *l.10.C.de adopt.*§.*sed hodie Instit.de adopt.*

Quid operatur maternorum parentum præteritio?

Perinde est atq; exhæredatio, quia non sunt in potestate, neq; sui

sunt hæredes, *l.4.§.2.ff.de bon.poss.contr.tab.l.13.ff.de suis & legit.* Et silentium matris aut aui materni & cęterorum per matrem ascendentium tantum facit, quantum exhæredatio patris, *l.12.ff.de bon.libert.*

Sed ita præteriti habent ne remedium siue adminiculum?

Habent, nempe querelam inofficiosi Testamenti, *l.15.C.de inoffic.testam.l.4.§.2.ff.de bon.possess l.si instituta.27.§.vt cum l.seq.ff.de inoffic.testam.* sed hodie perinde vt pater debet mater cum causa liberos etiam exhæredare, *d.Nouel.115.c.3.l.30.§.sin vero.C.de inoff.testam.*

Quid operatur præteritio in milite?

Silentio à milite expeditione occupato præteritus natus, vel posthumus pro exhæredato habetur & valet Testamentum, *§.sed si.h.t.l.si cum 10.C.de testam.mil.* secus est si prætereat milicem liberos se habere, vel grauidam vxorem. Nam ab ignorante eo talis præteritio facta, non est pro exhæredatione, sed Testamentum potius militis annihilat, *l.9.cum l.seq.C.de testam.mil.*

REGVLÆ VEL AXIOMATA.

I.

Fœmina suæ familiæ finis est, *l.195.in fin.ff.de V.S.*

II.

Posthumus posthumave hodie exhæredari non possunt, *l.33.C.de inoff.testam.*

III.

Quod nullum est, nullum parit effectum, *l.non dubium.5.C.de LL.*

IV.

Forma non seruata actus fit nullus, *l.vniuersis.* vbi Ias. *nu.3.cum auth.seq.* Idem Ias. *nu.5.C.de precib.Imp.offerend.*

V.

Paria sunt non fieri aliquid vel nulliter fieri, *l.1.§.in quib.ff.quod cuique vniuers.*

VI.

Ex Testamento nullo non potest adiri hæreditas, *l.filio.ff.de ini.Testam.*

VII.

Iure Prætorio filius non est necessarius hæres, quamuis suus, habet enim beneficium abstinendi, *l.57.ff.de acquir.hered.J.de hered.qual.*

VIII.

Omittere est silentio exhæredare, *l.si patronus.ff.de bon.liber.* Pater autem silentio exhæredare non potest.

E Iure Canonico.

I.

Degradatus traditur Curiæ seculari, & pro eo debet Ecclesia interuenire, Dd. *in c.nouimus.de V.S.*

II.

Degradatus miscens se sacris excommunicatur, Lancel. *de depos. seu degrad.*

APHORISMI POLITICI ex Aristotele.

I.

Oligarchia est, cum pauci omnia pro lubitu suo agunt in Rep. & summum Imp. habent, qui non ex virtute, sed opibus ad eum honorem deliguntur. Democratia est, cum penes totum populum ius ipsum summum Imperii & rerumpubl. deliberatio definitioque manet.

II.

Huius politiæ fundamentum est libertas (non autem licentia) popularis. Itaque omnes dignitates in hoc statu omnibus, id est, cuiuis hominum ordini communicantur. Arx nulla in populari statu habenda. Diuites ad grauiora onera eliguntur: Magistratus mutantur, nec vlli sunt perpetui, *6.pol.2.lib.7.c.9.* Ex legibus seuere iudicatur in hoc statu.

TITVLVS XIV.
DE HÆREDIBVS INSTI-tuendis.

Quid est hæredis institutio?

EST hæredis factio, siue creatio in vniuersum ius, quod defunctus habuit, *l.59.ff de R.I.* Secundum Canones est Ecclesiæ, siue Ecclesiastici beneficii collatio; Institutio tamen proprie est Prælatorum & Clericorum: Collatio vero prębendarum seu beneficiorum.

De quorum institutione agit Imperator hoc titulo?

De extraneorum, non de suis, qui scil. extranei tam liberi, quam serui institui possint.

Qui sunt isti extranei, qui hæredes institui possunt?

Tam liberi homines, quam serui, & tam proprii, quam alieni, *in princ.h.t.*

Quos vocas hic liberos homines?

Eos, qui ciues sunt Romani, vt hodie omnes in orbe Romano sunt, *l in orbe. ff. de stat. hom.* cum peregrinis namque iure non erat Testamenti factio, *l.1.C.de hæred. instit.* quia lex non faciebat eos hæredes, ideo nec Testator poterat, *l. nemo. 55 ff. de leg. 1.*

Quem dicis seruum proprium?

Proprium seruum eum dico, in quo & nudam solum Testator habet proprietatem, alio vsumfructum habente, *§. hæredes. h.t.l. recte. 25. ff. de V.S. l.1.C. de com. ser. manu.*

Talis seruus cui acquirit hæreditatem?

Proprietario, non vsufructuario, quia hæreditas aliunde, non ex operibus serui quæritur: vsufructuario ea enim quæruntur, quæ seruus ex operibus suis, vel rebus eiusd. adquirit, vid. *s. tit. per quas person. cuique adquir.*

Qualiter rite proprios seruos instituere licet?

Olim quidem non aliter quam cum libertate:hodie etiam sine libertate eos hæredes instituere permissum est,quia tacite ex præsumpta Testatoris voluntate censetur libertas vna data, *l. pen. C. de necess. hæred.* quippe absq; libertate hæres esse non potest: & in dubiis semper pro libertate respondendum est. *l. semper. de. R.I.*

Semper ne ex hæredis institutione seruus fit liber?

Non,quippe à domina seruus non potest etiam cum libertate rite institui,vel ante sententiam manumitti,si rea fuerit eiusdem criminis postulata. adulterii scilicet quo & is maculatus habetur cum ea, *tex hic. l. 48. ff. eod.*

Est ne præterea alius extraneus hæres?

Est, vt dixi, alienus seruus, in quo nil iuris habemus; vel vt Imp. loquitur,in quo duntaxat vsumfr. habemus, *tex. hic. in princ.*

Quid iuris in seruo proprio instituto?

Hoc,vt non modo liber fiat,si in familia domini ad mortem vsq; eius manserit: verum & hæres necessarius, quippe etiam inuitus cogitur adire, *tex. hic. §. seruus autem. §. 1. J. de hæred. qual. & differ.* Sin vero emancipatus fuerit ante mortem Testatoris,is tunc suo arbitrio adire potest, vel non, *d. §.* quia, vt textus ait, vtrumque non consequitur,id est,hæreditatem & libertatem,quæ requiruntur vt necessario adeat, *d. §. 1. inst. de hæred. qual. l. sed si. 6. §. 3 l. 90 ff. eod.*

Quid si alienatus sit seruus proprius?

Hoc casu iussu noui domini hæreditatem debet adire, quia velle nõ potest, cum sit in aliena potestate tempore adeundæ hæreditatis, *l 7 ff. de hæred. inst. l. 62. ff. de acq. hæred.* & quia,si adit,non sibi sed domino,in cuius est potestate adquirit, *l. 2. in fin. ff. de bon. poss. secundum tab.*

Quid si seruus alienus mortuo domino instituatur hæres?

Recte fit talis institutio, *tex. hic. §. alienus. l. 31. l. seruus. l. eius. 64. ff. h. t.* quia & cum hæreditariis seruis est testamenti factio, *d. §. h. t.* quippe nondum adita hæreditas non hæredis futuri, sed defuncti vicem repræsentat, *l. hæreditas. 61. ff. de acquir. rer. dom.*

Eius qui in vtero est seruus recte ne instituitur hæres?

Pariformitèr bene *d. §. alienus. l. 64. ff. eod.* quia hic de commodo eius agitur, quoties vero de commodo eius qui in vtero est agetur, pro iam nato habetur, *l. qui in vtero. ff. de stat. hom.*

Seruus plurium ab extraneo hæres institutus cui adquirit?

Vnicuique dominorum, cuius iussu adierit hæreditatem pro portione dominii adquirit hæreditatem, sed opus est, vt is cui acquirit habeat Testamenti factionem, *d. § alienus. h. t. l. debitor. l. non minus. 31. ff. eod. l. 50. de ll.*

Possunt ne plures hæredes institui?

Omnino: nam si vnum pluresve institueris, imo si certum corpus vt ciuitas, populus, collegium instituatur, fas est, *§. & vnum. h. t. l. omnib. 26. l. recusare. 6. §. item si municipes. ff. ad Trebell.*

Quæ est altera huius Tituli pars?

Hæc, quomodo nimirum institutio fieri queat.

Quomodo igitur diuiditur hæreditas à Testatore?

Plerunque diuiditur in duodecim vncias, *§. hæreditas. h. t.* quæ vnciæ assis nuncupatione comprehenduntur, *d. §.* as vero alias, quia solidum corpus denotat, *l. sotietatem. in princ. ff. pro socio.* hic etiam eleganter totam hæreditatem, *l. asse toto. 77. ff. eod.*

Habent ne assis partes sua propria nomina in iure?

Habent ab vncia ad assem, *d. § hæreditas. h. t.*

Quid est vncia, sextans, &c. vsq; ad assem?

Vncia est mimima quædam pars, sextans veluti sexta pars assis duę sunt vnciæ, quadrans veluti quarta pars assis tres sunt vnciæ, triens veluti tertia pars assis; quatuor sunt vnciæ: quincunx veluti quinque vncias continens, semis veluti semi as, hoc est, dimidius as: septunx

veluti septem vnciæ: bes velut octo vnciæ quasi bis triens: dodrans quasi dempto quadrante, as quasi nouem vnciæ: dextans quasi dempto sextante, hoc est, duabus vnciis as, quasi decem vnciæ: deunx veluti dempta vncia as, vid. Wesenb. *h.t.*

Semper ne duodecim vnciæ assem efficiunt?

Non semper, quippe tot vnciæ assem efficiunt, quot Testator voluerit: vt si vnum ex semisse Testator scripserit hæredem, totus as in semisse erit, §. *hereditas. h.t. l. 41. ff. de vulg. & pup. subst. l. 13. interdum. ff. eod. h.t.* quia pro parte Testatus, & pro parte intestatus decedere nemo debet, *l. ius nostrum. 7. ff. de* R.I. nisi miles, *l. 3. C. de Test. mil.*

Licet ne in plures, quam 12. vncias hereditatem diuidere?

Licet, vt ex vno asse facere dupondium, id est, duos asses, vel etiam plures, *l. Sabinus. 18. ff. eod. §. videamus. 7. h.t. vers. & è contrario. h.t.*

Quando desideratur hæc distributio assis?

Tunc, si Testator noluerit hæredes pariformiter in partes æquales succedere, hæredesque esse æquis portionibus, §. *si plures. h.t.*

Quando censentur vocati æquis partibus?

Nullis à Testatore denominatis partibus, tunc namque ex æquis partibus constat eos esse hæredes vocatos, *d. §. h.t. l. legata. 19. in fin. ff. de leg. l. 9. §. heredes. 3. ff. h.t.*

Quid iuris si in quibusdam personis partes sint expressæ, & alius sine parte fuerit nominatus?

Tunc siquidem pars quædam assi defuerit, siue parte nominatus in eam partem quæ assi deerit, hæres erit, *d. §. h.t.* Exempli gratia, si nouem vnciæ fuerint in hæredes distributæ, vnus tamen sine parte institutus superest, tunc is habebit tres vncias, id est quartam partem assis quadrantem, *d. §. h.t. l. item. 17. ff. eod.* & si plures fuerint, quibus pars certa non fuerit distributa, tunc omnes ij in eandem partem æquis partibus succedunt, *d. l. item. 17. ff. h.t.*

Quid si totus as completus sit?

Hoc casu qui iam distributas habent partes in dimidiam, qui vero

non denominatas habent portiones, in alteram dimidiam partem veniunt, quo casu intelligitur Testator duos fecisse asses & in 24. vncias hæreditatem distribuisse, in vnum censentur vocati nominati, in alium sine parte scripti, §. *videamus. h.t.l.20.§.1.l.12.§.2.3.ff.eod.*

Quid si omnes certis partibus sint instituti, pars tamen aliqua vacet?

Hoc casu ius accrescendi in parte vacante locum habet, ne pro parte testatus, & pro parte intestatus decedat testator, *l. ius nostrum. 7. ff. de R.I.*

Quomodo accrescit vacans portio?

Ita, vt singuli ex mente Testatoris & tacite pro hæreditariæ suæ portionis ratione partem vacantem accipiant iure accrescendi, *tex. hic in princ. & l. interdum. 13. ff. eod.* Exempli gratia, si tres ex quadrante essent instituti, hoc est, singuli in tres vncias, adhuc superest & vacat quadrans, hoc est, tres vnciæ. Ne itaque pro parte tantum testatus vt dixi, decederet Testator, prouisum est, pro Testantium voluntate, vt singulis quadrantem habentibus pro eo ex triente vncia accederet tacite, ita vt triens pro quadrante accrescat, *d. §. videamus.*

Quid iuris è contra si plures sint certis partibus scripti, quam as comprehendit?

Hoc casu ius decrescendi locum habet, quia contrariorum eadem est ratio, *lib.1. tit.8. l.1.2. ff. de his qui sui vel alien. iur. l. fin. C. de indicta viduit. toll.* singulis namque de portionibus superfluum decrescit, *tex. hic.* Exempli gratia, si quatuor singuli ex triente sint instituti, hoc casu, quia as quatuor trientes, hoc est, 16. vncias non habet, sed solum tres trientes, hoc est, 12. vncias, ideo singulis decrescere oportet pro voluntate Testatoris conseruanda, *tex. in princ. & l. fin. C. de S.S. Eccles. Nouell. 22. c. vnde sancimus.* vncia nempe decrescente, ac perinde æstimantur, ac si quis ex quadrante esset scriptus hæres, *d. §. videamus. l. interdum. 13. ff. eod. de hæred. instit.*

Quid vero casu quo plures vnciæ quam 12. sint distributæ?

Hoc casu perinde obseruatur vt in asse, sine parte namq; institu-

tus, in vacantem partem censetur institutus, quæ scilicet ad assem superflua est. Hicque cum supra assem portiones sint distributæ à Testatore, & reperitur sine parte institutus, tunc is pariformiter ex ea portione quæ dupondio deest, hæres censetur institutus. Præsumitur enim Testator dupondium, id est, 24. vncias fecisse in hæreditate vel duos asses, qui 24. vncias continent.

Quid si dupondius expletus sit?

Perinde est, partibus omnibus ad assem reuocatis: vt si Testator vnum, ex sex vnciis, alterum ex octo, tertium vero sine parte instituat expressa, hoc casu, quia assem institutio superat, institutus sine parte censetur institutus ex ea parte, quæ ad dupondium superest: desunt autem computatis 6. & 8. vnciis decem vnciæ: omnibus vnciis denique sic ad assem computatis as efficitur, ita vt singuli partis suæ dimidietatem accipiant, vt pro sex tres, pro octo quatuor, pro decem quinq;, & sic totus as erit completus, §. *videamus. in fin. hic l. 17. in fin. ff. eod.*

Est ne alius modus instituendi?

Est: nam tam pure quam sub conditione hæres potest institui, §. *hæres. h. t. l. 1. t. t. ff. de condit. instit.* & hæreditas quidem pendet suspensa quoad conditio extiterit: existente vero conditione, illico retrotrahitur conditio ad tempus mortis Testatoris. Deficiente vero conditione exinde, hoc est, à tempore mortis Testatoris causa intestati habet locum, *l. quod dicitur. ff. de Test. mil. l. 54. ff. de acquir hæred. l. 34. §. fin. ff. de stipul. seruor. l. 154. l. 181. ff. de R. I.* vid. Wesenb.

Potest ne etiam ex certo tempore, vel ad certum tempus institui hæres?

Non: *tex. hic.* Verbi gratia, si post quinquennium, vel vsq; ad quinquennium, quia causa Testamenti transiret ad causam intestati. Nam ad certum tempus testatus, finito eo tempore intestatus esset: ius nostrum autem hoc non patitur, *l. 7. ff. de R. I.* & semel hæres factus desineret esse hæres, quod similiter non procedit, *l. 7. §. 7. ff. de minor. l. 88. ff. h. t.*

Quid operatur vero dies adiectus?

Nil: quia pro superuacaneo habetur, & perinde habetur dies

adiectus ac si pure, hoc est, sine conditione, vel diei adiectione esset institutus hæres, §. *hæres. h. t.* ne vtile pro inutili vitietur, *c. vtile.* 37 *de R. I. in 6.*

Quid si impossibilis conditio sit adiecta?

Et hæc reiicitur, quia non vitiat, sed vitiatur, præcipue in institut. legatis, fideicommissis & libertatibus, *tex. hic.* §. *impossibilis.* Impossibilium enim nulla est obligatio, *l. impossibilium.* 145. *ff. de R. I. l. fin. ff. quæ sentent. sine appellat.* In contractibus secus est, quia vitiat contractum. §. *impossibilis. inst. de inutil. stipul.* quia error inter contrahentes non præsumitur fuisse, sed potius hoc egisse existimandum est, vt nil actum sit, *l.* 31. *ff. de action.*

Quid de conditione potestatiua sentis?

Hoc casu regula locum habet: quando per hæredem non stat, quo minus impleatur conditio, semper tunc pro impleta habetur, *l.* 3. *C. de inst. & subst. l. quæ sub conditione.* 8. §. *pen. ff. de condit. instit.*

Quam dicis impossibilem conditionem?

Eam, quæ vel natura est impossibilis, vt si cœlum tetigeris digito, hæres esto, *l. mulier.* 20. *ff. de condit. instit. l. ab omnibus.* 104. §. 1. *ff. de leg.* 1. vel lege, siue iure, vt si patrem vel matrem occideris, *l. conditiones. ff. de condit. inst.* Quia quæ contra bonos sunt mores, ea censentur illicita, nec facere ea nos posse credendum est, *l. filius.* 15. *ff. eod.* vel etiam facto, vt si alas habueris & volare poteris, vid. Dd. *h. t.*

Quid iuris si Testator plures conditiones posuerit?

Hoc casu distinguendum est, aut sunt copulatiuæ, aut disiunctiuæ: Illo casu, vt, *si hoc & illud feceris*, ambas adimplere oportet, *l.* 44. 70. *ff. de cond. & demonstr.* sin hoc casu, vt *si hoc vel illud feceris*, alterutram vel vtramque præstare sufficit, §. *fin. si plures. h. t.* quia disiunctiua oratio non vtriusque, sed alterius perfectione verificatur, *l. si quis.* 129. *ff. de V. O. c. in alternatiuis.* 70. *de R. I.*

REGVLÆ IVRIS ET AXIOMATA.

I.

Quæ ab initio inutilis est institutio, tractu temporis conualescere non potest, *l.* 210. *ff. de R. I.*

II.

Quod ab initio vitiosum est, non potest tractu temporis conualescere, *l.29.ff.de R.I.*

III.

Quam diu possit valere Testamentum, tam diu legitimus hæres non admittitur, *l.89.ff.de R.I.*

IV.

Hæredem eiusdem iuris esse, cuius fuit defunctus constat, *l.59.ff.de R.I.*

V.

Hi qui in vniuersum ius succedunt, hæredum loco habentur. Nam quod dicitur de hæredibus, idem de aliis vniuersalibus successoribus dicitur, *l.item veniunt.§.fin.ff.de pet.hæred.*

VI.

In alternatiuis sufficit alterutrum fieri, *l.2.ff.de eo quod cert.loc.l.129.ff.de V.O.*

VII.

Hæres ad ea quæ vel natura, vel lege impossibilia sunt, compelli à successoribus ab intestato non potest, *§.impoßibilis.h.t.*

VIII.

In vltimis voluntatibus non de obligando, sed honorando & donando tractatur, quare humanior prolixiorque debet fieri interpretatio, *l.6.ff.de donat.*

IX.

Dies incertus pro conditione est, *l.1.ff. de condit.& demonstr.*

X.

Ius nostrum non patitur, vt quis pro parte testatus, pro parte vero intestatus decedat, *l.7.ff.de R.I.§.hæreditas.h.t.*

XI.

Nondum adita hæreditas personæ vicem sustinet non hæredis futuri, sed defuncti, *§.alienus.h.t.l.61.ff.de acquir.rer.dom.*

E Iure Canonico.

I.

Capitulum sede vacante potest instituere præsentatos, Lancell. *de instit.& iur.patron.*

II.

Potentia actui proxima habetur pro actu ex dispositione, Lancell. *d. loco.*

III.

Ius patronatus non potest vendi nisi cum Vniuersitate, *d. loc.* transmittitur tamen ad quosuis hæredes.

APHORISMI POLITICI ex Aristotele.

I.

Monarchia omnibus legitimis politiis præferenda est: vbi bonis legibus, & à bono Rege administratur: secundum Monarchiam est Aristocratia eligenda.

II.

Leges à nemine impune violari debent: semel autem constitutæ & latæ debent obtinere & valere: non autem sperni. Nam qui vult hominem regnare, ille belluam, qui leges, ille Deum. 1. *pol.*

III.

Neque tamen leges quantumuis sanctæ valent, nisi priuata ciuium disciplina eaque sancta quoq; accesserit, *lib.* 4. *pol. c.* 8.

IV.

Obscænum dictu visuque (quales sunt inhonestæ picturæ) tolerari vetent leges Reip. bene moratæ, *lib.* 6. *pol. c.* 5. *& lib.* 7. *c.* 17.

TITVLVS XV.
DE VVLGARI SVBSTITUTIONE.

Quare adinuenta est vulgaris substitutio?

PRo futura cautela Testantium, aut si is qui primo loco, vel principaliter & simpliciter hæres est scriptus & institutus, nec ei, casu

quo

quo hæres fieri non posset, alius sit substitutus, pluresve, sic intestatus decederet Testator; quare plures gradus Testamento vt faciat Testator, permissum est: *tex. hic. in princ. l. 1. 36. ff. eod.*

Quæ est ista norma vulgaris substituendi?

Hæc: *si ille hæres non erit*, quem primo institui hæredem, tunc, *ille sit hæres*, illi substitutus secundo: *si & hic non erit hæres, Titius* sit tertio loco vel gradu substitutus, & sic consequenter in quantum velit Testator, *in princ. h. t.*

Quid si horum nemo hæres existeret?

Hoc casu etiam prouisum, ita vt nouissimo loco in subsidium etiam hæredem necessarium substituere valeat *in prin h. t.* Solent enim aliquando suspectæ esse hæreditates, quæ successorem inuenire, qui adiret, non possunt, quare ne intestatus sic decederet necessarius, hæres rite substituitur, *d §. 1. h. t.*

Possunt ne plures in vnius locum substitui?

Possunt, quemadmodum & vnus in plurium, vel singuli in singulorum, *d. §. 1. h. t.* item inuicem qui hæredes sunt instituti, *l. 36. §. 1. ff. eod.* & hæc reciproca nuncupatur institutio rectius, *l. 4. ff. eod.*

Quomodo fit reciproca substitutio?

Hæc, quæ & breuiloqua dicitur, continet duas pupillares substitutiones, & in hũc fit modum. Verbi gratia, duo impuberes instituti à parente, sub cuius sunt potestate, inuicẽ sic substituuntur: *Seium & Titium filios meos impuberes instituo hæredes, eosque inuicem substituo.* Hęc substitutio continet expresse pupillarem, quare si impubes quis horum decesserit, alter frater substitutus succedit.

Sunt ne plures substitutionum species?

Sunt, vtputa, compendiosa, obliqua, item exemplaris, quæ fit à parentibus vtriusque sexus, filio furioso vel mente capto. Exempli gratia, Titium filium mente captum instituo hæredem, & si non ad sanam mentem redierit, sicque obierit, substituo hunc vel illum.

Da exemplum substitutionis compendiosæ?

Titius filius meus hæres esto, quocunque autem ille tempore de-

cesserit,

cesserit, hic vel ille hæres esto, & hæc solum in milite locum habet, *l. precibus. C. de impub. & aliis subst.*

Da exemplum obliquæ?

Substitutionis obliquæ, siue fideicommissariæ exemplum est, vt quicunque vestrum sine liberis decesserit, rogo vt eius portio ad superstitem perueniat. Vbi notandum, quod in hac locum habeat quartæ deductio, quod in directa non conceditur, *c. si pater. de Testib. gloss. in c. Rayn. de Test.*

In institutione partes hæredibus expressæ sunt ne in substitutionibus etiam obseruandæ?

Sunt, atque si ex inæqualibus portionibus hæredes scripti inuicem substituantur, nulla facta mentione partium, profecto eas substituti habebunt partes, quas Testator in institutione expressit, §. *etsi. h. t. l.* 134. §. 1. *de V. O.* Dd. *in l. si quis. ff. eod.* Socin. *consi.* 159. *vol.* 2. *l. licet.* 74. *ff. de legat.* 1. *l. qui duos.* vbi Bartolus, *ff. eod.* Wesenb. *hic. & l.* 5. §. 24. *ff. eod. l.* 1. C. *eod.*

Si hæredi instituto cohæres substitutus sit, & huic substituto alius, quid iuris?

Hoc, vt si nemo, id est, nec substitutus, nec cohæres extiterint, tum substitutus ad vtriusq; partem admittitur, non iure accrescendi, sed iure substitutionis, § *etsi. h. t. in fin. l. si Titius. ff. eod.* qui enim vltimo loco substitutus est, etiam primo substitutus esse intelligitur, *l. fin. C de hæred. instit. l.* 65. 170. *ff. de V. S.*

Quid iuris si seruus alienus quasi paterf. sit institutus hæres, & liber homo ei substitutus?

De iure si contradiceret substitutus, tunc nec serui institutio valeret, nec substitutus quid consequeretur. Nam vbi non valet institutio, tanquam principale, ibi nec substitutio tanquam accessorium, *l.* 44. *ff. eod. l. cum principalis.* 139. *ff. de R. I.* Ex æquo & bono igitur tanquam temperamento stricti iuris, quo vtrique consulatur, Testatorisque conseruetur voluntas, quæ fauorabilis, diuiditur hæreditas in duas æquales partes, & vnam habebit hæres seruus quasi paterf. alteram substitutus, § *fin. h. t.*

REGV-

REGVLÆ IVRIS SEV AXIOMATA.

I.

Substitutionum quinque sunt probatæ communi Dd. calculo species: vulgaris, exemplaris, pupillaris, breuiloqua, seu reciproca, & compendiosa, propter fauorem militum.

E Iure Canonico.

I.

Qui propria authoritate se ad aliam Ecclesiam contulerit, & habita carebit & ambita, Abb. *in cap. nihil. de Elect. in gloss. vers. potestatis.*

II.

Episcopos transferre ad solum Pontificem Rom. pertinet, Lancell. *Instit. de translat.*

APHORISMI POLITICI, *ex Aristotele.*

I.

De rebus etiam sacris leges in Rep. bene morata ferantur accuratissime, *lib 6. pol. c. 8.*

II.

Præstat in Rep. esse bonum Magistratum absque lege, quam bonas leges absque Magistratu, *lib. 7. pol.*

III.

Vnum vni rei gerendæ idoneum esse, multum est, *6. pol. c. 2. lib. 4. pol. c. 15.*

TITVLVS XVI.
DE PVPILLARI SVBSTItutione.

Quid est pupillaris substitutio?

PVpillaris substitutio, (quæ pupillo & impuberibus sub potestate constitutis fieri solet,) est cum pater impuberi vsque ad puberta-

tis annos, vel si impubes adhuc decedat, conditionaliter substituat alium, *tex. in princ. h.t.* Mynsing *h.t.*

Quotuplex est hæc substitutio?

Duplex: Expressa aut Tacita.

Quæ dicitur Expressa?

Huius exemplum extat hoc Titulo in principio, vt: *Titius filius meus hæres mihi esto: si vero filius hæres mihi non erit, aut erit, & prius moriatur, quam in suam Tutelam venerit, tunc Seius hæres esto*: Hic omnia exprimuntur, Dd. *h.t.*

Quæ est Tacita?

Substitutio pupillaris tacita est talis, vt: *Quisquis mihi hæres erit, sit etiam hæres filio meo*: Hic non omnia exprimuntur, sed quædam verba subintelliguntur, vt in Expressa, nempe, si in pupillari ætate decedat, ille qui Patri erit hæres, etiam sit hæres filii, Dd. *h.t.*

Possunt ne fieri à matre pupillares substitutiones?

Non, quia filios in potestate non habent, §. *fin.* *I. de patr. potest. l. si mater. 33. ff. de vulg. & pup. substit.* & notandum hoc loco, quod substitutus ex pupillari expressa nunquam repellatur à matre pupilli, sed substitutus ex tacita, à matre pupilli repellatur, quia succedit ipsi pupillo. Item, quod substitutus ex pupillari substitutione, efficiatur pupilli hæres: ex vulgari vero fit hæres Testatoris, §. 1. *h.t.*

Quare ex pupillari substitutione hæres non patris, sed filij dicitur hæres?

Quia pupillaris substitutio est quasi Testamentum filii, §. 3. *h.t. l. 2. ff. eod.* ac quam primum filius adierit hæreditatem, illius censetur patrimoniũ, Decius *in l. hæreditas. 67. ff. de R. I. l. 1. §. veteres. ff. de acq. poß.*

Quo iure est introducta pupillaris substitutio?

Non lege 12. Tab. quæ institutiones & substitutiones vulgares introduxit, *l. in vulgari. 162. ff. de V. S.* sed præter ius (vt Wesenb. loquitur) moribus est introducta, *l. 4. ff. eod. l. est receptum. 14. ff. de Iurisd.* Nam ipsi pupilli ea ætate quia Testamentum facere non possunt,

pro-

propter lubricum animi iudicium, *l.1.5.ff.de Testam.* licitum est patri liberis hac pupillari substitutione prospicere de hærede, non secus quam de Tutore, *l.17.C.de imp.subst.hic.in princ.l 2.ff.eod.*

Nonne est exceptio regulæ, quod duntaxat impuberibus substituatur?

Est, in exemplari, vt Dd.loquuntur, substitutione, quæ etiam puberibus solet fieri cuiuscunque sexus vel gradus, *§.qua ratione.h.t.l. humanitatis.C.eod.* qua prospectum est, vt exemplo pupillaris substitutionis parentes vtriusque sexus mente captis filiis substituere valeant humanitatis intuitu, *d.l.9.C.eod.* quæ, si resipuerit captus ratione, infirmatur.

Quia pater pro se & filio in pupillari substitutione Testamentum facit, nonne duo sunt Testamenta?

Videntur quidem Testamenta duo, quoad materiam & effectum, quoad solennitatem vero vnum est, *l.20.* nec diuidi potest, vt nec vna absque altera adiri, *l.10.§.3.ff de vulg. & pup. subst.* Quare rite Imperator in hoc §. *igitur.* concludit, quod sit vnum Testamentum duarum causarum, id est, duarum hæreditatum.

Nonne hac pupillaris substitutio votum captandæ mortis pupilli continet?

Speciem certe habet quandam: Quare si ita quis formidolosus sit, vt timeat, ne ex hac palam facta substitutione periculum immineat pupillo, obseruet cautelam in *hoc* §.ab Imp. præscriptam; nempe vt substitutionem pupillarem in ima cera, siue postrema parte membranæ cõplicatæ & obsignatæ faciat, caueatq; in prima Testamenti parte, ne inferiores Tabulæ, i.e. complicatæ & obsignatæ propria cera signoque substitutio superstite filio impubere resignetur, *§.sin autem.h.t.l.fin.C.de fid.lib.* Wesenb. *hic.l.fin.ff.ad SC.Trebell.* vide Viglium, *hic.*

Quid sentis de exhæredato, potest ne illi pupillariter substitui?

Omnino, *§.non solum.h.t.l.1.& pen.ff.eod.* qua substitutione omnia pupilli bona etiam aduentitia, cum filio pupillo Testator hæredem

substituat, eiusque hæreditatem substituto relinquat, ad substitutum pertinebunt, qualia sunt, quæ ex hæreditatibus, legatis, donationibus, propinquorum amicorumve acquisiuerit.

Potest ne posthumo substitui pupillariter?

Secundum textum bene, sed quia multa, quæ ab antiquis sunt sancta, nostro tempore à Iuris norma sunt aliena, (quia nec exhæredatio posthumi hodie approbatur, cum exhæredationis causa in illum cadere non possit, *Nouell.* 115. 118.) ideo hodie exhæredatio in posthumo vel pupillo, à quo dolus abest, non est licita, *Auth. non licet & ibi Dd. C. de lib. præter.* quare sequitur, quod posthumo aliter substitui nequeat, nisi instituto hæredi, *d. Auth.*

Potest ne pater solum pupillo, licet sibi Testamentum non fecerit, taliter substituere?

Non, quippe hæc substitutio pupillaris est accessorium paterni Testamenti. Vbi autem principale non est, ibi nec accessorium, quia non entis nullæ sunt qualitates, *l.* 139. *ff. de R. I.* Nam sine patris Testamento nulla reperitur institutio: vbi autem nulla institutio, ibi nec substitutio, hoc est, ibi nullum est Testamentum, *l.* 1. §. 1. *ff. h. t. l. qui plures.* 9. *ff. eod.* Est itaq; sequela, vt Imp. ait, paterni Testamenti, *c. accessorium. de R. I. in 6.*

Licitum ne erat Testatori singulis substituere?

Non modo singulis liberis, verum & ei, qui eorum nouissimus decederet, §. *vel. h. t. l. vel singulis.* 37. *ff. eod.* Illud fit, si Testator omnibus substituat, & sic reciproca substitutione liberis prospiciat, *d. l.* 37. *l. si pater.* 27. *ff. eod.* Hoc nouissimo scilicet si successionem legitimam hæreditatum saluam inter fratres esse velit, *d.* §. *vel. h. t.* Wesenb. *h.* §.

Quæ demum est forma pupillaris substitutionis?

Superius dixi, quæ ea sit, hoc loco dicitur, facta vel nominatim, vt Titius mihi hæres esto: aut generaliter, vt quisquis mihi hæres erit: quo casu scripti cohæredes vocantur ex ea portione tanquam substituti ad hæreditatem, ex qua in institutione sunt vocati, §. *substituitur. h. t. l.* 8. 10. *ff. h. t.*

Quoad

Quoad durat eiusmodi substitutio?

In masculis ad 14. annum ætatis: in fœminis vsque ad 12. *tex.hic. in fin.l.7.l.ex facto.43.§.1.ff.eod.* in fœminis etiam finitur, & intelligitur tempus præscriptum, si Testator dixerit, si antequam nubat, decesserit, Wesenb. *hic.l.sancimus.24. C.de nupt.* ratio autem est, quod desinat, quia ex ea ætate scilicet puberes facti sibi ipsi iure scribere hæredes possunt, *l. 43. ff. h.t.*

Patiturne regula, quod singulis substituere licet, exceptionem?

Imo, quippe extraneo, id est, emancipato filio vel puberi instituto hæredi, filio, substituere prædicta forma non licet, *in fin.h.t.* nisi fiat per fideicommissum, verbis scilicet obliquis, vt Dd. loquuntur, non directis, Bart. *in l.verbis.7.l. Centurio.15. ff.eod.* De hac vero materia, J. *lib.2.tit.23.*

REGVLÆ IVRIS SEV AXIOMATA.

I.

Codicillis directe substituere nemini conceditur, §.2. J. *instit. de Codicil. l.7. C.eod.l.13.ff.eod.* benigne tamen substitutio in Codicil. directa pro commissaria sumitur, *l.76.ad SC. Treb. Vigl. in princ. nu.3.& seqq. de vulg.*

II.

Fideicommissaria quoque voluntas substitutio dicitur, *l.41.§.3. C.de instit.& subst.l.57.§.1.2.ad SC. Treb.*

III.

Legatariis, item mortis causa donatariis substitui potest, *l.50.ff.de leg.2.l.32.de leg.3.l.10.ff.de mort.caus.donat.*

IV.

Sicut institutio institutioni, ita substitutio substitutioni accrescit, Wesenb. §. *substituitur. h.t.*

V.

Testamentum non valet, sine institutione, *l.139. ff. de R.I.* Vbi Te-

stamentum ob defectum institutionis corruit, ibi & partem eius annihilari certum est, *l. 8. § fin. ff. de inoff. Testam.*

VI.

Pupillorum ætas insidiis est obnoxia *l. 1. ff. de minor.*

VII.

Testatori voluntas vbi extat, ibi præsumptioni & coniecturæ non est locus, *l. continuus. § ita. ff. de V. O.*

VIII.

Pater & filius sunt vna persona, & vox patris est vox filii, *§. ei vero. Instit. de inutil. stipul.*

IX.

Præteritis non recte substituitur, cum Testamentum annihilent, *§. 1. 5. de exhared. lib.* vbi Wesenb.

E Iure Canonico.

I.

Minores maioribus reuerentiam, maiores minoribus charitatem exhibere debent, *c. à subdiacono. dist. 93. & per tot. dist. 95. c. esto.*

APHORISMI POLITICI ex Aristotele.

I.

Magistratus mandentur viris virtute præditis, prudentibus, eius rei, quæ in eo Magistratu tractari debet, callentibus, veracibus & dignis, non ex census ratione, sed virtutis & scientiæ gradu: denique iis, qui nulli sunt ex ciuibus hostes & infensi, *lib. 7. pol. c. 7. & 9.*

II.

Diuitibus & Nobilibus sua quædam publica munera peculiariter reseruanda: His quidem ea, quæ sunt militaria: illis autem ea, in quibus maiores sumptus sunt faciendi, *lib. 3. pol. c. 9. lib. 4. c. 8. lib. 7. c. 9.*

TITVLVS XVII.

QVIBVS MODIS TESTAmenta infirmentur.

Quomodo Testamenta bene riteque facta irrita fiunt & infringuntur?

IRrita fiunt Testamenta tunc, cum Testamentis quidem non adscribitur culpa vel vitium, sed personis, à quibus dependentiam habent, vt cum Testatori capitis diminutio accedit, *l.6.§.5.6.ff.de iniust.rupt.§.4.h.t.* hæresque non adita hæreditate deficiat, *l.1.ff.eod.* vel paucis: agnatione, posteriore Testamento rumpitur prius, *in princ.h.t.*

Quomodo agnatione?

Si quis facto Testamento sibi filium adoptauerit, *in princ.h.t.* nam hic quasi suus hæres sic adnascitur, & quia Testamento priori non reperitur institutus, accidit, vt adoptiuus siue arrogatus rumpat factum Testamentum quasi suus hæres, *l.8.ff.de iniust.rupt.l.18.de iniust. Testam.l.23 ff.de lib.& posth.* multo magis autem hæc de naturali agnatione sunt intelligenda, *d.l.*

Quomodo posteriore Testamento?

Si illud posteriore loco factum iure peræque sit factum, §. *posteriore.h.t.l. iure. 18.ff. de legat.3.* nec refert, extiterit ne hæres siue non, modo existere potuerit, *d.§.l.16.ff. de iniust. rupt.l.1.ff.de bon. poss. secundum tab.*

Quid igitur si hæres noluerit adire hæreditatem, aut, antequam adierit, decesserit, conditioneque defectus?

Hoc casu causa intestati habet locum, quia pater sic intestatus moritur, *tex.hic.l 9 ff de lib.& posth.ȷ.de hæred.quæ ab intest.* quippe prius testamentū ruptum à posteriore nō valet (neq; iure Codicilli, nisi id expresse cauerit Testator, *l.41.§.2.ff.de vulg.subst.§.cum aūt.ȷ.de hæred.*

quæ ab

quæ ab intest l.14. C. de fideicom.) & posterius nullas habet vires, quia nemo hæres extat, *d.§. posteriore. in fin. h.t.*

Quid iuris in testamento secundo pariformiter perfecto, in quo tamen in quota aliqua vel re certa hæres est institutus?

Hoc casu si Testator instituto ex certa portione, vel quota cohæredem non dederit, intelligitur institutus in tota hæreditate ex asse, licet in certa re sit nominatus, *l.1.§.4.l.10.ff.de hæred. inst.l.13.* vbi Dd. *C.de hæred.instit.* quia ea quæ diuisionem non recipiunt, vt vniuersitas, diuersis deferri Testamentis non potest.

Quo iure conciliantur hæc duo Testamenta æque valitura & perfecta, cum vltima derogent prioribus?

Certum est, quod simpliciter duo Testamenta certæ hæreditatis non subsistunt, verum si Testatoris ex mente colligitur se voluisse prius peræque valere, tunc licet iure Testamenti prius non subsistat, vtputa ruptum à posteriore, tamen ex benigna interpretatione, vt potius valeant Testamenta, erit ad instar Codicillorum & subsistit iure fideicommissi, *l.quærebatur. ff. de Testam.l.8.ff.de iur.Codicil, l.fin.* C. *de Codic.*

Quomodo iure fideicommissi?

Hoc modo, vt hęres scriptus ex re certa, acquiescat, vel si res quartam non contineat, ad supplementum quartæ ex l. Falcidia, quæ ad fideicommissa, ex SC. Trebel. producitur, agat, *§.sed et si.h.t.t.t.C ad l Falcid.* & hæreditatem in Testamento priori denominatis restituat propter inserta fideicommissi verba, *d.§.sed et si.h.t.*

Quid vero, si verba fideicommissi non sint inserta, quod nempe prius Testamentum valeat?

Si non sunt inserta, certum est, quod prius per posterius sit ruptum, nil enim debetur ex rupto Testamento, *l.8.§.fin.ff.de inoff.Testam. l.14.C.de fideicommiss.*

Quo-

Quomodo vocantur isti amborum Testamentorum hæredes?

Postremo Testamento institutus dicitur Fiduciarius, priori vero Fideicommissarius, *l.29. ad SC. Trebell.*

Dic paucis, quæ sint iniusta, nulla, rupta, irrita Testamenta?

Non iure factum est, quod non rite & solenniter est factum. Nullum, in quo filius est præteritus. Ruptum, quod accidit mutatione & agnatione sui hæredis. Irritum, quod non fit acquisita hæreditate, capitis diminutione Testatoris, vid. Cuiac. *de iniust. rupt.*

Quia ab initio tituli dixisti, quod Testamenta irrita fiant propter cap. diminutionem Testatoris, semper obtinet hoc?

Non semper, si ab initio iure sint facta, quippe septem Testium signis signata Testamenta permittunt hæredi scripto I. Prætorio, secundum Tab. bon. poss. §. *non. h t. l.12. 17. ff. de iniust. rupt.* si & mortis tempore suæ potestatis fuerit, in integrumque sit institutus, *l.1. §. exigit. ff. de bon. poss. secundum tab. l.8. §.2. de iur. Codic.* vide Mynsing. Schneid. *hic.* Requiritur itaque, vt Testator vtroque tempore, quo fuit Testamentum & quo moritur, Testamenti factionem habeat, *d. l.1. §. exigit.*

Testamentum legitime factum potest ne sola voluntate, vel pœnitentia reuocari, vel infirmari?

Non, quia nec sola voluntate perficiuntur Testamenta, §. *ex eo. h. t. l.36. ff. de R. I.* nisi pœnitentia vel mutatio voluntatis sit certis indiciis, vel signis manifesta, vt si Testator sigilla inciderit, vel crucis signo, vel linea transuersa Testamentum maculauerit, *l.41. ff. de vulg. & pup. subst. l.1. §. pen. ff. de bon. poss. secundum tab.* Wesen. *hoc* §. *ex eo. h. t.*

Testamentum imperfectum inter filios valet ne?

Valet, si fuerit imperfectum ratione solennitatis, non respectu

dispositionis, § *ex imperfecto. Auth. de imperf. Testam.* item ad pias causas, *c. relatum. 11. de Testam.* nec non si hæres sit institutus, qui ab intestato sit successurus, *l. 2. de iniust. rupt. Testam.*

Fas ne est litis causa Principem instituere hæredem?

Non, sicut nec in Testam. non legitime facto, § *fin. h. t.* quia potentia hæc principalis multos à Iurium prosecutione abalienaret & repelleret, *l. pen. ff. de hæred. instit. t. t. C. ne lic. pot. cum tit. seq.* & licet alias ius suum prosequi cuilibet sit licitum, tamen difficile est commercium cum Potentioribus, *l. 3. t. t. de ali. iud. mut. caus. fact.*

REGVLÆ IVRIS ET AXIOMATA.

I.

Si nemo subiit hæreditatem, omnis Testamenti vis soluitur, *l. 181. ff. de R. I.*

II.

Princeps legibus est quidem solutus ciuilibus, tamen secundum leges vt viuat par est: digna namque vox est maiestate regnantis legibus alligatum se profiteri Principem, *l. digna vox. C. de LL. l. ex imperfecto. C. de Testam. l. fin. ff. qui Testam. fac. poss. l. 91. ff. de hæred. instit. tex. hic. in fin.* Princeps legibus solutus est: Augusta autem licet legibus soluta non est; Principes tamen eadem illi priuilegia tribuunt, quæ ipsi habent.

III.

Hominis voluntas ambulatoria est vsque ad extremum vitæ spiritum, *l. 14. ff. de adimpl. leg.*

IV.

Periculosa est diuisio cum leone, quia Potentioribus qui se associat, de suo iure cedat oportet, *l. 3. t. t. de ali. iud. mut. caus. fact.*

V.

Quod nullum est, nullos parit effectus, § *1. 5. de Testam.*

VI.

Nihil tam naturale est, quam eo genere quidque dissoluere, quo colligatum est, *l. 36. ff. de R. I.*

VII.

Priuatio præsupponit habitum, *l. 116. ff. de V. O. l. 5. ff. h. t.*

VIII.

Institutus non potest transmittere hæreditatem, si ipse non adierit, *l. 9. ff. de su. & leg.*

IX.

Posterius derogat priori, *l. pacta nouissima. C. de pactis.*

X.

Non habetur pro facto, in quo superest aliquid peragendum, *l. cum Syllanianum. C. de his quibus vt indignis. vbi Dd.*

E Iure Canonico.

Nec Romanus Pontifex potest recedere à legibus, nisi ex causa: nec enim debet sine causa dispensare, *c. multa. de Preb. & dig.*

APHORISMI POLITICI,
ex Aristotele.

I.

Perpetui Magistratus non solent esse tam sinceri, quam si ad tempus duntaxat eligantur: & vices parendi & imperandi inter ciues esse, longe tolerabilius est, *lib. 6. pol. 2. lib. 7. c. 14.*

II.

Ex opificibus neminem ad Magistratum eligendum putat Arist. *lib. 6. pol. c. 7.*

III.

Iudices qui litibus & controuersiis ciuium definiendis præsunt, ædes notas cuiuis habeant, & foro iudiciario vicinas.

TITVLVS XVIII.

DE INOFFICIOSO TEstamento.

Quid est inofficiosum Testamentum?

QVod accusatur inofficiosum, hoc est, quod non ex officio pietatis confectum est, quia queruntur liberi, aut inique se exhæredatos, vel inique præteritos, *in princ. h.t. l.8.§.pen. ff. de inoffic. Testam. l.3.15.C.eod. l.fin. de exhared. lib.*

Nonne defunctus hac ratione iniuria per liberos afficitur?

Non expresse, licet ipsi iniuria cum detrimento sint affecti potius: & vt minus appareat iniuria, fit hoc colore hæc querela, quasi non sanæ mentis fuerit Testator, *in princ. h.t.* cum accusatio iniuriarum morte extinguitur, *l.fin.C.de reuoc.don.*

Est ne duntaxat hoc remedium liberis permissum?

Non, verum & liberorum parentibus, *l.1.14.30.ff.eod.* quia & hoc loco militat ratio, quod non ex officio pietatis sit Testamentum ordinatum, quo parentes non extantibus liberis sint prædití, Aristot. *lib.8.Eth.8. l.nam etsi.ff.eod.*

Quare dixti non extantibus liberis?

Quia quam diu hi reperiuntur, querela cessat, *l.6.§.pen.l.8.§.si quis.ff.eod.* filiis enim magis quam parentibus hæreditas iure naturæ debetur & defertur, tum ex voto parentum, tum quia amor descendit, nō ascendit, *l.pater.l.14.15.ff.eod.l.scripto.l.cum ratio.ff.de bon.dam.*

Quibus præterea competit hæc querela?

Fratribus & sororibus, non tamen semper, sed duntaxat eo casu, si turpes & inhonestæ conditionis personæ præ illis sint scriptæ in Testamento, §.*non tantum.h.t.l.21.27.C.eod.* Vltra hos tamen cognati nullo modo aut agere, aut agentes vincere possunt, *l.1.ff.h.t.* quippe nec quarta legitima illis ab intestato debetur, Wesenb.*hic.*

Quid

Quid de posthumo sentis?

Is olim de inofficioso Testamento procedere potuit, §.*tam autem. h.t.* hodie tamen non licet posthumos exhæredare, *l.33.C.de inoffic. Testam.* & ideo hac querela non opus habent, qui si exhæredantur ipso iure Testamentum fit nullum, §.*aliud Auth.vt cum de appel.*

Quid de adoptatis sentis?

Et hi si ab ascendentibus sint adoptati, habent querelam, quia & sui sunt hæredes, *l.pen. C. de adopt.*

Quis debet probare officium sibi debitum in Testamento esse prætermissum?

Olim qui hac querela voluit experiri probare debuit suam intentionem, *l.liber.28.C.eod.* hodie tamen secus est, quia hæredi incumbit probatio, *l.si quis. C.eod. Auth. non licet. C. de lib.prater.* §.*siue igitur. Auth.vt cum de appel.*

Quando competit hæc querela inofficiosi Testamenti?

Tum, si Testator nihil plane Testamento reliquerit, & heres nullo alio iure ciuili & remedio ad hæreditatem venire queat, §.*tam autem.h.t.* nam qui alio remedio hæreditatem, vel totam, vel eius partem habere potest, de inofficioso Testamento agere non valet: sic emancipatus præteritus hac querela nō procedit, cum aliud habeat remedium, bonorum scilicet possessionem contra Tab.*l.23.ff.eod.*

Quæ pars debet relinqui, vt hæc querela locum non habeat?

Quantacunque hæreditatis portio, institutionis tamen titulo, §.*pen.* J.*de Codicill.l.non Codicillum.C.de Testam.*alias non valet, quo casu, si quid deest vsque ad legitimam condictionem ex *l.omnimodo.C.eod.* repleatur, *d.*§.*tam autem. Nou.*115.§.*hac autem.* & hæc vulgo actio ad supplementum legitimæ nuncupatur, & durat 30. annos: inofficiosi Testamenti querela solum quinquennio, *l.16.ff.eod.l.36.§.illud. C. eod.* Wesenb.*hic.*

Quæ est legitima liberorum?

Olim exemplo Falcidiæ indistincte erat quarta pars hæreditatis,

quæ ab intestato obueniebat: hodie vero legitima liberorum est triens, si quatuor sint filii vel pauciores: si vero sint plures, tunc erit semis, *Nouell.18. de Trient. & semiss. §. hac nos autem. Auth. nouissima. C. eod. tit.*

Potest ne quis impugnare Testamentum, & ex eodem etiam capere?

Potest, si alieno nomine egerit, licet alias qui oppugnat Testamentum suo nomine omittat, quod sibi relictum est, si superatus fuerit, *l.8. §.14. ff. eod.* vt si Tutor loco pupilli ex Testamento patris sui legatū acciperet, nihilominus poterit nomine suo de inofficioso patris Testamento agere, si Tutori à patre suo nihil fuerit relictum, & è contrario. *§. si Tutor. h.t.* Nemini enim suum officium debet esse damnosum, *arg. h. §. l.7. quemadmodum Testam. aperiant.*

Si supplementum requirat quarta, quando fit & quomodo?

Tunc, si æs alienum fuerit ex hæreditate deductum, & funeris impensæ, item libertates, *l.8. §. quoniam. §. quarta. ff. de inoff. Testam.* id enim nostrum est, quod deducto æri alieno superest.

Fratribus debet ne quarta institutionis titulo relinqui?

Non est opus, quippe his quouis modo & titulo potest relinqui, quia in his quarta non est mutata, & per conseq. nec ius illius, *l.30. 36. C. eod.*

Est ne hodie quis vsus huius querelæ?

Est, si nempe in Testamento exhæredationis causæ fuerint adiectæ, de quibus tamen dubium est, & si fratribus turpes personæ sint prælatæ, *Auth. ex causa. C. de lib. præter.* vbi Bald. *nu.2.* Ias. *nu.10. & 22.*

Quæ solent hodie imputari in quartam vel trientem, siue semissem?

Ea, quæ iure hæreditario iure legati, iure fideicommissi, vel mortis causa donatione, ea lege, vt in quartam vel trientem imputentur, data sunt, *§. vlt. l. si quando. 35. C. de inoff. Testam. l. cum quoque. §. fin. ad l. Falcid. l. quoniam. 29. C. eod.* Wesenb: *hic.*

REGVLÆ IVRIS ET AXIOMATA.

I.

Nemini officium suum debet esse damnosum, §.*si Tutor.h.t.l.si quis.7.ff.quo mod. Testam. aperiant.*

II.

Querela inofficiosi Testamenti tantum habet locum, quando Testamentum valet, non etiam quando nullum est, §.2.*h.t.*

III.

Viuentis nulla est hæreditas, *l.qui superstitis.ff.de acquir. hered.*

IV.

Causa Testamentorum est fauorabilis, *l.si pars.10.ff.de inoff.Testam.*

V.

Qui Testamenti faciendi ius non habet, ne Codicillorum habet, *l.8.§.1.ff.de iur.Codicill.*

E Iure Canonico.

Restituitur Ecclesia aduersus quamlibet læsionem, etiam aduersus aliam Ecclesiam, *c.auditis.de restit.in integ.*

APHORISMI POLITICI ex Aristotele.

I.

Magistratus necessarii sunt, quibus nunquam Resp.carere potest, vt ædilis, qui opificum controuersias dirimit: itinerum & aggerum &c. omniumq; Præfectus: Quæstor qui vectigalia publica exigit, Præfectus ærarii, Scriba publicus: Præfectus vrbi, Censor denique, qui omnium priuatorum ciuium & Magistratuum mores inspiciat, rerum publice vel priuatim gestarum rationes exigat & audiat, *lib.6. pol.cap.8.*

II.

Munera Magistratusque bellici hi sunt; Præfectus equitum, Præfectus peditum, Præfectus leuis armaturæ, Præfectus classi, Imperator ipse totius exercitus, *lib.6.pol.c.7.*

TITVLVS XIX.

DE HÆREDVM QVALItate & differentia.

Quæ est hæredum qualitas & differentia?

EA, quod quidam sint necessarii: quidam sui & necessarii, quidam extranei, de his §.1.2.3.*h.t.*

Qui dicuntur necessarij hæredes?

Necessarii hæredes dicuntur serui, qui Testamento sunt à dominis hæredes scripti, qui demum ob præmium libertatis, siue velit, siue nolit, adire coguntur, §.1.*h.t.l* 1. *C.de neceß. hæred.l.*1. *C.qui manu. non poß.*

Quare instituuntur serui tanquam necessarij hæredes?

Ne bona dominorum qui facultates suas suspectas habent, cum infamia venundentur sub hasta à creditoribus, sed potius hæredis necessarii, qui aditione statim dominus fit, & creditoribus obligatur, vtputa qui in ius defuncti successit, *l.*10.§.2.*ff.de vulg.l.fin.* C. *de iur.delib.* quare sic defunctus extra infamiam est, & potius in eum cadit, cuius bona à creditoribus distrahuntur, §.1.*h.t.*

Quid si seruus libertate sic consecuta quædam post Testatoris mortem acquisiuerit?

Ea sibi acquirit, §.*fin.h.t.* quamuis bona defuncti non sufficiant creditoribus: quod tamen secus est in debitoribus, qui bonis cesserũt, quia qui ad pinguiorem fortunam reuersi nihilominus obligantur creditoribus, §. *fin.* J. *de act.* & rationem adfert Wesenb. quod serui necessarii depottationem bonorum post obitum Testatoris petere valeant, quod secus est in iis qui bonis cesserunt, *t.t.ff.de separat.bon.*

Qui dicuntur sui & necessarij hæredes?

Qui in Testatoris potestate proximi sunt ad successionem gradu:

nam

nam plures possunt esse in potestate, quia tamen non sunt proximiores, ideo non dicuntur sui, *l.7.ff. si tab. null. extab.* Vnde fit, quia suum proprie etiam proprium quid significat, quod sui hæredes ita dicantur, quia propriam quodammodo hæreditatem accipiant, quippe pater & filius pro vna censentur persona, *l.11.ff. de lib. & posth. l.7.ff. de bon. dam. l fin. C. de impub. subst. §. sui autem. h.t.*

Quare dicuntur necessarij?

Quia per omnia siue velint, siue nolint, tam ab intestato, quam ex Testamento hæredes fiunt necessarii, exemplo seruorum, §. *sui autem. h.t.*

Quæ est differentia inter necessarium & suum necessarium?

Ea, quod in his Prætor ex sua Iurisdictione concedat beneficium abstinendi, *l.57.ff. de acquir. hæred.* non vero seruis necessariis, quo casu Parentum potius bona distrahuntur, quam filiorum, qui sui & necessarii præsto sunt hæredes, §. *sui autem. h.t.*

Qui dicuntur extranei hæredes.

Qui non sunt in potestate Testatoris, sed extra familiam defuncti, §. *cæteri, h.t.* tales emancipati etiam liberi, *l.7.ff. de cap. dimin. l.6.ff. de bon. poss.*

Sunt ne hæc adhuc in vsu?

Non per omnia. Nam emancipati etiam iure nouissimo sui hæredes non sunt, qui adhuc opus habent aditione: nec hæreditatem non aditam ipso iure transmittunt, vt sui. Dd. *in l. Gallus. ff. de lib. & posth. l. C. qui admit. ad bon.* sed emancipati de iure nouissimo, tam ciuili quam Prætorio succedunt, & bonorum possessionem petere possunt, *l.4. ff. qui admit: Auth. de hæred. ab intest. Nouel.* 114.

Quo loco sunt hi qui à matre hæredes instituuntur?

Extraneorum, *l.4.§.2. ff. de bon. poss. contr. Tab. l.195.196. de V.S.* quia adire compelluntur hæreditatem matris: nec enim mater in potestate liberos habet, §. *cæteri. h.t.* §. *fœmina. s. de adopt.*

Quid de seruo instituto & Testamento facto manumisso?

Et hic extraneorum est loco, *d.§.ceteri.h.t.* quia libertatem ex manumissione, & non ex Testamento consequitur, & sic non est necessarius hæres, cum tempore mortis Testatoris extra familiam sit tanquam emancipatus, *l.6.§.3.ff.de hæred.instit.*

Quæ porro in extraneis requiruntur, vt adire hæreditatem valeant?

Tria tempora, §.*in extraneis.h.t.* primum, vt capax sit testamenti facti tempore, *l.31.ff.de hæred.inst.t.t. de Reg.Cat.* 2. tempore mortis Testatoris. Nam retrotrahitur aditio ad tempus hoc, *l.154.l.181.ff.de R.I. l.34.§.fin.ff.de stip.seru.* 3. tempore aditionis, siue pure, siue sub conditione hæres institutus sit. Medio tamen tempore mutatio iuris non obstat, *l.6.§.3.ff.de hæred.instit.*

Qui nam habent Testamenti factionem?

Tam hi, qui Testamentum facere possunt, §.*Testamenti.h.t.* quam qui ex alieno Testamento, vel ipsi capere, vel aliis acquirere possunt, *d.*§.Illi secundum Dd. habent actiuam & propriam, hi passiuam Testamenti factionẽ, vt furiosus, mutus, posthumus, impubes, infans, filiusf. seruus alienus, *l.16.ff.qui Testam.fac.poss.§.Testamenti.in fin.*

Extranei habent ne ius deliberandi?

Habent, quo deliberare valeant, de adeunda vel repudianda hæreditate, & si ab Imp. conceditur, durat ad annum, ab alio vero Magistratu ad nouem menses, *l.22.§.13.C.de iur.delib.*

Sui habent ne hoc ius deliberandi?

De iure ciuili non, quippe necessarii sunt hæredes ipso iure: de iure Prætorio bene, vt qui eo iure beneficium abstinendi & per conseq. deliberandi habent, *l.7.cum seqq. C.de iur.delib.*

Quid si quis se immiscuit, vel ex deliberatione adiuit hæreditatem?

Tunc quod semel placuit, amplius displicere non potest, §.*extraneis. h.t.* nec relinquendæ hæreditatis facultatem amplius habet etiamsi

iamsi damnosa reperiatur, sicuti nec pro parte adire, (vt nec legatarii) vel pro parte repudiare potest, *l.58.de leg.1.l.1.ff. de acquir. hæred.* quia immiscendo vel adeundo quasi contrahitur, *§ hæres.J.de oblig. qua quasi ex contr.*

Idemne & hodie obtinet?

Non, sed medela Repertorii vel inuentarii prospexit Imperator, *l.fin.C.de iur.delib.* qua omnia defuncti bona per Magistratum ordinarium consignantur.

Quis est effectus Inuentarij?

Is, vt si secundum tenorem *l.fin.C.de iur.delib.* hæres confecerit repertorium omnium bonorum, non obligatur vltra vires inuentarii vel hæreditatis, atque insuper in concursu creditorum, ipse suum quoq; ius vt reliqui creditores saluum habet, *d.l.fin.* Welenb. *hic.* & legis Falcidiæ beneficio vti poterit aduersus legatarios, *d.l.22.§.4.*

Quo tempore est conficiendum Inuentarium?

Intra 30. dies ab adita hæreditate citatis creditoribus Testibus & Notario debet inchoari, & intra tres menses inter præsentes, hoc est, si bona non sunt variis in locis sita: vel inter absentes, h. e. si bona sint dispersa in aliis locis, intra anni spacium absolui, Bald. Iaf. Dd. *in l.fin.C.de iur.delib.*

Quid si neglexerit Inuentarij confectionem?

Si *d l.22.* remedium neglexerit, & tempus ad id præscriptum effluxerit, consequens est, vt in solidum creditoribus teneatur, qui tam salutarem Imperialem constitutionem contemnendam esse censuit, *d.l.22.C.de iur.delib.*

Quæ est via adeundæ hæreditatis?

Vt vel facto, vel verbis se hæredem ostendat, *§.fin.* Facto, si rebus hæreditariis adinstar hæredis vtatur, vendendo res hæreditarias, locando colendoque prædia, *d.§.fin.l.20.ff.de acquir.hæred.* Verbis, vt si declarauerit loco competenti voluntatẽ adeundæ hæreditatis, licet nil attingat ex hæreditate vt si res sibi oppignoratas vt hæreditarias iam possideat, *l.88.ff.de acquir.hæred.* hoc vero desideratur, vt

hæres sciat, eum, in cuius bonis se pro hærede gerit, testatum intestatumve obiisse, & se ei hæredem esse, § *fin.h.t.l.22.ff.de acquir.hæred.*

Surdus & mutus potest ne se pro hærede gerere?

Nihil prohibet, quia Testamenti factionem habet passiuam, & ita se pro hærede gerere & acquirere sibi hæreditatem potest modo intelligat, quod agat, quia aditio præsupponit intelligentiam, *l.9.ff. de acquir.hæred.*

Quid proprie in se habent termini, adire, immiscere, &c.?

Suus hæres dicitur immiscere, *l.38.ff.de acquir.hæred.l.7.ff.de iur. delib.* agnoscere, *l.10.C.de pet.hæred.* abstinere hæreditate, *l.38.ff. de adquir.hæred.* & recusare hæreditatem, *l.fin.C.de repud.vel abstin. hæred.* Extraneus vero dicitur adire & repudiare, *l.1.§.permittitur. ff. si quis omiss. caus.Test.*

REGVLÆ IVRIS ET AXIOMATA.

I.

Si nemo adit hæreditatem, omnis vis Testamenti soluitur, *l.181. ff.de* R.I.

II.

Omnis hæreditas quamuis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur, *l.138.ff.de* R.I.

III.

Quoties duplici iure defertur alicui hæreditas, repudiato nouo iure, quod ante defertur supererit vetus, *l.91.ff. de* R.I. Ius nouum hic significat Testamentariam causam: ius vetus successionem ab intestato.

IV.

Non vult hæres esse qui ad alium transferre voluit, *l.6.ff.de* R.I.

V.

Omnia fere iura hæredum perinde habentur ac si continuo sub tempore mortis hæredis extitissent, *l.193.ff.de* R.I.

VI.

Contrariorum eadem est doctrina, *l.nihil.ff.de* R.I.

VII. Pa-

VII.

Paria sunt verbis vel facto voluntatem declarare, *l.5.ff.rem rat.hab.*

VIII.

A contractu perfecto inuita altera parte abiri non potest, *l.5. C. de O. & A.*

IX.

Pater & filius pro vna persona reputantur & finguntur, *l.fin.C. de impub. substit:*

V.

Filius patre viuo dominus censetur, §.*sui,h.t.*

E Iure Canonico.

I.

Impedimenta omnia possunt reduci ad impedimentum naturæ, legis ac morum, Lancel.*tit.qui elig.poss.*

II.

Minor triginta annis non potest eligi in Episcopum. Nam ea ætate Dominum & baptizatum & concionatum fuisse legimus, *c.presbyter.dist.*78.

APHORISMI POLITICI ex Aristotele.

I.

Per militares viros Resp. incolumis seruatur; Etsi vero eatenus illa munera sunt necessaria, quatenus bellum ingruit, non autem perpetua: tamen artem militarem semper in Rep. exerceri vtile, imo necessarium omnino est, *lib.7.pol.c.9.*

II.

Nimium tamen ciues armis aut militaribus artibus addictos esse aut instrui ex publicis moribus ciuitatis minime conducit: duritiem enim inde contrahunt, vt absque bello viuere non possint, *lib.7.pol.c.14.*

TITVLVS XX.
DE LEGATIS.

Quid est Legatum?

Legatum est donatio quædam à defuncto relicta ab hærede præstanda, *in princ h t.l.36 ff de leg.2.* Vel, vt Florentinus definit legatum, *l.116.ff.de leg.1.* delibatio est hæreditatis, qua Testator ex eo quod vniuersum hæredis foret, alicui quid collatum velit.

Quare dicitur in 1. definitione donatio?

Quia plane lucratiuo titulo fit, §.*si res aliena h.t.l.36.ff.de leg.2.* deinde vt differentiam faciat inter hæreditatem & fideicommissum. Nam hæreditas est sub titulo oneroso vniuersali, *l.119 ff.de V.S.* & fideicommissum non fit directis verbis vt legatum, Wesenb. *hic.*

Quot reperiuntur genera legatorum?

Quatuor, quæ tamen in desuetudinem abiuere, vtputa per vindicationem vt do, lego, capito, sumito, habeto; per damnationem, vt hæres meus damnas esto, dato, facito, hæredem meum dare iubeo: sinendi modo, vt hæres meus damnas esto sinere, Lucium Titium sumere illam rem sibique habere. Per præceptionem, vt Lucius Titius illam rem percipito. Sed quia, vt dixi, horum verborum vsus nullus est hodie, ideo & hæc genera Iustinianus sustulit, solennitasque hæc omnis penitus sublata est, *tex.hic.l.1.2.C.com. de leg.*

Qua lege sublata sunt hæc legatorum genera?

L. 6.C.comm.de leg. ita vt omnibus legatis vna sit natura, & quibuscunque verbis aliquid relictum sit, liceat legatariis id persequi, §.*nostra.h.t.l.2. C.com. de leg.*

Quibus actionibus licet legata persequi?

Non solum actione in rem, siue rei vendicatione, sed etiam personali ex Testamento actione, nec non hypothecaria.

Quare in rem actione?

Quia legatarius est dominus & ideo contra quemcunque posses-

ceſſorem datur, §.2.J.*de act.l.1.C.de ali.iud.mut.cauſ.* tutiusque eſt hac actione experiri, quia plus cautionis eſt in rem quam in perſonam, *l.28.ff.de R.I.* §.*noſtra.h.t.*

Quare perſonali actione?

Quia hæres adeundo quaſi contrahit cum legatariis & ideo tanquam ex obligatione conueniri poteſt hac perſonali actione, §.*hæres. J. de obl. quæ ex quaſi contr.*

Quare hypothecaria actione?

Vel ideo, quia omnia defuncti bona legatariis ſunt obligata pro legatis, quod hinc apparet, quod legatarius ad quaslibet res defuncti agere queat, donec legatum prętetur & legatariis ſatisfiat, Dd.*in l.2. C.com. de leg.*

Quia tribus actionibus licet experiri, dic quo ordine?

Eo, vt vnaquæque; realis tamen perſonaliſque, quia ſunt contrariæ, ſimul concurrere non poſſunt, *l.1.C.de furt.* ſed vna electa altera ſilet, *l.76.cum filius.*§.*variis.ff.de leg.2.* Hypothecaria tamen cum alia concurrit, cum duntaxat cautionis loco ſit inuenta, donec ſolutio fiat, *l.9.ff.de pign. act.*

Quomodo differunt legata & fideicommiſſa?

Olim magna erat differentia, §.*ſed non.h.t.* hodie omnia legata fideicommiſſis ſunt exæquata, vt nulla ſit plane differentia effectu, quoad formam bene. Nam legatum immediate, fideicommiſſum vero mediate relinquitur, *d.*§.*ſed non.d.l.2.C.com.de leg.*

Quæ res poſſunt legari?

Tam Teſtatoris quam hæredis, & quod magis eſt, res aliena, §.*non ſolum.h.t.l.36.ff.de vſufr.leg l.67.*§.*6.ff.de leg.2.*

Quo iure res aliena legari poteſt, cum nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quam ipſe habet, l.54.ff.de R.I.?

Fauore principaliter ſupremæ Teſtantium voluntatis, *in princ.C.de S.S.Eccleſ.* ſi ſciuit nempe Teſtator rem eſſe alienam, §.*non ſolum. h.t.l.39.ff.de leg.1.l.12.ff.de legat.2.l.10.C.eod.*

Quid

Quid operatur tale legatum si dominus rei eam dare recuset?

Si redemptioni locus datur à domino, salua est res, sin vero non, ex tunc cogitur hæres æstimationem eius iustam numerare, *d. §. non solum. h. t. l. si pecuniam. 121. ff. de leg. 2. l. 30. ff. de leg. 3.*

Quid si Testator legauerit rem quæ est extra commercium?

Tale legatum est inutile, nec æstimatio eius debetur, veluti si campum Martium, basilicas, templa, vel si ea, quæ vsui publico destinata sunt, legauerit, § *non solum. h. t.* quia earum rerum nulla est æstimatio, quarum non est commercium, hoc est, quæ in emptionem & venditionem non veniunt, *l. liber homo. ff. ad l. Aquil.*

Quid iuris in re legata creditori obligata?

Idem iuris, quod in re aliena legata, hoc est, si sciuerit Testator non obligatam esse: nam luere hoc casu hæredes tenentur, §. *sed & si. h. t. l. 6. C. de fideicom.* nisi alia fuerit Testatoris voluntas, *l. 33. de legat. 1. l. non aliter ff. de leg. 3.*

Quid significat rem luere?

Est rem obligatam, precio soluto, pro quo fuit oppignorata, liberare, & sic legatario ex mente Testatoris tradere, *l. 15. ff. de dot. prælegat. l. 57. ff de leg. 1.*

Quid dicendum si Testator rem leget alienam, cuius legatarius Testatore adhuc superstite Dominus factus est?

Hoc casu distinguendum est: aut enim legatarius rem alienam à Testatore relictam habet oneroso, aut lucratiuo titulo: priori casu, vtputa ex emptione si rem habuerit, nil impedimento est, quin ex Testamento personali actione, quoad precium agere valeat, *l. 84. ff. de leg. 1.* secundo casu, si ex causa lucratiua iam rem habeat, vtputa ex donatione, legato, fideicōmisso, vel vsucapione, cessat omnis actio, quippe traditum est inquit Imp. duas lucratiuas causas in eundem hominem & eandem rem concurrere non posse, *§. si res. h. t. l. 17. 19. ff. de O. & A. l. 83. ff. de V. O.*

Idem ne erit in re duobus Testamentis vni relicta?

Hoc casu interest, vtrum rem æstimationemve ex Testamento sit consecutus: si rem, siquidem lucratiuo titulo amplius agere non valet, *l.fin.ff. vnde vi.§.2.fin.*ℐ*. de action.* Sin vero æstimationem nil obstat, quin ad rem adhuc agere possit, quia res non continetur in æstimatione, licet res precium comprehendat: & quod magis est, affectio aliquando tanta est in re, quanta precio exolui vix possit, *l.35. ff.de minor.*

Valet ne legatum in natura rerum non existentium?

Valet tanquam conditionale legatum, modo res legata futura certo sit, §.*ea quoque.h.t.* Nam si spes nulla supersit existentiæ inutile legatum est, tanquam eius rei cuius nullum est commercium, §.1.ℐ. *de inut.stipul.l.39.ff.de leg.1.l.24.ff.eod.l.17.ff.de leg.3.* Spes autem est futura veluti in fructibus futuris, vel quod ex ancilla nascetur, §.*ea quoque.h.t.*

Quid iuris si eadem res sit duobus legata?

Siue duobus, siue pluribus vnius rei coniunctim legatum fiat, scinditur vel diuiditur legatum in partes viriles, §.*si eadem.h.t.* nisi alter viuo Testatore decesserit, vel alias defecerit, tunc namque totum ad collegatarium pertinet iure accrescendi: coniunctim autem legatur ita, Titio & Seio hominem Stichum do, lego: disiunctim vero ita, Titium hominem Stichum do, lego. Seio hominem Stichum do, lego, §.*eadem.h.t.*

Quid iuris si viuo Testatore legatarius decedat?

Secundum hunc §.*si eadem.* legatum extinguitur, si legatarius ante Testatorem decesserit, quippe eius dies nec dum cessit, & consequenter plus iuris ad hæredem quam ipse habuit, transferre non potest, *l.qui duos.ff.de manu. Testam.*

Quotuplex est coniunctio in iure?

Triplex, aut enim re per se coniunctio contingit, vt Caius hæres esto, Titius esto hæres: aut re & verbis, quando duo eadem ratione

ad rem eandem vocantur, vt Titio & Sempronio fundum do, lego: aut verbis, quando duo vna oratione ad res diuersas vocantur, vt Titio & Mæuio fundum Tusculanum æquis partibus do, lego, *l.142. ff. de V.S.*

Quid si Testator legauerit fundum, legatarius vero iam eius proprietatem emerit?

Tunc nihilominus æstimationem, siue precium fundi consequitur legatarius ab hærede, deducto tamen vsufr. quem iam lucratiuo titulo habet, §. *si cui. h.t.* licet alias fructus pendentes fundo cohæreant simulque debeantur, quia fructus sunt pars fundi, *l.44. ff. de rei vendic.* Vsusfructus tanquam seruitus tamen non est pars fundi, *l.25. ff. de V.S.*

Verbum vsusfructus de quo est intelligendum?

De vsufructu formali, hoc est, de iure seruitutis & non de vsufructu causali, Wesenb. § *si cui. h.t.*

Quid si Testator rem legatario legauerit, quæ antea sua est?

Inutile est legatum *in prin. h.t.* quia quod meum est, amplius meum fieri non potest, quippe & suæ rei emptio non consistit, neque donatio quæ venditioni æquiparatur, §. *perficiuntur.* ī. *de donat.* hinc consequenter, nec legatum vel aliud est quam donatio, *l.16. ff. de contrah. empt.* Et hoc adeo verum est, vt quamuis eam alienauerit, tamen nec res, nec eius æstimatio debetur, §. *sed si. h.t.* quod enim legatum ab initio non valet, nec tractu temporis conualescit, *l.1. ff. de Reg. Cat.*

Quid dicendum si Testator suam quasi alienam rem legauerit, valet ne?

Valet legatum, tum quia veritas magis est consideranda quam opinio, §. *si quis. h.t.* tum quia is qui alienam legat, opinione præsumitur magis suam legasse si sciuisset, *l.2. l.69. §.6. ff. de leg.2.* & quod magis est, & si rem propriam existimauerit Testator esse legatarii perinde valet, cum exitum voluntas defuncti habere possit, §. *si quis. h.t.* & errori vt plurimum Testatoris suprema voluntas præponderat.

Quid si rem suam alicui iam legatam postea alienauerit Testator?

Siquidem non adimendi animo, sed necessitate ita exigente nihilominus hæres tenetur præstare legatum. §. *si rem. h. t. l. rem legatam.* 18. *ff. de adimpl. leg.* quod secus est, si sponte rem legatam alienauerit, quia eo casu adimendi animo censetur alienasse, *d. l.* 18. *l.* 11. *ff. de leg.* 3. *l.* 24. *ff. de adimpl. leg.*

Quid si rem legatam oppignorauerit Testator?

Hoc casu, quia res oppignorata manet in dominio Testatoris, sequitur & legatum pignori datum non esse ademptum, §. *si rem. h. t. l.* 3. *C. de leg.* & per consequens legatarium cum hærede posse agere, vt redimat rem oppignoratam.

Quid dicendum si Testator portionem de legato alienauerit?

Supra dicta distinctio & hic militat, aut necessitate coactus, aut sponte, hoc est, adimendi animo alienauerit: pars tamen non alienata omnino debetur, *l.* 8. *ff. de leg.* 1. & sic quod in toto valet, militat & in parte, *l. quæ de tota.* 76. *ff. de rei vend.*

Possunt ne etiam iura, res incorporales legari?

Possunt, §. *iam autem. inf. eod.* vt si liberationem quis debitori suo legauerit, *t. t. ff. de lib. leg.* & tunc si hæres recusauerit instrumentum, vel obligatorias literas reddere, potest à debitore conueniri, vt eum liberet & literas reddat, Wesenb. *hic. l. instrumenta.* 24. *nu.* 9. *C. de fideicom.* nisi ad tempus sit solutum, & tunc elapso tempore denuo debitum peti potest, §. *si quis. h. t. l.* 8. §. 1. *ff. de lib. leg.*

Potest ne debitor creditori suo legare debitum?

Potest, si vero in debito legato non plusquam debetur, legetur, inutile est plane tale legatum, §. *ex contrario. h. t.* plus autem est, in legato, vt si id quod sub conditione debetur, vel in diem pure legetur propter præsentem solutionem debiti quod differri potuisset, *l. sin autem l.* 28. *ff. de lib. leg. l.* 66. *ff. de leg.* 2. Nam qui tardius soluit, minus soluit, *l.* 12. *ff. de V. S.* & qui citius soluit, plus soluere dicitur, *d. l.* 12. Atque sic plus potest esse in legato, vel re, vel tempore, vel causa, vel vtilitate loci.

Quid si dies viuo Testatore venerit, vel conditio extiterit?

Legatum nihilominus valet, quia semel constitit, §. *ex contrario. h.t.l.5.ff.ad l.* Falcid.

Valet ne legatum dotis à marito vxori?

Omnino, quia plenius est legatum, quam de dote actio, nec duntaxat resp. facultatis agendi, sed etiam exactionis realis: quippe de dote actio non extenditur in solidum, sed in quantum maritus vel hæres facere potest, *l.18.ff.solut.matrim.l.20.ff de re iud.* actio vero ex Testamento datur in solidum, *l.2.ff.de dot.praleg.*

Quid vero si dotem non acceperit maritus & tamen eandem prælegauerit?

Plane inutile est tale legatum, vt D. Seuerus & Antoninus rescripserunt, vt plurimum vero, si simpliciter legauerit, quia est legatum generis & vniuersitatis. Posset enim hoc legato vel numis dos esse dicive, §. *sed si.h.t.* secus est, si certa pecunia sit denominata vel certum corpus in prælegando; nam tale legatum valet, quia ex tunc voluntas Testatoris exitum habere potest, *d.§.sed si.h.t. §.si quis.h.t.* Ideoque hæres tenetur summam denominatam pro dote præstare, *l.3,C.de fals.caus.adiect.leg.l.1.§.7.ff de dot.praleg.*

Quid si res legata perierit & esse desierit?

Si sine facto hæredis perierit non tenetur hæres rem, vel æstimationem præstare, §. *si res.h.t.* (si tamen non in specie, sed genere res sit legata, vtputa pecunia, omnino tenetur & conueniri potest) non enim perit legatum hæredi, sed legatario interitu speciei certæ. Altero casu contrario si facto hæredis res extinguitur, omnino tenetur hæres, quia facto illius periit, siue sciuerit, siue ignorauerit à se legatum esse, §. *si res. h.t.l.47.§.4.5. & vlt. ff. de leg.1.l.35.ff. de leg.1.l.91. de V.O.*

Quæ obseruatur distinctio in rebus principalibus, vel principali sola cum accessoriis legatis?

Hæc, vt si principales duæ sint legatæ, quales sunt ancillæ cum

suis natis, extunc quãuis ancillę fuerint mortuæ, nihilominus tamen partus legato cedunt, homo enim homini nunquam est accessorius, nec est in fructu, § *si quis ancillas.* quia sunt separata, *l.62. cum seq. ff. de leg.1. l.3. ff. de pec. leg.*

Quid si sola ancilla tanquam res principalis sit legata?

Tunc partus legato non cedunt, quemadmodum nec peculium, *l.8. ff. de pecul. leg.* quia non sunt in fructu, §.5. ī. *de rer. diuis.*

Qui dicuntur hic ordinarij serui?

Ii qui vicarios seruos habent in peculio, iisq; præsunt, & cui obedire tenentur, *l.18. ff. de pecul.*

Qui sunt vicarij serui?

Wesenb. dicit, eos vicarios hic nominari seruos, qui in aliorum sunt peculio, eorumque vices gerunt, *l.5. § vicario. ff. de pecul. leg. l.25. ff. eod.*

Quid ergo iuris in re principali cum accessoriis legata?

Hoc loco valet regula, destructo principali corruit & accessorium, vt si seruus cum peculio fuerit legatus, tunc mortuo eo vel manumisso legatum peculii perit, vel si instructus fundus legetur cum instrumentis, tunc fundo alienato & instrumenta extinguuntur, *l.5. ff. de fund. instr. leg.* § *si quis ancillas. h. t.*

Quid intelligis per fundum instructum, item quid per instrumenta?

Fundus instructus comprehendit necessaria ad culturam eius instrumenta, *l.12. §.15. ff. de fund. instr. leg.* Instrumentum vero comprehendit omnia, quæ sunt necessaria ad eius culturam, & licet non sint necessaria, tamen si eo pertinent, & in eum finem inibi reperiuntur instructa, instrumenti nomine continentur, *d. l.12. §.15. ff. de fund. instruct. leg.*

Quid iuris in grege tanquam corpore vniuersitati legato?

Hoc, vt siue incrementum, siue decrementum sumpserit legata-

rio commodo, vel incommodo est, & licet grex totus ad vnam deuenerit ouem, illa vindicari potest, *l.21.ff.de leg.1.l 76. ff. de iudi.l.20. ff.de pet. hæred.* §.*si grex h.t.* & idem iuris est in domo legata, *d.§.h.t. l.44.* §.3.*l cætera.§ pen ff.de leg.1.* Wesenb. *hic.l.39.ff.de leg.2.*

Quid dicendum censes de peculio legato?

Hoc, id perinde atque in grege peculio accedat & decedat, viuo Testatore quia corpora siue vniuersitates augentur minuunturve, quoad dies legati cedit, § *si peculium. h.t.l.8.* § *fin* C.*de pet. leg.* & per conseq. peculium crescit tanquam vniuersitas, Wesenb. *hic.*

Quando cedit dies legati?

Si peculium seruo manumisso fuerit legatum, dies ab adita hæreditate cedit, hoc est, quoad adierit hæreditatem crescit & decrescit legatario legatum, §.*si peculium h.t.l.3.ff.quand.di.leg.ced.* Secus est si extraneo fuerit legatum peculium. Nam hoc casu dies legati cedit à morte Testatoris, hoc est, tantum debetur legatario, quantum tempore mortis fuit in legato, *l.8.ff. de pecul.leg.* nisi ex rebus peculiaribus fuerit auctum peculium, vt ex partu ancillarum, fœtu pecudum, quæ comprehenduntur peculio, *d.l.8.ff.de pec. leg.*

Res incorporales possunt ne legari?

Vt corporales ita & incorporales bene, vtputa nomina, actiones, §.*tum autem.l.41.ff.de leg.1 l.105.75.44.ff de leg.1.* si tamen legasset actiones, siue debita, quæ ipse iam exegisset, extinguitur legatum, *in princ.J.quib.mod.toll.oblig.d.§.tum autem.h.t.*

Possunt ne damnandi genere facta & res incorporales legari?

Possunt: vt, *Hæres meus domum illius reficere damnas esto.* Vel: *Titius meus hæres Sempronium ære alieno liberet.* §.*tum autem.h.t.l.49.ff.de leg.2.*

Quid iuris, si Testator generaliter, vel alternatiue legauerit?

Si de Testatoris voluntate secus non constat, electio est penes legatarium, §.*generaliter.h.t.l.23.ff.de leg.2.l.43.ff.de leg.1.l.108.§.2.ff.de*

leg.1.

*leg.*1. & ratio est, quia vendicandi facultatem habet in legato genere quacunque specie generis, *l* 37.71 .*ff.de leg.*1. quod secus est, si voluntas Testatoris hæredem debere eligere expressit, & quia hæres debitor constituitur merito electio etiam illius est tanquam debitoris in obligatione generis, *l* 52.35. *C. de don.*

Quid si dubium suboriatur in hoc generis, vel alternative legato?

Tunc iuris norma hæc est, quod in dubio semper se iuri communi conformasse Testator præsumitur, *l. hæc verba.* vbi Ias. *nu.*27.28. *ff. de leg.*1. Est autem legatum generis, vt si Testator dixerit, Titium seruum do, lego, & si plures fuerint serui, eligendi facultatem Titius habet, *l.*32.71 *ff de leg.*1. *l.*2.*ff.de opt.leg.* §.*si generaliter. h.t.*

Quia eligendi facultas aliquando cui seorsim à Testatore conceditur, quid iuris?

Si ex seruis, vel rebus optionem cui dederit Testamento, tunc non modo legatarius habet optionem hodie, sed etiam hoc legatum optionis transit ad hæredem legatarii, quod olim secus erat, §.*optionis.h.t.l.inter.ff. de solut.l vlt.C.com.de leg.* Wesenb. *d.*§.*optionis.*

Quid si plures sint à Testatore ad optionem denominati?

Hoc casu si dissentiant in corpore eligendo legatarii vel hæredes, sorte res erit dirimenda, vt is quem sors prædilexerit circa optandum, præcellat, §.*fin.h.t.l.fin.C.com.de leg.*

Dic nunc quibus legari legitime possit?

Illis, cum quibus est Testamenti factio passiua, §.*legari.h.t.l.*101. *ff de leg.*1.

Incertis vero personis possunt ne legata, vel fideicommissa relinqui?

Olim non erat licitum adusq;, vt ne militibus fas erat sic legare, veluti si Testator decederet: quicunq; filiam suam, filio meo in matrimonium dederit, ei hæres meus fundum illum dato: quia incertum est tali casu Testantium consilium, quod certum esse debet, §. *an seruo. inf.eod.*

Quid

Quid vero obseruatur tali casu incertarum personarum?

Hoc, vt incertis quidem personis legari possit, si modo sint ex certis personis, vel sub certa demonstratione, vt quicunque ex cognatis meis qui nunc sunt, filiam meam in vxorem duxerit, ei hæres meus fundum illum dato. Nam hoc legatum in certam cognationem confertur & affectionem, etiam præsumitur donasse cognatis Testator, *l.39. ff. de don. inter vir. & vx. l.1. C. de neg. gest.*

Posthumo alieno potest ne vtiliter legari?

Olim non potuit, imo nec hæreditas, nec fideicommissa relinqui poterant, *§. posthumo. h.t.* propter incertitudinem personæ, & quia suspicione non carebat, *l.9. ff. de lib. & posth.* Hodie vero & incertæ personæ & alieno posthumo legari potest, Dd. *in l. quidam relegatus. ff. de rebus dub.*

Quid est alienus posthumus?

Qui natus inter suos hæres Testatori futurus non erat, vtputa ex emancipato filio conceptus: hic enim auo suo non erat posthumus, *§. posthumo. h.t.*

Falsa demonstratione vel nomine vitiatur ne legatum?

Non, quippe si de persona, cui legatum relinquitur, constat, licet in nomine vel demonstratione errauerit Testator, constat legatum, *§. si quidem. h.t.* sicque nil refert siue nomine proprio, siue certa demonstratione ac periphrasi designetur legatarius, *l.9. §. si quis. ff. de hæred. instit. l.6. ff. si cert. pet.* Nomina namque significandorum hominum causa sunt inuenta, *§. si quidem. h.t. l.4. C. de Testam.* Exempli gratia, si Testator dixerit: Stichum seruum meum do, lego: hic Stichus licet non sit verna, sed emptus, quia tamen constat mens Testatoris, valet legatum: vel Stichum seruum quem à Seio emi, do, lego. Hic licet ab alio sit emptus, quia tamen de seruo constat, valet legatum. Sicque nec falso nomine legatarii, nec falsa demonstratione rei legatæ legatum vitiatur, *§. huic proxima. l.33. ff. de condit. & demonstr.*

Falsa vero causa legato adiecta vitiat ne legatum?

Hic distinctione opus est: vel enim adiecit conditionem particula

cula SI, quæ causam finalem significat, vt si negotia Titius mea curauerit fundum do, lego: hic si non curauerit vitiatur legatum, quia cessante causa cessat effectus, §. *longe magis. h.t.l.40.C.de Episc.& Cler.* vel imposuit particulam impulsiuam, *quia*, vt quia hoc vel illud fecisti Stichum do, lego, licet nil fecerit, tamen debetur legatum, *d.§. longe.h.t.* Bart.& Dd. *in l.1.ff.de condit.& demonstr.l.3.ff. de leg.1.*

Quid si in certis personis legatum relictum, sit per errorem solutum, potest ne repeti?

Non, sicut nec Fideicommissa, quia cum sit naturale debitum, *l.9.C.ad l.Falcid.l.16.C.de Testib.l.pen. ff.de fact. & iur. ign.l.62.ff.de cond. indeb.* si per errorem fuerit solutum, condictione indebiti repeti non potest, *d.§.legari.h.t.& d.l.62.ff.de condit. indeb.*

Quæritur numquid seruo hæredis recte legetur?

Pure quidem inutiliter, cum eo ipso etiam domino hæredi leget, *l.31.ff.de hæred.instit.* ast simul vt hæres & legatarius quis sit, leges non patiuntur, nec cuiquam à se ipso recte legatur, *l.18.116.ff.de leg.1.* quia à sese ipse petere sibique obligare nemo potest, *l.7. vbi Dd. C. de pact.* sub conditione tamen bene legatur seruo, vt, quo tempore dies legati cedit, in potestate hæredis non sit, cedit vero dies existente conditione, *l.213.ff. de V. S.l.1.3. de Reg. Cat.t.t. quand. dies leg.ced. §. an seruo.h.t.*

Quid vero si viuo Testatore hæres seruum manumittat?

Perinde est, & inutile foret legatum propter Reg. Caton. Nam quod ab initio vitiosum est, tractu temporis non conualescit, §. *an seruo.h.t.l.29.ff. de R.I.*

E contra si seruus sit hæres institutus domino ne recte legatur?

Recte, etiam sine conditione, *d.§.an seruo.h.t.* nec militat regula, neminem hæredem & legatarium simul esse posse, quia hic legatum & hęreditas vt in priori casu non confunditur, nec intelligitur statim vtrumq; deberi eidem, cum adhuc multa queant interuenire: Posset enim seruus, priusquam adeat, vel manumitti, vel alienari: Et Domi-

Quid operatur tale legatum si dominus rei eam dare recuset?

Si redemptioni locus datur à domino, salua est res, sin vero non, ex tunc cogitur hæres æstimationem eius iustam numerare, *d.* §.*non solum.h.t.l.si pecuniam.*12.*ff. de leg.*2.*l.*30.*ff. de leg.*3.

Quid si Testator legauerit rem quæ est extra commercium?

Tale legatum est inutile, nec æstimatio eius debetur, veluti si campum Martium, basilicas, templa, vel si ea, quæ vsui publico destinata sunt, legauerit, §.*non solum.h.t.* quia earum rerum nulla est æstimatio, quarum non est commercium, hoc est, quæ in emptionem & venditionem non veniunt, *l.liber homo.ff.ad l.Aquil.*

Quid iuris in re legata creditori obligata?

Idem iuris, quod in re aliena legata, hoc est, si sciuerit Testator non obligatam esse: nam luere hoc casu hæredes tenentur, §.*sed & si.h.t.l.*6.*C.de fideicom.* nisi alia fuerit Testatoris voluntas, *l.*33.*de legat.*1.*l.non aliter ff.de leg.*3.

Quid significat rem luere?

Est rem obligatam, precio soluto, pro quo fuit oppignorata, liberare, & sic legatario ex mente Testatoris tradere, *l.*15.*ff.de dot.prælegat.l.*57.*ff de leg.*1.

Quid dicendum si Testator rem leget alienam, cuius legatarius Testatore adhuc superstite Dominus factus est?

Hoc casu distinguendum est: aut enim legatarius rem alienam à Testatore relictam habet oneroso, aut lucratiuo titulo: priori casu, vtpute ex emptione si rem habuerit, nil impedimento est, quin ex Testamento personali actione, quoad precium agere valeat, *l.*84.*ff.de leg.*1. secundo casu, si ex causa lucratiua iam rem habeat, vtpute ex donatione, legato, fideicõmisso, vel vsucapione, cessat omnis actio, quippe traditum est inquit Imp. duas lucratiuas causas in eundem hominem & eandem rem concurrere non posse, §.*si res.h.t.l.*17.19.*ff.de O.& A.l.*83.*ff.de V.O.*

Idem

Idem ne erit in re duobus Testamentis vni relicta?

Hoc casu interest, vtrum rem æstimationemve ex Testamento sit consecutus: si rem, siquidem lucratiuo titulo amplius agere non valet, *l. fin. ff. vnde vi. §. 2. fin. J. de action.* Sin vero æstimationem nil obstat, quin ad rem adhuc agere possit, quia res non continetur in æstimatione, licet res precium comprehendat: & quod magis est, affectio aliquando tanta est in re, quanta precio exolui vix possit, *l. 35. ff. de minor.*

Valet ne legatum in natura rerum non existentium?

Valet tanquam conditionale legatum, modo res legata futura certo sit, *§. ea quoque. h. t.* Nam si spes nulla supersit existentiæ inutile legatum est, tanquam eius rei cuius nullum est commercium, *§. 1. J. de inut. stipul. l. 39. ff. de leg. 1. l. 24. ff. eod. l. 17. ff. de leg. 3.* Spes autem est futura veluti in fructibus futuris, vel quod ex ancilla nascetur, *§. ea quoque. h. t.*

Quid iuris si eadem res sit duobus legata?

Siue duobus, siue pluribus vnius rei coniunctim legatum fiat, scinditur vel diuiditur legatum in partes viriles, *§. si eadem. h. t.* nisi alter viuo Testatore decesserit, vel alias defecerit, tunc namque totum ad collegatarium pertinet iure accrescendi: coniunctim autem legatur ita, Titio & Seio hominem Stichum do, lego: disiunctim vero ita, Titium hominem Stichum do, lego. Seio hominem Stichum do, lego, *§. eadem. h. t.*

Quid iuris si viuo Testatore legatarius decedat?

Secundum hunc *§. si eadem.* legatum extinguitur, si legatarius ante Testatorem decesserit, quippe eius dies nec dum cessit, & consequenter plus iuris ad hæredem quam ipse habuit, transferre non potest, *l. qui duos. ff. de manu. Testam.*

Quotuplex est coniunctio in iure?

Triplex, aut enim re per se coniunctio contingit, vt Caius hæres esto, Titius esto hæres: aut re & verbis, quando duo eadem ratione

Quid si rem suam alicui iam legatam postea alienauerit Testator?

Siquidem non adimendi animo, sed necessitate ita exigente nihilominus hæres tenetur præstare legatum. §. *si rem. h.t. l. rem legatam.* 18. *ff. de adimpl. leg.* quod secus est, si sponte rem legatam alienauerit, quia eo casu adimendi animo censetur alienasse, *d.l.* 18. *l.* 11. *ff. de leg.* 3. *l.* 24. *ff. de adimpl. leg.*

Quid si rem legatam oppignorauerit Testator?

Hoc casu, quia res oppignorata manet in dominio Testatoris, sequitur & legatum pignori datum non esse ademptum, §. *si rem. h.t. l.* 3. *C. de leg.* & per consequens legatarium cum hærede posse agere, vt redimat rem oppignoratam.

Quid dicendum si Testator portionem de legato alienauerit?

Supra dicta distinctio & hic militat, aut necessitate coactus, aut sponte, hoc est, adimendi animo alienauerit: pars tamen non alienata omnino debetur, *l.* 8. *ff. de leg.* 1. & sic quod in toto valet, militat & in parte, *l. quæ de tota.* 76. *ff. de rei vend.*

Possunt ne etiam iura, res incorporales legari?

Possunt, §. *iam autem. inf. eod.* vt si liberationem quis debitori suo legauerit, *t.t. ff. de lib. leg.* & tunc si hæres recusauerit instrumentum, vel obligatorias literas reddere, potest à debitore conueniri, vt eum liberet & literas reddat, Wesenb. *hic. l. instrumenta.* 24. *nu.* 9. *C. de fideicom.* nisi ad tempus sit solutum, & tunc elapso tempore denuo debitum peti potest, §. *si quis. h.t. l.* 8. §. 1. *ff. de lib. leg.*

Potest ne debitor creditori suo legare debitum?

Potest, si vero in debito legato non plusquam debetur, legetur, inutile est plane tale legatum, §. *ex contrario. h.t.* plus autem est, in legato, vt si id quod sub conditione debetur, vel in diem pure legetur propter præsentem solutionem debiti quod differri potuisset, *l. sin autem l.* 28. *ff. de lib. leg. l.* 66. *ff. de leg.* 2. Nam qui tardius soluit, minus soluit, *l.* 12. *ff. de V.S.* & qui citius soluit, plus soluere dicitur, *d. l.* 12. Atque sic plus potest esse in legato, vel re, vel tempore, vel causa, vel vtilitate loci.

Quid si dies viuo Testatore venerit, vel conditio extiterit?

Legatum nihilominus valet, quia semel constitit, §. *ex contrario. h.t.l.5.ff.ad l.* Falcid.

Valet ne legatum dotis à marito vxori?

Omnino, quia plenius est legatum, quam de dote actio, nec duntaxat resp. facultatis agendi, sed etiam exactionis realis: quippe de dote actio non extenditur in solidum, sed in quantum maritus vel hæres facere potest, *l.18.ff.solut.matrim.l.20.ff de re iud.* actio vero ex Testamento datur in solidum, *l.2.ff.de dot.præleg.*

Quid vero si dotem non acceperit maritus & tamen eandem prælegauerit?

Plane inutile est tale legatum, vt D. Seuerus & Antoninus rescripserunt, vt plurimum vero, si simpliciter legauerit, quia est legatum generis & vniuersitatis. Posset enim hoc legato vel numis dos esse dicive, §. *sed si.h.t.* secus est, si certa pecunia sit denominata vel certum corpus in prælegando; nam tale legatum valet, quia ex tunc voluntas Testatoris exitum habere potest, *d.§.sed si.h.t. §.si quis.h.t.* Ideoque hæres tenetur summam denominatam pro dote præstare, *l.3.C.de fals.cauf.adiect.leg.l.1.§.7.ff de dot.præleg.*

Quid si res legata perierit & esse desierit?

Si sine facto hæredis perierit non tenetur hæres rem, vel æstimationem præstare, §. *si res.h.t.* (si tamen non in specie, sed genere res sit legata, vtputa pecunia, omnino tenetur & conueniri potest) non enim perit legatum hæredi, sed legatario interitu speciei certæ. Altero casu contrario si facto hæredis res extinguitur, omnino tenetur hæres, quia facto illius periit, siue sciuerit, siue ignorauerit à se legatum esse, §. *si res. h.t.l.47.§.4.5. & vlt.ff.de leg.1.l.35.ff.de leg.1.l.91. de V.O.*

Quæ obseruatur distinctio in rebus principalibus, vel principali sola cum accessoriis legatis?

Hæc, vt si principales duæ sint legatæ, quales sunt ancillæ cum

suis

suis natis, extunc quãuis ancillę fuerint mortuæ, nihilominus tamen partus legato cedunt, homo enim homini nunquam est accessorius, nec est in fructu, § *si quis ancillas.* quia sunt separata, *l.62. cum seq. ff. de leg.1. l.3. ff. de pec. leg.*

Quid si sola ancilla tanquam res principalis sit legata?

Tunc partus legato non cedunt, quemadmodum nec peculium, *l.8. ff. de pecul. leg.* quia non sunt in fructu, §.5. Ī. *de rer. diuis.*

Qui dicuntur hic ordinarij serui?

Ii qui vicarios seruos habent in peculio, iisq; præsunt, & cui obedire tenentur, *l.18. ff. de pecul.*

Qui sunt vicarij serui?

Wesenb. dicit, eos vicarios hic nominari seruos, qui in aliorum sunt peculio, eorumque vices gerunt, *l.5. §. vicario. ff. de pecul. leg. l.25. ff. eod.*

Quid ergo iuris in re principali cum accessoriis legata?

Hoc loco valet regula, destructo principali corruit & accessorium, vt si seruus cum peculio fuerit legatus, tunc mortuo eo vel manumisso legatum peculii perit, vel si instructus fundus legetur cum instrumentis, tunc fundo alienato & instrumenta extinguuntur, *l.5. ff. de fund. instr. leg.* § *si quis ancillas. h.t.*

Quid intelligis per fundum instructum, item quid per instrumenta?

Fundus instructus comprehendit necessaria ad culturam eius instrumenta, *l.12. §.15. ff. de fund. instr. leg.* Instrumentum vero comprehendit omnia, quæ sunt necessaria ad eius culturam, & licet non sint necessaria, tamen si eo pertinent, & in eum finem inibi reperiuntur instructa, instrumenti nomine continentur, *d.l.12. §.15. ff. de fund. instruct. leg.*

Quid iuris in grege tanquam corpore vniuersitati legato?

Hoc, vt siue incrementum, siue decrementum sumpserit legata-

rio commodo, vel incommodo est, & licet grex totus ad vnam deuenerit ouem, illa vindicari potest, *l.21.ff.de leg.1.l.76. ff.de iudi.l.20. ff.de pet. hæred.* §.*si grex h.t.* & idem iuris est in domo legata, *d.§.h.t. l.44.* §.3.*l. cætera.§ pen ff.de leg.1.* Wesenb. *hic.l.39.ff.de leg.2.*

Quid dicendum censes de peculio legato?

Hoc, id perinde atque in grege peculio accedat & decedat, viuo Testatore quia corpora siue vniuersitates augentur minuunturve, quoad dies legati cedit, § *si peculium. h.t.l.8.* §.*fin C.de pet. leg.* & per conseq. peculium crescit tanquam vniuersitas, Wesenb. *hic.*

Quando cedit dies legati?

Si peculium seruo manumisso fuerit legatum, dies ab adita hæreditate cedit, hoc est, quoad adierit hæreditatem crescit & decrescit legatario legatum, § *si peculium h.t.l.3.ff.quand.di.leg.ced.* Secus est si extraneo fuerit legatum peculium. Nam hoc casu dies legati cedit à morte Testatoris, hoc est, tantum debetur legatario, quantum tempore mortis fuit in legato, *l.8.ff.de pecul.leg.* nisi ex rebus peculiaribus fuerit auctum peculium, vt ex partu ancillarum, fœtu pecudum, quæ comprehenduntur peculio, *d.l.8.ff.de pec. leg.*

Res incorporales possunt ne legari?

Vt corporales ita & incorporales bene, vtputa nomina, actiones, §.*tum autem.l.41.ff.de leg.1 l.105.75.44.ff de leg.1.* si tamen legasset actiones, siue debita, quæ ipse iam exegisset, extinguitur legatum, *in princ.J.quib.mod.toll.oblig.d.§.tum autem. h.t.*

Possunt ne damnandi genere facta & res incorporales legari?

Possunt: vt, *Hæres meus domum illius reficere damnas esto.* Vel: *Titius meus hæres Sempronium ære alieno liberet.* §.*tum autem h.t.l.49.ff.de leg.2.*

Quid iuris, si Testator generaliter, vel alternatiue legauerit?

Si de Testatoris voluntate secus non constat, electio est penes legatarium, §.*generaliter.h.t.l.23.ff.de leg.2.l.43.ff.de leg.1.l.108.§.2.ff.de*

*leg.*1. & ratio est, quia vendicandi facultatem habet in legato genere quacunque specie generis, *l* 37.71 .*ff.de leg.*1. quod secus est, si voluntas Testatoris hæredem debere eligere expressit, & quia hæres debitor constituitur merito electio etiam illius est tanquam debitoris in obligatione generis, *l* 52.35. *C. de don.*

Quid si dubium suboriatur in hoc generis, vel alternative legato?

Tunc iuris norma hæc est, quod in dubio semper se iuri communi conformasse Testator præsumitur, *l. hæc verba.* vbi Ias. *nu.*27.28. *ff. de leg.*1. Est autem legatum generis, vt si Testator dixerit, Titium seruum do, lego, & si plures fuerint serui, eligendi facultatem Titius habet, *l.*32.71 *ff. de leg.*1. *l.*2. *ff. de opt. leg.* §. *si generaliter. h.t.*

Quia eligendi facultas aliquando cui seorsim à Testatore conceditur, quid iuris?

Si ex seruis, vel rebus optionem cui dederit Testamento, tunc non modo legatarius habet optionem hodie, sed etiam hoc legatum optionis transit ad hæredem legatarii, quod olim secus erat, §. *optionis. h.t. l. inter. ff. de solut. l vlt. C. com. de leg.* Wesenb. *d.* §. *optionis.*

Quid si plures sint à Testatore ad optionem denominati?

Hoc casu si dissentiant in corpore eligendo legatarii vel hæredes, sorte res erit dirimenda, vt is quem sors prædilexerit circa optandum, præcellat, §. *fin. h.t. l. fin. C. com. de leg.*

Dic nunc quibus legari legitime possit?

Illis, cum quibus est Testamenti factio passiua, §. *legari. h.t. l.*101. *ff de leg.*1.

Incertis vero personis possunt ne legata, vel fideicommissa relinqui?

Olim non erat licitum adusq;, vt ne militibus fas erat sic legare, veluti si Testator decederet: quicunq; filiam suam, filio meo in matrimonium dederit, ei hæres meus fundum illum dato: quia incertum est tali casu Testantium consilium, quod certum esse debet, §. *an seruo. inf. eod.*

Quid

Quid vero obseruatur tali casu incertarum personarum?

Hoc, vt incertis quidem personis legari possit, si modo sint ex certis personis, vel sub certa demonstratione, vt quicunque ex cognatis meis qui nunc sunt, filiam meam in vxorem duxerit, ei hæres meus fundum illum dato. Nam hoc legatum in certam cognationem confertur & affectionem, etiam præsumitur donasse cognatis Testator, *l.39. ff. de don. inter vir. & vx. l.1. C. de neg. gest.*

Posthumo alieno potest ne vtiliter legari?

Olim non potuit, imo nec hæreditas, nec fideicommissa relinqui poterant, *§. posthumo. h.t.* propter incertitudinem personæ, & quia suspicione non carebat, *l.9. ff. de lib. & posth.* Hodie vero & incertæ personæ & alieno posthumo legari potest, Dd. *in l. quidam relegatus. ff. de rebus dub.*

Quid est alienus posthumus?

Qui natus inter suos hæres Testatori futurus non erat, vtputa ex emancipato filio conceptus: hic enim auo suo non erat posthumus, *§. posthumo. h.t.*

Falsa demonstratione vel nomine vitiatur ne legatum?

Non, quippe si de persona, cui legatum relinquitur, constat, licet in nomine vel demonstratione errauerit Testator, constat legatum, *§. si quidem. h.t.* sicque nil refert siue nomine proprio, siue certa demonstratione ac periphrasi designetur legatarius, *l.9. §. si quis. ff. de hæred. instit. l.6. ff. si cert. pet.* Nomina namque significandorum hominum causa sunt inuenta, *§. si quidem. h.t. l.4. C. de Testam.* Exempli gratia, si Testator dixerit: Stichum seruum meum do, lego: hic Stichus licet non sit verna, sed emptus, quia tamen constat mens Testatoris, valet legatum: vel Stichum seruum quem à Seio emi, do, lego. Hic licet ab alio sit emptus, quia tamen de seruo constat, valet legatum. Sicque nec falso nomine legatarii, nec falsa demonstratione rei legatæ legatum vitiatur, *§. huic proxima. l.33. ff. de condit. & demonstr.*

Falsa vero causa legato adiecta vitiat ne legatum?

Hic distinctione opus est: vel enim adiecit conditionem parti-

cula

cula SI, quæ causam finalem significat, vt si negotia Titius mea curauerit fundum do, lego: hic si non curauerit vitiatur legatum, quia cessante causa cessat effectus, §.*longe magis. h.t.l.40.C.de Episc.& Cler.* vel imposuit particulam impulsiuam, *quia*, vt quia hoc vel illud fecisti Stichum do, lego, licet nil fecerit, tamen debetur legatum, *d.§. longe.h.t.* Bart.& Dd. *in l.1.ff.de condit.& demonstr.l.3.ff. de leg.1.*

Quid si in certis personis legatum relictum, sit per errorem solutum, potest ne repeti?

Non, sicut nec Fideicommissa, quia cum sit naturale debitum, *l.9.C.ad l.Falcid.l.16.C.de Testib.l.pen.ff.de fact. & iur. ign.l.62.ff.de cond. indeb.* si per errorem fuerit solutum, condictione indebiti repeti non potest, *d.§.legari.h.t.& d.l.62.ff.de condit. indeb.*

Quæritur numquid seruo hæredis recte legetur?

Pure quidem inutiliter, cum eo ipso etiam domino hæredi leget, *l.31.ff.de hæred.instit.* ast simul vt hæres & legatarius quis sit, leges non patiuntur, nec cuiquam à se ipso recte legatur, *l.18.116.ff.de leg.1.*quia à sese ipse petere sibique obligare nemo potest, *l.7.vbi Dd. C. de pact.* sub conditione tamen bene legatur seruo, vt, quo tempore dies legati cedit, in potestate hæredis non sit, cedit vero dies existente conditione, *l.213.ff.de V.S.l.1.3. de Reg. Cat.t.t. quand. dies leg. ced. §. an seruo.h.t.*

Quid vero si viuo Testatore hæres seruum manumittat?

Perinde est, & inutile foret legatum propter Reg. Caton. Nam quod ab initio vitiosum est, tractu temporis non conualescit, §.*an seruo.h.t.l.29.ff.de R.I.*

E contra si seruus sit hæres institutus domino ne recte legatur?

Recte, etiam sine conditione, *d.§.an seruo.h.t.* nec militat regula, neminem hæredem & legatarium simul esse posse, quia hic legatum & hęreditas vt in priori casu non confunditur, nec intelligitur statim vtrumq; deberi eidem, cum adhuc multa queant interuenire: Posset enim seruus, priusquam adeat, vel manumitti, vel alienari: Et Domi-

nus vt in casu præced. non est hæres, cum non sit institutus, licet acquirat per seruum hæreditatem, *l.6.ff.de acquir.hæred.* Wesenb.*h.t.*

Quid hodie obseruatur, possunt ne legata ante hæredis institutionem relinqui?

Olim ante hæredis institutionem inutiliter legabatur: sed cum hoc & antiquitati vituperandũ fuerat visum, hodie pariformiter inciuile censetur: quare tam ante, quam inter medias hæredum institutiones imo & post legatum relinquere licet, §.*ante.in fin.h.t.* quippe legata non vt olim ab institutione pendent, cum etiam in Codicillis recte absque Testamento legata relinquantur, Wesenb. §.*ante.*

Potest ne legatum post mortem hæredis, vel legatarij relinqui?

Olim non potuit, hodie bene §.*post mortem.* quia olim fideicommitti hoc modo poterat, *l.114.* §.3.*ff.de leg.1.* & hodie legata fideicommissis sunt exæquata, §.3.*s.eod.tit.l.scrupulorum.C.de contr.stip.*

Licet ne pœna nomine legata relinquere?

Olim quidem summum erat nefas pœnæ nomine legare, adimere, vel transferre, cum benefaciendi legata non territandi causa relinquantur, §.*pœna.h.t.* Wesenb.*hic.* Sed hæc scrupulositas sublata est, & valent legata, siue dando, siue adimendo, siue transferendo fiant, nilq; distant à cæteris legatis, modo non sint impossibilia, *l.3. l.non dubitandum. ff.de condit. & demonstr.* vt si Rhenum non ebiberis, dato decem: vel contra leges, vt nisi liberos tuos præterieris, dato decem, vel turpia probrosaue, vt nisi filiam tuam duxeris, nisi Titium occideris dato centum, §.*pœna. h.t.l.1.9.14.20 27.ff. de condit. instit. l.5.C.eod.*

REGVLÆ IVRIS ET AXIOMATA.

I.

Qui cum alio contrahit, vel est, vel non esse debet ignarus conditionis eius. Hæredi autem hoc imputari non potest, cum non sponte cum legatariis contrahit, *l.19.ff.de R.I.*

II.

Impossibilium nulla est obligatio, *l.185.ff.de R.I.*

III.

Sublato fundamento principali, nec accessorium consistit, *l.16.ff. de except. rei iud.*

IV.

Vt falso nomine legatarii, sic falsa demonstratione rei legatæ, legatum non vitiatur, §. *huic proxima.h t.*

V.

Vbi habetur finis, non curatur de mediis, §. *si quis autem suspectus. Ī. de susp. Tutor.*

VI.

Nomina significandorum hominum gratia reperta sunt, §. *si quidem.h.t.l.8.§.2.ff. de bonor. poss. secundum tab.*

VII.

Testator in dubio præsumitur se iuri communi conformasse, *l. hac verba.* vbi Ias. *nu.28 ff. de leg.*1.

VIII.

Rerum debitarum accessiones non debentur inter post petitionem, vel moram, *l.38.ff. de vsur.*

IX.

In certis non est opus coniecturis, *l. continuus.* §. *cum ita.ff. de V.O.*

X.

Et dies pars pecuniæ est, *l.1.§.1.ff. eod.* hinc qui tardius soluit, minus soluit, *l.12. in fin.ff. de V.S.* & qui citius soluit, plus soluere videtur, *gloss. in d.l.1.*

XI.

Quod iuris est in toto, etiam in parte, *l.76. ff. de rei vend.*

XII.

Fructus pendentes fundo cohærent simulq; debentur, quia pars fundi sunt, *l.44.ff. de rei vend.*

XIII.

Affectio ad rem haberi potest etiam supra rei æstimationem, *l.35. ff.de minor.*

XIV.

Quod ante meum est, amplius meum fieri non potest, §. *sic itaque. J.de Act.*

XV.

Bis lucrari eandem rem & habere non possumus, *l.17.19.ff.de O.& A.l.83.ff.de V.O.*

XVI.

Quod mediate à Testatore relinquitur, legatum est: quod mediate per manum & ex fide hęredis fideicommissum est, Wesen. *h.t.*

XVII.

Plus cautionis est in rem quam in personam, *l.28.ff.de R.I.*

XVIII.

Sententia pro veritate est, *l.ingenuum.ff de stat.hom.*

XIX.

Sententia Testatoris vim legis ne dum rei iudicatæ habet, Wesenb. *hic.*

XX.

Actori incumbit probatio, §. *non solum. vers.& verius.h.de leg.*

E Iure Canonico.

I.

Potest quis tantum lègare de bonis Ecclesiasticis quantum contulerit Ecclesiæ, *c.relatum.in fin.c.quia nos, ff. de Testam.*

II.

Clerici possunt maxime accedente iusta causa de bonis Ecclesiasticis facere Eleemosynam: quandoque conceditur quid in viuos, quod non licet in vltima voluntate: & sic potest quis facere per se, quod non potest relinquere alteri faciendum, *c.12.quæst.5.* Lancell. *de pecul. Cleric.*

APHORISMI POLITICI ex Aristotele.

I.

Templa religionis gratia sunt à Magistratibus instituenda, eisque cultus diuinus pie conseruandus, *lib.6.pol.c.8. & lib.7.c.2.9.*

II.

Præter superiora omnia videndum est, quibus modis Resp. tum ornata, tum etiam tuta ac quieta esse possit: ornata vero erit, si commerciis, tum ciuium in se, tum peregrinorum cum ciuibus abundet. In commerciis ciuium cum peregrinis maxime cauendum, ne ciuium boni mores externorum mercibus lasciuis, aut moribus turpibus corrumpantur, *lib.6.pol.*

TITVLVS XXI.
DE ADEMPTIONE ET translatione legatorum.

Quid est ademptio legatorum?

EST Testatoris quo ad legata iam Testamento vel Codicillis relicta mutatio & reuocatio, *tex, in princ. hic. l.1.3 ff. eod. l.17. C. de leg. l.15. ff. de vulg. & pupill.*

Quomodo fit ademptio?

Aut expresse contrariis verbis, vt si quis legauerit ita, do, lego, deniquesic adimat, non do, non lego: vel alia via expressa, vel tacita, & verbis & facto quæ fit, vt alienatione spontanea, *l. 18. ff. eod. l. 3. C. de leg.* vel inimicitiis iniuriisve inter Testatorem & Legatarium ortis *d. l. 3. l. 22. ff. eod.*

Quid est translatio?

Est quando Testator id quod vni iam legauit in alium postea mutata voluntate transfert, vt quod Titio legarat, id in Stichum trans-

ferat, siue Testamento, siue Codicillo, §. *transferri.h.t.* Huic itaque translationi inest ademptio & datio.

Quid si fuerint iam soluta legata?

Tamen possunt repeti per hanc Testatoris translationem vel ademptionem, si voluntas apparet ex Testamento, vel Codicillis, *l.2. §.1.ff.de condict indeb.*

REGVLÆ IVRIS SIVE AXIOMATA.

Nil tam naturale est, quam eodem genere quodq; dissoluere quo colligatum est, ideoq; verborum obligatio verbis tollitur, nudi consensus obligatio contrario consensu dissoluitur, *l.35.ff.de R.I.* quod fallit in matrimonio, *l.8.C.de repudiand.bonor.poss.l.fin.C. qui admitt.*

E Iure Canonico.

Episcoporum translatio ad solum Apostolicæ sedis Antistitem pertinet: & hic est vnus casus ex casibus sedi Apostolicæ reseruatis: de aliis vide *c.quod translationem.de offic. leg.*

APHORISMVS POLITICVS ex Aristotele.

Forum rerum venalium commode extructum vnum, vel plura esse oportet: Ciuium quidem aut vicinorum inter se intra vrbem: Peregrinorum autem remotiorum extra vrbem, *lib.7.pol.c.12.*

TITVLVS XXII.

DE LEGE FALCIDIA.

Quomodo minuuntur legata?

Per L. Falcidiam, qua modus legatis est præscriptus, *in princ.h.t.*

Nonne libera est cuiuis de bonis propriis facultas legandi?

Est, sed ita ne in fauorem introducta libertas & Testatori & hæredibus in præiudicium vergat, quod fieret, si tota hæreditas, vel substantia legatis erogata, vel nimis onerata relinqueretur, & nemo

hæres

hæres existeret, *in princ. h. t. l. 11. cum Auth. sed cum Testator.* vbi Dd. C. *eod. §. quantitas. in fin. J. eod.*

Quare introducta est hæc lex?

Quia l. 12. tab fas erat, vel totum patrimonium legatis erogare, vel exhaurire, ne ista licentia scilicet vti legassit suæ rei ita ius esto, *l. 120. ff. de V. S.* dispositionesque eiusmodi vltimarum voluntatum valeant, sublata est hac lege Falcidia, pro vt & reliquæ leges, vtputa Furia à Furio Trib. pleb. lata, quæ sanxit, ne cui vltra mille asses vel aureos legare, vel mortis causa donare liceret. Item l. Voconia à Voconio Trib. pleb. lata, quæ voluit, vt abrogata Furia L. legatis hæreditas adæquetur, hoc est, tantum legare fas sit, quantum apud hæredem maneret, quæ omnes leges cum insufficientes erant ad tantæ rei decisionem, in subsidium L. Falcidia nouissime lata est, *in princ. h. t.* Dd. *h. loc.*

Quid cauetur L. Falcidia?

Hoc, vt facultas legandi quidem sit Testatoribus, ita tamnen, vt semper quarta pars patrimonii hæredibus, vel hæredi salua supersit, & sic vsque dodrantem legata se extendere possunt, hoc est, ad nouem vncias totius substantiæ manente quadrante apud hæredem, vel hæredes, *in princ. h. t.* Welenb. *hic.*

Quid dicendum, si duobus hæredibus institutis vnius portio, vel pars sit salua, alterius vero supra modum onerata legatis?

Quia lex hæc Falcidia non in vnius fauorem & alterius odium est introducta, ita æquum est, quia alter suam quadrantem saluã habet, cohæres pariformiter suam ex legatis retineat, quippe singuli ex sua parte hæredes retinere quartam possunt, *l. 77. ff. eod.* quod enim iuris est in pluribus hæredibus, id etiam militat in singulis, *l. qua de tota. ff. de rei vend. l. 1. t. t. ff. si pars hæred. pet. §. & cum. h. t.*

Quo tempore consideratur patrimonium, vel hæreditas, vt L. Falcid. habeat locum?

Mortis tempore Testatoris, *in pr. hic. l. 73. ff. eod.* Nã quoad in viuis

adhuc

adhuc est Testator, non dicitur hæres, sed incipit demum à morte Testatoris esse & dici hæreditas, *l.65.ff.de R.I.*

Quid iuris, si antequam adeatur hæreditas incrementum, vel decrementum sumpserit hæreditas?

Hoc casu, licet patrimonium duntaxat centum aureorum sit, & legatis centum erogauerit Testator, & quamuis ad 25. vel 50. aureos interim creuerit, tamen ex centum aureorum patrimonio detrahet quartam hæres. econtra si centum legasset, & reliquum hæreditatis in tantum incendio naufragiisque periisset, nihilominus legata debentur: quippe omne commodum & incommodum à morte Testatoris pertinet ad hæredem, *l. in ratione ad l. Falcid. §. ex diuerso, h.t. l. pignus. C. de pignor. act.*

Quid vero si hæres ob nullum lucrum non adeat hæreditatem?

Hoc & legatariis cederet in malum, qui nec ab intestato consequerentur sic legatum, nisi expressa Testatoris voluntas hoc expresserit, *l. 14. C. de fideicom.* quare medela superest, vt, ne destituto Testamento nil consequantur legatarii, poterunt cum hærede in portionem legatorum pacisci, *§. quantitas. h.t. l. 37. ad l. Falcid.*

Quæ bona intelliguntur esse in patrimonio, vt L. Falcidia habeat locum?

Ea, quæ nullo ære alieno sunt onerata, *l. subsignatum. §. bona. ff. de V.S.* Itaque omnia debita sunt prius deducenda, antequam legatarii & hæres admittuntur ad illorum iura, vtputa æs alienum, *l. 6. C. eod. l. 87. ff. eod. ad l. Falcid.* impensa funeris, *l. pen. ff. de relig. & sumpt. fun.* precium seruorum manumissorum, *l. 33. cum seq. ff. eod.* his præmissis ita demum quarta pars apud hęredem manet, & tres inter legatarios distribuuntur. Exempli gratia, si quadringentos legasset Testator, nec amplius esset in bonis, tunc quarta pars singulis legatariis debet detrahi, *l. in quantitate. §. fin. ff. eod. ad l. Falcid.* vt, cui centum sint legata, detrahantur 25. cui 40. decem & consequenter singulis quarta sui legati detrahitur per hanc *l. Falcid. §. cum autem. h.t.*

Super-

Superpondij loco:

Erogari vel exhauriri dicitur patrimonium, cum totus as legatis absumitur: onerari, cum vltra dodrantem legati: delibari, quando minus dodrante relinquitur, Wesenb. *h.t. in princ.*

E Iure Canonico.

Beneficia Ecclesiastica sine omni diminutione conferri debent, Lancell. *de collat. in fin.*

APHORISMI POLITICI, ex Aristotele.

I.

Ornata erit ciuitas, si ædificiis publicis magnificis sit extructa, vbi & Magistratus conueniant, & archiua publica seruentur, & epulæ publ. fiant ac populo præbeantur, *lib.7.pol.c.12.*

II.

Item ornata erit, si habeat ciuitas victum nempe sufficientem, artificia, instrumenta multa, arma, & cætera quæ ad ciuitatis defensionem spectant, *lib.7.c.8.*

TITVLVS XXIII. DE FIDEICOMMISSARIIS hæreditatibus & ad SC. Trebellianum.

Quare præsens titulus sequitur, cum legata fideicommissis sint exæquata?

Licet per omnia legata fideicommissis sint exæquata, *l.2.C.com. de leg.2. & §. sed non. Inst. de legat.* tamen quo ad effectum hoc est intelligendum, non quoad formam. Legata enim immediate, fideicommissa mediate per manum & ex fide hæredis relinquuntur, & hæc adhuc durat differentia specifica.

Quare introducta sunt fideicommissa?

Propter fauorem supremæ voluntatis, *l.1.C. de S.S.Eccl. Nou.22.c. vnde sancimus*. Et licet primis temporibus infirma fuerint, *in princ.h.t.* tamen postmodum quibus non poterat hæreditas, vel legatum relinqui directe, obliqua institutione, seu fideicommisso relinquebatur, vt proscriptis, *l.1. C.de hared.inst.* spuriis, *l.8. Auth. seq. C. de natal. lib.deport.* hi enim non habuerunt Testamenti factionem, §.1.*h.t.*

Nonne accessit etiam quadam Magistratus authoritas fideicommissis?

Accessit, inprimis propter insignem quorundam perfidiam, adusque vt sensim iurisdictionem requirebant Prætoris, qui etiam fideicommissarius dicebatur, vt qui de fideicommissis ius diceret, *in princ. h.t.l.4.in fin.ff.quib.ad lib.proclam.l.2.§.17 ff. de Orig.Iur.l.2.in pr. C.qui pot.in pign.hab.l.78.§.pen.ff.de leg.3.* Primus author erat D.Augustus quoad obseruationem, §.1.*in fin.h.t.*

Quæ sunt requisita necessaria fideicommissariæ hæreditatis?

Vt quis recto iure instituatur. Nam si hoc non fuerit præmissum, omnia in Testamento sunt inutilia, §.*ante.30.ī.de leg.l.14.C de Testam.* Deinde vt institutus rogetur, quo eand. hæreditatē alii restituat: vt Sempronius hæres esto: & rogo te Semproni, vt Caio restituas vel totam hæreditatem, vel partem, quia idem de parte quod de toto sentiendum, *l.76.ff.de rei vend.* Hodie ex Testamento etiā nullo tam legata quam fideicommissa debentur, *Auth.ex causis.C.de lib.præter.*

Licet ne fideicommissum pure relinquere?

Non modo pure, §.*inprimis.h.t.* sed sub conditione, vt cum morieris, quia dies mortis pro conditione habetur, quia incertus, *l.1.§.1.ff. de condit. & demonstr.* imo ex certo quoque die, vt anno elapso, vel post pubertatem, §.*inprimis.h.t.*

Quid iuris, si hæres institutus restituat hæreditatem, manebit ne adhuc hæres?

Imo, §.*restituta.h.t.l.1.§.1.ff.ad SC.Treb.* quippe semel factus hæres

manet hæres, *l.88.ff. de hared. instit.l.7.§.7.in fin.ff.de minor.* Is vero cui restituitur hæreditas, si tota fuerat restituta, dicitur hæres, *l.4.13.40. ad SC.Treb.* Si vero pars hæreditatis sit relicta, tunc dicitur legatarius, *l.8.cum seq.ff. de leg.2.*

In quem vero diriguntur actiones, cum hæres commodum hæreditatis fideicommissario restituat?

Dignum est, vt qui sentit commodum, sentiat & onus, *l.10.ff.de R.I.* quare si hæreditas fideicommissario sit restituta, merito etiam onera ferre debet, & per conseq. omnes actiones in se recipere, *§.restituta.h.t.*

Indistincte ne omnes actiones tenetur recipere?

Non, nisi & tota hæreditas sit illi restituta: Nam si pars solum hæreditatis sit relicta, pro parte recipit etiam in se actiones fideicommissarius hæres, & hoc SC. Trebel. cautum est, *l.1.in princ.Instit.ad SC. Treb.*

Quæ sunt istæ actiones quæ dantur in fideicommiss. hæredem?

Vtiles, quas Prætor post SC.Treb. dare cepit. Nam directæ actiones dari in fideicom. non possunt quem SC. non fecit hæredem, sed vt dixi vtiles in cessionarium, *l.1.2.C.de hæred.vend.* Bart. *l. Dominus.ff. de cond.indeb.* Nam alias à creditoribus conueniendus esset hæres, ab hoc demum fideicommissarius. Vt itaque vitaretur circuitus, consultius est per pauciora consequi, quod longo cursu actionum non alias permitteretur, *l.1.ff.met.caus.l.si ampliorem.§.in refutatoriis.1.C. de appell* Nam licet hęres posset directis actionibus conueniri, tamen illico haberet exceptionem restitutæ hæreditatis, quæ etiam illi obiici potest, si aduersus alios experiri vellet, Wesenb.*h.t.l.2.ff.pro soc.*

Quid iuris, si hæres totam hæreditatem rogatus sit restituere?

Hoc casu, quia & fideicommissa, quæ ex institutione hęredis pendent, perirent, *l.14.C.de fideicom.l.si nemo.ff.de Testam.tut.* consultius

visum

visum est prouidere de remedio conseruandæ Testantium voluntatis causa: quod SC. Pegasiano factum est, §. *sed quia.h.t.*

Quid est SC. Pegasianum, vel quid statuit?

Hoc, vt, si institutus & rogatus sit hæres, totam hæreditatem, vel plus quam dodrantem hæreditatis restitueret Titio, liceat illi quartam hæreditatis partem tanquam instituto hæredi retinere, quæ retentio etiam in singulis rebus per fideicommissum relictis locum habet, *d.* §. *sed quia. h.t.* ita tamen, vt etiam onera omnia hæreditatis sustineat.

Quomodo differunt quarta ex SC. Pegasiano deducta, & quarta ex L. Falcidia?

Ita, quod SC. Pegas. permittat quartam ex hæreditate retinere hæredi, L. vero Falcidia quartam iubet legatis detrahere. Et d.l. vltra dodrantem improbat, S. vero C. vltra dodrantem fideicommitti minime prohibet, Wesenb, §. *sed quia.h.t.*

Sed licet ne hæredi cum fideicommissario stipulationem interponere de æqualitate lucri & damni?

Licet ex SC. Pegasiano, vt nimirum pro rata parte inter eos commodi & lucri ratio habeatur, §. *sed quia.h.t.* exemplo partiarii, legatarii, *l.164. ff. de V.S.*

Est ne quis vsus huius SC. Pegasiani?

Non is qui olim, licet vestigia adhuc exinde extent, sed omnia ferme sunt per SC. Trebel. immutata, quippe hoc SC. Treb. in locum Pegasiani est surrogatum, §. *sed quia.* Wesenb. §. *ergo.h.t.*

Exploso SC. Pegasiano quæ est authoritas SC. Treb.

Ea, vt ei, qui hæreditatem restituit fideicommissario, liceat ex ea quartam partem, oneribus pro quadrante & dodrante inter hæredem & fideicommissarium diuisis, retinere, vel deducere: Si vero nil deduceret hæres ex hæreditate, omnia tunc onera transferat in fideicommissarium, §. *sed quia.h.t.l.1.C. ad SC. Treb.l.1.§. pen. ff. eod.l.1. §.9.l.15.§.2. ff. vt legator. seu fideicom. §. restituta.h.t.5.*

Quid si hæres adire recusauerit?

Ex hoc SC. Trebel. cogitur adire & fideicommissario hæreditatem restituere, quo casu omne cōmodum & incommodum transfertur in commissarium, §. *sed quia h.t.t. Cod. ad SC. Treb. l.36. ff. eod.*

Quæ de Trebellianica diximus totius hæreditatis, habent ne locum, si pro parte quis rogatus sit restituere hæreditatem?

Omnino, quia quæ de tota hæreditate disposita sunt, etiam de eius partibus censentur, §. *nihil. h.t.* siue hæres ergo supra dodrantem grauatus sit, detrahere quartam potest, siue infra, retinere eandem licet, nisi recusatis oneribus restituere hæreditatem fideicommissario voluerit, *l.1.§.4.l.16.§.3. ad SC. Treb.*

Quid iuris si ex Testatoris voluntate, re aliqua, quæ quartam continet, præcepta, rogatus sit restituere hæreditatem?

Hoc, vt illam hæres ex SC. Trebelliano sine onere præcipiat hæreditario, vt qui nullum ius vniuersitatis retinet, sed adinstar legatarii est, § *si quis. h.t.* omnia itaque ad fideicommissarium transeunt onera hæreditaria, *l.13. vbi Dd. C. de hæred. instit.* Sin vero quarta parte hæreditatis retenta rogatus sit hæreditatem restituere, scinduntur actiones, hoc est, pro dodrante in fideicommissarium, pro quadrante in hæredem.

Quid si res, vel maxima sit præcepta, quæ dimidietatem hæreditatis exuperat?

Æque in solidum transferuntur actiones, §. *si quis. h.t. l.1.§. si hæres. ff. ad SC. Treb.* quo casu fideicommissarius discutiat, numquid hæreditatem sibi velit restitui, & an expediat ad adeundam hæreditatem hæredem suo tamen periculo adigere. Quæ itaque dicta sunt de hærede ex asse instituto, eadem militant in hærede ex parte scripto, §. *si quis vna.*

Possunt ne fideicommissa relinqui ab intestato?

Ita, ab iis qui cum Testamenti habuerint factionem & tamen non

fece-

fecerunt, quia cum exclusi non sint hæredes ab intestato per Testamentum intelliguntur ex Testatoris intentione ab intestato vocati, *l.8.C.de iur.Codicill.* qui si fuerint rogati ab intestato morituro, hæreditatem vel eius partem alicui restituere, omne debet fideicommissario restituere, quia onerare quis eos potest, quos tacite commodo honorauit, *l.1.§.2.l.6.§.1.ff.ad SC.Treb.*

Quid si non constat fideicommissum esse relictum?

Si nec de scriptura, neq; de quinq; Testium numero constat, quin imo si nullus testis haberi potest, ex quo fideicommissum manifestari queat, hæresq; fideicommissum esse relictum negauerit, extunc quia perfidia tentus fidem adimplere recusauerit negando, si fideicommissarius ei iusiurandum detulerit, ipseque prius de calumnia curauerit, cogitur iuramentum deponere, nihil sibi de fidei suę commisso constare, quod si subire recusauerit, tenetur fideicommissum, siue vniuersale, siue speciale sit soluere, *§.fauore.h.t.*

Quid si confiteatur hæres esse relictum fideicommissum, sed non valere dicat propter defectum solennitatis?

Si propter defectum quinque Testium dixerit non valere, *l.19.C.de fideicommiß.l.si veritas.C.eod.l.fin.C.de codi.* cogatur per omnia soluere, *in fin.h.t.* quia fides electa est hæredis, & hæc etiam per iuramentum haberi potest, quid opus est solennitatis probatione, cum confessio proprii oris sit omni exceptione maior & liquidissima, Dd. *in rubr.de probat.*

REGVLÆ IVRIS SIVE AXIOMATA.

I.

In legibus magis simplicitas quam difficultas placet, *§.sed quia.h.t.*

II.

Iurisiurandi conditio litium abbreuiandarum causa est inuenta, *l.1.ff.de iureiurand.*

III.

Actori incumbit probatio, *l.qui accusare.C.de edendo.l.23.C.de prob.*

IV.

Liberi voluntatem parentis qualemcunque obseruare debent, *l.fin.C.de fam.hercisc.*

V.

Solennitas ob rusticitatem, vel necessitatem pestis bellive remittitur. *l. fin.* vbi Ias. C.*de Testam*. ita in præsenti casu etiamsi desint Testes, valet tamen ex fide hæredis voluntas.

VI.

Æquum & fauoris plenum est fidem præstare, *l.1.C.de pact.*

VII.

Graue est fidem fallere, *l.1.ff. de constit.pec.l.5.ff. commodati.*

VIII.

Notandum, legata olim non potuisse relinqui nisi in Testamento, quia imperatiue ciuilibus verbis relinquebantur, vt in Testamentis solum fas est, *l.126.ff.de leg.*1. hodie secus est, quia legata & fideicommissa sunt exæquata, *l.2.C. com de leg.* & ideo ab intestato legata directe nunc relinquuntur, & inde Falcidia detrahitur ab intestato, Wesenb. §.*praterea.h.t.*

IX.

Ne fiat per plura quod fieri potest per pauciora, *l.1.metus caus.l.ampliorem* §.1.C. *de appell.*

X.

Qui semel factus est hęres, amplius non potest desinere esse hęres, *l.7.§.7.ff.de minor.*

XI.

Idem iuris est in parte, quod in toto, *l.76.ff.de rei vend.*

XII.

Quod alterius relinquitur arbitrio, non inducit obligationem, *l.13.C.de contr.empt.*

E Iure Canonico.

Sede vacante capitulum non fungitur vice Episcopi in conferendo: & cessante causa cessat effectus, Abb.*in c.illa. vbi Regula*. Capitulum non fungitur vice Episcopi, nisi in casibus iure expressis.

APHORISMI POLITICI ex Aristotele.

I.

Tuta erit ciuitas, si & seditiones fugiat ac euitet, & ea quæ maxime Remp. seruant, consectetur ac velit.

II.

Præfectorum nouitas, nouæ exactiones & onera imposita, diuitum spoliatio, lucra ex malis sceleratisque causis, vti bellis ciuilibus percepta, facile mouent seditiones, *lib. 5. pol. c.* 7. 8. 10.

TITVLVS XXIV.

DE SINGVLIS REBVS per fideicommissum relictis.

Quia de fideicommissis vniuersalibus dixti præcedente titulo, dic præsenti, quæ sint fideicommissa singularia?

SVnt etiam ea, quæ non ciuilibus directe verbis, sed precatiue relinquuntur à Testatore volente, verum hoc interest, quod tot titulo res singulæ fideicommittuntur, veluti argentum, aurum, homo, vestis, pecunia numerata, §. 1. *h. t. l.* 37. *ff. de leg.* 1.

Potest ne per legatarium fideicommitti?

Sicuti per hæredem ita etiam per legatarium hodie, *l.* 2. *C. com. de leg.* Nam olim secus erat, cum legata imperatiue à solo hærede relinquebantur ciuilibus verbis, sed hodie legata fideicommissis effectu sunt exæquata, *l.* 2. *C. com. de leg.*

Quæ res possunt per fideicommissa relinqui?

Non solum propriæ Testatoris, verum hæredis, legatarii, fideicommissarii quoque & quod magis est & alterius, §. *potest. h.t.* Sed hoc casu obseruandum, quod in tantum quem onerare licet, in quantum honoratus sit, *l.5.§.1.ff. de legat.3.* ne plus quisquam rogetur restituere, quam ex Testamento ipse habet, *l.114.§.5.ff. de legat.1.* quippe & hæres fideicommissorum, vel legatorum nomine non tenetur, nisi in quantum honoratus sit à Testatore, *l.1.§.9.ff. ad SC. Trebel.*

Quid iuris si res aliena per fideicommissarium relinquatur?

Hoc, vt is qui ad hoc rogatus est, teneatur fauore supremæ voluntatis, aut rem redimere fideicommissario, aut eius æstimationem præstare, §. *potest. in fin. h.t.*

Potest ne libertas seruo per fideicommissum dari?

Quia res incorporales legari possunt, consequenter etiam fideicommitti, quare libertas seruo proprio hæredis, legatarii vel etiam extranei per fideicommis. datur, §. *libertas. h.t. l.16. ff. de fideicom. lib.*

Quomodo seruo alterius?

Ita, vt hæres eum redimat, §. *libertas.* modo in tantum etiam sit honoratus, *l.24. ff. de fideicom. lib.*

Quid si redimendi facultas non conceditur?

Interim manet quasi in suspenso libertas fideicommissaria, donec se offerat occasio redimendi, *l.6. C. de fid. lib.* §. *libertas. in fin. h.t.*

Qui vero libertatem consequitur per fideicommissum, cuius sit libertus?

Si per fideicommissum fuerit manumissus, fit libertus hæredis, quamuis fuerit Testatoris seruus, §. *qui autem. h.t.* si vero directe fue-

rit manumissus, sit Testatoris proprius libertus, *d. §. h. t. l. 10. C. de manum. Testamento l. 4. §. 7. C. de fid. lib.*

Quomodo vocatur à Testatore manumissus?

Orcinus, §. *qui autem. h. t.* Est autem Orcinus dictus quasi libertus defuncti, quia Orcum pro defuncto veteres dixere, Wesenbec. *hic.* Opus vero est vt directe ex Testamento libertas comparetur, vt seruus vtroque tempore Testatoris fuerit, & quo moreretur, & quo faceret Testator Testamentum, *d. §. fin. h. t. l. 25. 30. ff. de manumiß. Testam.*

Quæ verba fideicommissorum sunt in vsu?

Maxime hæc: rogo, peto, volo, mando, fidei tuæ committo, *d. §. fin. l. 11. §. 1. ff. de leg. 3.* hodie tamen omnia verba Testatoris sensum exprimentia inducunt fideicommissum, vel legatum, *l. 2. C. com. de leg.* Sciendum denique, quod vnum ex his precatiuis verbis perinde valet, ac si omnia simul essent coniuncta, *in fin. h. t.*

REGVLÆ IVRIS SIVE AXIOMATA.

I.

Fideicommissa peræque necessitatem præstandi habent atque legata, & ideo triplicem pariunt actionem, personalem, realem & hypothecariam, *l. 1. 2. C. com. de leg. §. 3. 4. 5. de leg.*

II.

Nemo vlterius debet in vltima voluntate onerari, quam sit honoratus, *l. 114. §. 5. ff. de leg. 1.*

III.

Qui honoratus sit legato, potest & onerari, *l. 5. §. 1. ff. de leg. 3.*

E Iure Canonico.

Vbi ad solum Episcopum spectat collatio, si per sex menses conferre distulerit, ad capitulum deuoluitur, Lancell. *de collat. Tit. 25. inst. Iur. Can.*

APHORISMVS POLITICVS ex Aristotele.

Crudelitas Principum, impunitas scelerum, violatio frequens legum, peculatus pecuniæ publ. odium denique præsentis Reip. status, facile seditiones excitant, *lib. 5. pol. c. 6. 7. 8. 9.*

TITVLVS XXV. DE CODICILLIS.

Quid sunt Codicilli?

Codicilli sunt, quasi Testamentum, vel vltima voluntas minus solenniter à Testatore facta, qua de rebus suis disposuit iure concessa & permissa, vt horum beneficio subueniatur defunctorum voluntatibus propter deficientem solennitatem verborum legalium.

Fuerunt ne semper in vsu?

Non, quia ante Augusti tempora nullus erat Codicillorum vsus, sed demum à L. Lentulo sunt introducti, qui Codicillis Testamento confirmatis Augustum Cæsarem hæredem institutum cum filia & aliis petiit per fideicommissum aliquid facere; id quod & fecit religiose, (imo & filia Lentuli legata, quæ eo tempore non poterant nisi in Testamento relinqui,) *§. præterea. Ɩ. de fid. hæred. in princ. h t.* soluit.

Fecit ne hoc proprio solum consilio, vel authoritate Imperiali?

Non, sed præhabito consilio ICtorum, inprimis Trebatii, qui suasit Augusto, vt robur adderet propter multifarias & longas magnasque Roman. peregrinationes: & cum non absonans, nec contra iuris normam Codicillorum vsus esset approbatus, receptus vsus

pro iure postmodum esse cepit, vel maxime, quia & summus ICtus Labeo identidem Codicillos fecisset, §.1. *h.t.*

Quid si Codicillis iam factis adhuc & alios fecerit Testator Codicillos?

Idem obseruatur quod in Testamento vel legibus. Nam posterioribus Codicillis priores tolluntur, *l.19. ff. de fideicommiß.* id quod in legibus, vt plurimum fit, *l fin. ff. de constit. Princ.* §.2. *Instit. quib. mod. Testam.* Sed hoc ita intelligendum est, si Testator voluit prioribus derogare per posteriores, *l.1.3. C. eod. l.5.6. ff. eod.*

Quid si Codicilli ab intestato sint facti?

Valent, nec confirmationem requirunt, & libere ab intestato quis fidei committere Codicillis potest, §. *non tantum. h.t.*

Quomodo fiunt fideicommissa ab intestato?

Ita, vt si Testator eum qui ab intestato hæres est sibi futurus rogauerit, vt sua fideicommissa Codicillis relicta restituat, *l.16 ff. eod. l.8.* §.1. *l.16. ff. eod.* Creditur enim Testator sponte sua his ab intestato venientibus relinquere, *d.l.8. ff. de iur. Codicill.*

Quid si Codicilli sint confecti, quorum mentio postea in Testamento non sit facta?

Olim præsumptio erat contra Codicillos, hodie secus est, quia eo ipso quod non reperiuntur expresse reuocati, censentur confirmati tacite, *l. sancimus. C. de Testam.* §. *non tantum in fin. h.t.* si vero non præcesserunt, sed post Testamentum reperiantur facti, valent tanquam accessorium sui principalis, *l.3.* §. *fin. ff. eod.* & sciendum, quod quatuor modis conficiantur Codicilli, aut in futurum confirmantur, aut in præteritum, aut per fideicommissum Testamento facto, aut sine eo, *d.l.8. in princ. ff. de iur. Codicill.*

Potest ne Codicillis hæreditas dari?

Directo hæreditas Codicillis, nec dari, nec adimi, nec exhæredatio scribi potest, §. *Codicillis. h.t. l.2.10. ff. eod. l.77 ff. de hæred instit. l.27. ff. de cond. inst. l.14. ff. de Testam.* sed bene per fideicommissum, *l.76. ff.*

ad Trebel.l.4.C.de his quibus vt indig. ne confundantur iura Testamentorum & Codicillorum, *l.7.C.eod.*

Quia hæres Testamento potest sub conditione institui, quid iuris in Codicillis?

Nec conditio Codicillis hæredi instituto adiici, nec substitutio directo fieri potest, §.*Codicillis.h t.* cum is qui conditionem ponit, adimat hæreditatem deficiente conditione, id quod iura Codicillorum non admittunt, *l.pen.ff.de cond.instit.* quia conditio fecit Testamentum per institutionem. *l.6.ff.eod. l.7.C.eod.* obliquis verbis tamen bene substituere per fideicommissum Codicillis quis potest, Wesenb.*h.t.*

Potest ne quis plures Codicillos facere?

Potest, & omnes valent veluti diuersa & separata legata, nisi contrarium in posterioribus Codicillis appareat, tunc enim Testatoris voluntas, quæ prioribus Codicillis derogat, obseruanda erit, *l.1.3. C.eod.l.5 6.ff.eod.*

Animaduerti quasd. differentias Codicillorum & Testamentorum, sunt ne adhuc alia?

Neq; solennitatem ordinationis causa requirunt Codicilli quam Testamenta, quæ subscriptionē & sigilla desiderant: Codicilli vero constant etiam sine sigilli appositione, & regulariter in Testamento minor Testis esse non potest, in Codicillis bene, Dd. *in d.l.8.C.de Cod.* nec opus est, vt sint Testes rogati, vt in Testamento, cum etiam casu præsentes testimonium perhibere in Codicillis queant: ac regulariter in Codicillis non septem, sed quinque testes sufficiunt, *l.28.in C. de Testam.* quod secus est in solenni Testamento, *t.t.ff. & C. de Testam.*

Eadem ne est ratio fideicommissi & hæreditatis?

Non, quia per hæreditatem familia quæ iuris est ciuilis transfertur, ergo duntaxat actu ciuili transferri potest: fideicommissum vero non solennitate ciuili constat, sed iure naturali ex æquo & bono procedit, *tit. praced. de sing.reb.per fid.* vt etiam Codicilli, §.1.*h.t.* hinc

Codicillis recte hæreditas fideicommiſſaria relinquitur, & per conſeq. etiam Falcidia detrahitur, *l.2.in fin.ff.eod.* Weſenbec. *ad* §. *Codicillis. h.t.*

REGVLÆ IVRIS SIVE AXIOMATA.

I.

Teſtamentum ad pias cauſas inter milites, inter liberos tacite habent clauſulam Codicillarem, Iaſ. *in l.hac conſultiſſima.*§*.ex imperfecto. nu.8.C.de Teſt.* veluti ſi iuſſerit Teſtator valere teſtamentum omni meliore modo quo valere poteſt, Socin. *conſil.142.nu.4.vol.1.* Bart. *in l.verbis.ff.de vulg.& pupil.* Dd.*in l.1.C.de S.S. Eccleſ. l.36.ff.de mil. Teſtam.*

II.

Actus quamlibet perfecti recipiunt formam ex interuallo declaratoriam, licet non diſpoſitionem, Dd. *in l. hæred.* §. *ſed etſi.ff. de Teſtam.*

III.

Præſumptio eſt pro Codicillis, vt putentur tacite confirmati, niſi ſint expreſſe reuocati, *l.ſancimus.C.de Teſt.cum ſimil.*

IV.

Teſtamenti factio non eſt loco alligata, Bart. *nu.21.24.* & Dd. *in l. 1.C.de ſum.Trin.*

V.

Notandum, quod non minorem habuerit Labeo ICtus, de quo *in l.2.ff.de orig.iur.* authoritatem, quam Auguſtus, §.1.*h.t.*

E Iure Canonico.

I.

Non confirmatus, non poteſt res Eccleſiæ adminiſtrare, *c.qualiter. c.noſti c.in cunctis.de Elect.& Elect.poteſt.*

II.

Abſens poteſt vni de capitulo votum ſuum demandare, Lancell. *Inſtit.lib 1 de Elect.*

APHO-

APHORISMVS POLITICVS ex Aristotele.

Ea quæ maxime Remp. conseruant, sunt fere eiusmodi, bonarum legum inuiolabilis authoritas, Magistratuum in munere obeundo prudentia, diligentia, & alacritas: Populi aduersus Magistratus obsequium: Ciuium inter se concordia ac consensus: Magistratus erga populum paternus animus & cura, *lib. 5. pol. c. 8.*

FINIS LIBRI SECVNDI *Instit. Imperial.*






IVSTINIANI IMPER. INSTITVTIONVM *Seu* ELEMENTORVM *LIBER TERTIVS.*

TITVLVS I. DE HÆREDITATIBVS quæ ab inteſtato deferuntur.

Quando defertur hæreditas ab inteſtato?



EX diſciplina contrariorum id videre eſt. Nam quoad Teſtamentum valet, ſucceſſio ab inteſtato ceſſat, & vocatur Teſtamentaria ex Teſtamento ſucceſſio, *l.3.ff. de pet.hared.l.1.ff.de ſuis & leg.* nullo vero Teſtamento facto, ita demum habet locum ſucceſſio ab inteſtato, quæ proprie legitima vocatur, *l.8.ff.de pet,hæred.§.proximus.J.de leg.agn.ſucc.§.cum autem.h.t.* de illa Teſtamentaria ſucceſſione, quia iam pro inſtituto ſatis dictum, conſequens eſt dicere, non exiſtente teſtati cauſa, de ſucceſſionibus ab inteſtato.

Quando quis dicitur intestatus, vt hæreditas eius ab intestato deferatur?

Quando quis aut Testamentum non fecit, aut non iure fecit, aut id, quod fecerat, ruptum irritumve factum est, aut si ex eo nemo hæres extiterit, *in princ. h. t. l. 1. ff. de iniust. irrit. rup. fact. Testam.* vbi Gothofred. *l. 1. ff. de suis & leg. l. 64. ff. de V. S.*

Est ne is adhuc modus succedendi ab intestato qui olim fuit?

Non; nam iure Nouellar. & Constitution. ferme omnia sunt immutata, vel certe secus ordinata atque disposita, quare in iis quæ hodie in vsu non sunt, ad longum procedere & hærere, methodus nostra non efflagitat: plane autem reticere & pisce magis silere de iis quæ ad cognitionem iurium apprime spectant, exactam, inciuile esse autumo. Vt itaque vltro citroque debitum ex parte exsoluatur, paucis ea quæ sunt necessaria eligam, & subiungere ex Dd. studebo, & postmodum quæ Iure nouo prioribus derogant, pariformiter succincte in medium proferam.

Quæ sunt obseruanda ex principio & §. intestatorum huius tituli?

Hoc, quod is dicatur non iure fecisse Testamentum, qui solennitates, *tit. de Testam.* §. requisitas nō obseruauit, ex quo sequitur, quod si vel in parte fuerit neglecta solennitas, illico Testamentum pro non iure facto & nullo habeatur, *l. 11. C. de Testam.* deinde quod successiones ab intestato ex l. 12. tab. primo spectant ad suos hæredes, §. *intestatorum. h. t.*

Quæ fuit ista lex 12. tab.

Hæc, paterfamilias vti legassit super pecunia tutelave rei suæ, ita ius esto, *l. 120. ff. de V. S.* Si vero intestatus moritur, seu suus nō extabit hæres, agnatus proximus familiam habeto; *in princ. J. de leg. agn. succ.*

Quæ sunt sui hæredes?

Qui in potestate morientis sunt, vt filius filiave, nepos neptisve ex filio, pronepos proneptisve ex nepote, §. *intestatorum. h. t.*

Quare duntaxat ex filio nato?

Quia ex filia prognatus prognatave non sequitur familiam patris, nec gignere liberos in potestate aui materni potest, §. *intestatorum. h. t.*

Ex §. quibus connumerari: quæ sunt notatu digna?

Hæc, quod suorum hæredum loco etiam sint, iuraque eorum nanciscantur, qui legitimati sint siue ciuitatum curiis oblati, siue per subseq. matrimonium, *h* §. vid. *§. fin.* *J. de nupt. l.* 3. 9. 10. *C. de nat. lib.* vid. *Auth. quib. mod. nat. eff. sui* pro legitimatis per subseq. matrimonium, *d. l.* 10. 11. *C. de natur. lib.*

Potest ne subsistere legitimatio hæc facta in suprema voluntate, scil. per subseq. matrimonium?

Dd. tradunt subsistere, & liberos posse sic legitimari, matrimoniumque sic contrahi, Bald. *in Auth. licet patri. C. de natur. lib. & in l.* 4. *nu.* 17. *C. de fideicommiss. & in §. naturales. lib.* 2. *si de feud. defunct. content.* Præterea sciendum ex hoc §. quod legitimatio retrotrahitur ad conceptionis momentum, *hic in verb. sed etiam anteriores.* vbi Dd. Ias. *in l. generaliter. § cum autem. nu.* 9. 10. *C. de inst. & subst.* Wesenb. *hic.* Modus legitimandi per subseq. matrimonium inter omnes legitimationis species optimus est, & vt Wesenb *hic.* dicit, præstantissimus, quippe hoc casu omnis macula, omneque vitium conceptionis purgatur, Angel. *cons.* 20. *nu.* 1. Curt. 95. 74. *nu.* 61.

Ex §. ita demum. quæ colligis?

Hæc, quod nepos, vel pronepos tum demum suorum hæredum locum obtinet, si præcedens persona, vt filius, qui nepotẽ præcedit, vel nepos, qui pronepotẽ, desierit in potestate parentis esse: hinc qui proximior gradu potior iure, remotioremq; excludit, *d.* §. & §. 2. *supr. de hæred. qual. & diff.* §. 7. *J. h. t.* nisi in linea inæquali ex ead. familia sit quæstio, quippe filio demortuo nepos iure repræsentationis succedit tanquam suus patruo, quamuis gradu remotior, *l.* 2. 5. 3. *C. de suis & leg.* Deinde licet posthumi proprie appellatione liberorũ non contineantur, *l. fin. ff. de assign. libertis.* tamen si viuo parente nascerentur

Quid est perduellionis crimen?

Wesenb.hic definit esse,quando quis aduersus remp.hostili affectione fuerit ipso actu,*d.§.interdum.*

Quæ obseruas ex §. cum filius filiave?

Præcipue ius repræsentationis, vt si filius filiave extiterit & ex altero filio præmortuo nepos neptisve, vel etiam plures nepotes. Nam hoc casu omnes ad hæreditatem aui vocantur:tantum enim capiunt ex præmortuo filio nepotes, quantum filius filiave superstites iure repræsentationis: nec obstat, quod gradu proximior sit filius, *§. cum filius.h.t.* & filius filiave succedunt in capita, qui vero parentem repræsentant, vt nepotes, in stirpes,cum parens eorum saltem vnum caput habuerit.

Ius repræsentationis semper ne etiam in quauis linea habet locum?

Non. Nam in descendenti linea in infinitum procedit, *l.1.§.libertas.ff.de coniug.cum emanc.lib.l.ICtus.§.parentes.ff.de grad.* vbi habetur, quod appellatione posteriorum veniant omnes descendentes in infinitum,*l.4.C.de in ius voc.*vbi appellatione parentum veniunt omnes parentes in infinitum, *Nouell.118.§.si igitur.* Item *Gen.c.11.* vbi sunt Abraham & Aram filii Thare defuncto Aram reliquit post Loth, quem Abraham iure repræsentationis ad successionem admisit: in ascendentibus nunquam habet locum,*d.Nou.*118.in collaterali linea tantum in fratrum filiis, *d.l. & tex.in Auth.post fratres. C.de leg.hæred.* Succedunt itaque iure repræsentationis filii fratrum cum patruis in hæreditate demortui patrui, *Auth.cessante. C.de leg.hæred.Nouell.*118. *§.hoc etiam.*

Quando dicitur successio in capita?

Quando tot fiunt partes æquales hæreditatis, quot sunt personæ quæ succedunt, Wesenb.*hic.*

Quando dicitur successio in stirpes?

Quoties non habetur ratio personarum,sed stirpis,ex qua descendunt in ius defuncti;quem vnum parentem ex illo descendentes omnes repræsentant,*l.3.C.de suis & leg.*

naturæ æque emancipati ac sui succedunt, *l.15.ff.de inoff.Testam.l.7.§.fin.si Tab.Test.vnde lib.* sed & hoc est immutatum per *Nouel.118.*

Quid obseruatione dignum in §. at hi qui, &c.?

Et hic §.de emancipatis agit,sed in eo differt, quod in hoc §. de eo emancipato agat Imp. qui se in arrogationem dederit, *tex.hic.* & notandum, quod adoptio in hoc §. sumitur pro arrogatione vt & *l.1.ff.de adopt.* Requiritur vero vt in arrogatione sit, morte patris, *§. cum autem h.t.* alias si viuo adhuc patre fuerint emancipati nil obstat, quin ad patris naturalis hęreditatem admittantur, *tex.h.§.* quia vnus hic manet pater,cum alias duo essent,quod absurdum, Wesenb.*hic.* Si vero ab adoptiuo patre mortuo naturali fuerint emancipati, extraneorum locum obtinent, quippe & ciuilis & naturalis ratio cessat.

Ex §.minus ergo iuris, &c. quid vtilitatis habes?

Hoc quod & adoptiuorum & naturalium differentiam cognoscere valeam: nec tantum iuris habent adoptiui quantum naturales liberi,quod inde videre est, cum hi emancipati gradum liberorum obtineant beneficio Prætoris propter ius naturæ & sanguinis,quod immutabile, *l.8.ff.de R.I. l.eas.ff.de cap.dim.* adoptiui econtra emancipati & iure ciuili liberorum loco non sunt, & à Prætore non admittuntur, *l.4.ff.si tab. Testam.*

In §.Eadem hæc,&c.quid notatu dignum censes?

Declarat duntaxat superiora & rationem superioris differentiæ subnectit, qui enim non admittitur ex causa intestati, multo minus contra Testamentum admittetur, *arg. c. cui licet.de R.I.in 6.* Prætor namque eos,qui tempore mortis parentis in potestate reperiuntur, vt suos vocat ad bonor. possess. qui vero in adoptione sunt eo tempore & in alia familia,eos non admittit, *l.pen.in pr. C.de adopt.tex. h.§.* quia desinunt in numero liberorum esse cum sint extranei, *vt §.preced.* Extraneis namque non datur querela contra Testam. *l.1.ff. de inoff.Testam.*

Quæ sunt obseruatione digna ex §.admonendi.?

Hoc, quod licet liberi tempore mortis parentis in adoptiua familia

milia & demum ab adoptiuo emancipati sint, non admittuntur ad bonorum possessionem vnde liberi à Prætore, *l.4.ff.si tab.Test.* §.*at hi.* §. *h.t.* alia tamen parte vocantur qua cognati, *t.t. vnde cognati. tex.h.*§. cum cognatio, quæ est naturæ per adoptionem non extinguatur. Primo itaque Prætor vocat liberos, tam suos quam emancipatos: secundo legitimos hæredes: tertio demum nō existentibus, ex prioribus ordinibus hæredibus admittuntur cognati, *l.1.t.t. ff.quis ord. in bonor.poss.& l.1.ff.si tab.test.* §.*admonendi.h t.* sed discrimine agnationis & cognationis sublato, per nou. Iura. ideo vsus prædictorum exiguus hodie est.

Est ne quis fructus §.*sed ea omnia,&c.*?

Est: namque hic, vt quamuis parens naturalis filium alii dederit adoptandum, tamen salua maneant omnia iura, quæ filius haberet, si in sacris patris naturalis mansisset, non obstante adoptione, *l.pen. C.de adopt.h.*§. nisi quod patri adoptiuo queat ab intestato succedere, *l.2.ff.de adopt.*

Quid voluit SC. Sabinian. cuius h.§.*mentio fit?*

Voluit, vt si quis vnum ex tribus filiis alicuius in adoptionem assumeret, cogeretur eidem quadrantem, id est, quartam partem assis, quæ tres facit vncias, relinquere: ius enim trium liberorum magnis priuilegiis fuit dotatum, Wesenb.*h.*§.mentionem huius SC.habes, *in d.l.pen.* §.*qua autem. C.de adopt.l.fin.C.de decurio. lib.*10. Si vero pater naturalis quem adoptauerit, seruantur hoc casu iura antiqua, *tex. h.* §. *in fin.& d.l.pen.C.de adopt.*

Quæ denique ex §.*finali obseruas?*

Quod discrimen agnationis & cognationis sit iniuria contra naturam, *d.*§.*fin. vers.diui. autem.* quia nata æque cognatos ac agnatos affectione vocat ad successionem, *l.4.ff. de lib. prater.* ideo eundem gradum & ordinem successionis tam ex masculis quam fœminis descendentibus Imp. constituit.

Quia de iis quæ vt plurimum antiquitas obseruauit, dixti, reliquum est, vt de nouo Iure etiam dicas?

Sciendum quod ex Nouellarum iure, vtpote *Nouell.*118. gradus

successionis sint quinque, vid. *l.1.ff.de grad.* §.1.*Instit.eod.lib.3.tit.6.* vt descendentium, ascendentium, collateralium, coniugum & fisci.

Quare descendentes primo vocantur?

Dixi etiam s. ex voto naturæ causa longæuitatis, *l.scripto.ff. vnde liberi. l.nam etsi.ff. de inoffic. Testam. l.7.ff.de bon.damn.* ratio naturalis quasi lex quædam tacita liberis parentum hæreditates adiicit, &c. Vocantur autem primo filii, qui si gradu ęquales fuerint, pariter succedunt, *l.1.§.filius.s.t.ff.de suis & legit.hæred.l.in suis.ff.de lib. & posth.*

Quomodo autem emendauit ius nostrum leges iam allegatas?

Ita, vt hodie illi qui in sacris, vel suitate sint, manu vel è potestate missos non præcedant, nec masculos hodie fœminis præferri constat. Nulla namque superest differentia, & hæc differentia tam iure Codicill. quam Nouell. est sublata, *l.meminimus.C.de leg.hæred.*

Appellatione filiorum qui continentur?

Omnes liberi, *l.56.84.116.201.220.ff.de V.S.* item nepotes, *l.59.ff. de rit.nupt.* quemadmodum etiam iure correlatiuorum patris appellatione continetur auus, *d.l.201.de V.S.*

Quid si filij vero gradu inæquales fuerint, vt fit cum nepotibus si concurrunt?

Nepotes, si filii, id est, parentes eorum supersunt, non præcedunt, quia ita demum nepos neptisve, pronepos proneptisve suorum numero sunt hæredum, si præcedens persona desierit in potestate parentis esse, §.*ita demum.Instit.h.t.*

Quid si primi gradus liberi cum vlterioris gradus liberis concurrunt, quid iuris?

Tum illi qui sunt in primo gradu legitimi & naturales in capita succedunt, qui vero sunt vlterioris gradus, vt filii ex fratre, tunc illi quidem succedunt ad eandem hæreditatem, sed non in capita, verum in stirpes, iure nimirum repræsentationis, Gom.*var.resol.lib.1.c.1.* §.*cum filius.h.t. Nou.118.vers.sic tamen.l.4. C.de leg.hæred.* quid vero sit in capita, vel stirpes succedere, item quid sit ius repræsentationis, dixi *supr.h.t.*

Quis vero est modus succedendi, si filij diuersarum fuerint nuptiarum?

Aut enim sunt ὁμοπάτειοι aut ὁμομήτειοι: illi, quia sunt ex eodem patre æqualiter in paternis succedunt bonis, in maternis vnusquisque matri suæ. Hi vero in bonis maternis pariformiter, in paternis similiter quilibet patri suo, *Auth. de his qui secundas iterant nuptias. l.4.C. de secundis nuptiis.*

Quid de naturalibus tantum sentis liberis?

Hi, si illi, de quibus paulo ante dixi, adsunt, vel coniux legitima, non succedunt patri, *Nouell.89.§.pen.Auth.lic.patri.C.de natur.lib.* non extantibus vero illis admittuntur in sextantem, id est, duas vncias vel diuidunt cum matre secundum personarum numerum, *Nou.89.* Ad matris tamen successionem admittuntur ęqualiter ex SC.Orfic. Hæc de naturalibus dixi obiter, propter ius antiquum, nouo iure nullus est vsus, quippe concubinatus omnis scortationi hodie ęquiparatur, & tam Iure Cæsareo quam diuino, in nulla bene constituta Rep. tolerandus vel ferendus, *Epistola ad Hebr.13.v.4.Matth.5.v.31. Luc.36.v* 18. Imp. Leo in Constitutione sua, vt concubinam habere non liceat, eleganter ita concubinatum describit: tametsi fontem non habeas, rebus tamen vetitis vti non poteris.

Quid de arrogatis, vel in adoptionem datis sentis?

Arrogati, emancipati à patre arrogatore, parenti succedunt ad minus in 4.bonor.parte, §.*item non aliter Instit.de adopt.* Adoptiui patri adoptiuo cum reliquis ex iusto matrimonio natis ad portionem virilem, *l.5.ff.de suis & leg.§.2.Inst.h.t,Nou.118.& Auth.in successione.C.de suis & leg.l.8.ff.de R.I.* hinc apparet, quia in successionibus hodie sola cognatio naturalis consideratur, ꝙ iure filii quoad in adoptione sint, etiam patri naturali succedant, §.*fin.Inst.de leg.agn.tut.*§ *minus ergo.h.t.*

Quia de descendentium successione dixti, die de ascendentium?

Axioma est, quod in successione iura sint reciproca, nō tamen quoad ius repræsentationis, quod in ascendentibus locum non habet,

descendit namque amor, non ascendit, *l.7.ff.de bon.dam.* vbi Gothofr. *l.nam & pauperes. ff.de inoff. Testam.*

Succedunt ne soli ascendentes?

Non, sed si fratres, vel sorores defuncti adfuerint, vna in capita succedunt, si fuerint vtrisq; parentibus coniuncti defuncto, *Nou.*118. §.*si igitur.*

Quomodo succedunt fratrum filij?

In stirpes cum ascendentibus, sed non ex *d. Nou.*118. sed ex *Nou.*127. *c.*1. quia strictam recipiunt hæc iura interpretationem, *Auth. post fratres. C. de leg. hered.*

Quid iuris in transuersalibus?

Hi locum habent non extantibus descendentibus & ascendentibus, *Nouell.*118. *d. Auth. post fratres.* & in hac successione potiores sunt ἀμφιθαλεῖς vtrinque coniuncti fratres, *d Nou.*118. qui postpositis ἑτεροθάλεσι, cum præmortuorum fratrum liberis vocantur, sed vt dixi, illi in capita, hi vero in stirpes. *Nou.*127.*c.*1. ex qua pariter fratris defuncti filii cum parentibus & fratribus succedunt contra *Nouell.*118. *c.3.v.sed & ipsis fratrum filiis.*

Quarto, quæ successio superest?

Coniugum ab intestato nullis superstitibus liberis parentibus vel cognatis, *l.vn.ff.vnde vir & vx.l.*20. *C. de Episc. & Cler.* propter indiuiduam vitæ consuetudinem & consortium omnis vitæ, *l.*1. *ff. de rit. nupt.* exemplo à principe donatarum rerum, in quibus consorti succedit, excluso fisco, *l.vn.C. si liberal. Imper. soc. sin.hæred. discess.* Gail. 2. *pract. obseru.* 80. *obs.*

Quo iure succedunt coniuges?

Iure Prætorio per bonorum possessionem. *ff. vnd. vir & vx.* vbi inprimis in considerationem veniunt statuta locorum pacta dotalitia: & hoc ius competit intra centesimum diem, *l.*3. *ff. vnd. cogn.*

Valet ne etiam pactum reciprocum inter coniuges de inuicem succedendo?

Valet non extantibus nim. liberis, Dd. Bald. Salic. Castr. *in l. si pater. C. de inoff. Testam.* Mynsing. *obs.*33. *cent.*2. *sing. obseru.*

Quæ est postrema successio?

Fisci, quia & patriæ sumus nati, *l.pen.C.de bon. vacant.* intelligenda autem hæc sunt, si nullum ex qualibet sanguinis linea, vel I. titulo legitimum reliquerit intestatus hæredem, *l.4.C.de bon.vac.* Vbi notandum, si agnouerit fiscus bona, quod teneatur creditoribus, licet hæreditas soluendo non sit, *l.si de bonis. 10.C. de iur.dot.l.qua dotis.sol. mat.l.2.ff.de bon.possess.*

REGVLÆ IVRIS SIVE AXIOMATA.

I.

Quam diu possit valere Testamentum, tam diu legitimus hæres non admittitur, *l.89.ff.de R.I.*

II.

Hæreditas nihil aliud est quam successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis, *l.62.ff.de R.I.* Post aditionem vero confusum cum bonis adeuntis amittit nomen hæreditatis, *arg.l. sed si plures.§ si filio.ff.de vulg.& pup.*

III.

Hæredem eiusdem iuris esse, cuius fuit defunctus, constat, *l.59. ff.de R.I.*

IV.

Omnis hæreditas quamuis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur, *l.181.ff.de R.I.*

V.

Duo vincula plus ligant vno, *Auth.itaque.C.com. de success.*

VI.

Cui non licet quod minus est, multo minus licet quod maius est, *c.cui licet.de R.I.in 6.*

VII.

Hæreditas alieno arbitrio dari aut deferri non debet, *l.32.70.ff.de hæred. instit.*

VIII.

Qui in vtero est quo ad commodum pro iam nato habetur, *l.1.2. ff.de stat.hom.*

IX.

Vbi totum Testamentum corruit, ibi & pars Testamenti, *l.8.§. fin.ff. de inoff. Testam.*

X.

Absurdum est dementes melioris esse conditionis quam sapientes, *l.4.ff.quod vi aut clam.* quia possessio est facti non continuatur in hæredes, Dd. *in l.23.ff.de acquir.poss.* Wesen. *ad §.sui autem hæredes.h.t.*

XI.

Quod contra legem fit, id ipso iure nullum est, *l.5.C.de LL.*

XII.

Paria sunt aliquid non fieri, vel non legitimo modo fieri, *§.3.ff.de satisd.l.quoties.ff.qui satisd.cog.*

E Iure Canonico.

Clerico, si ingenuis gaudeat natalibus, deficientibus successoribus, ab intestato in totum succedit Ecclesia, *c.1.de success. ab intest.* si vero per hæreditatem, vel intuitu personæ aliquid acquisiuerint, Episcopi vel Presbyteri, siue Clerici dum viuunt, donare eis licet, cui voluerint, *d.c.1.*

APHORISMI POLITICI, EX PLVtarcho de ciuili administratione.

I.

Ad remp. capessendam non temere, sed certo animi iudicio, non gloriæ aut opum gratia, sed eo animo, vt ciuitati prosis, est accedendum.

II.

Populi quem regendum susceperis mores inprimis noscendi, nec licet mali, statim, sed pedetentim mutandi: quamobrem ad eos te ipsum ad tempus accommodes.

TITVLVS II.
DE LEGITIMA AGNATORUM SUCCESSIONE.

De suis & eorum successione quia dixti, dic quid iuris, si nemo suus hæres extat?

EO casu ad agnatum proximum hæreditas spectat, ex *l. 12. tab, tex. hic. in princ.*

Quid si non extet, sed speretur?

Perinde est, quia quoad spes superest de sui hæredis existentia, non admittitur legitima agnatorum successio, *l. pen. ff. vnd. legit. l. cum quidam. §. 1. ff. de acquir. hæred,*

Quid voluit L. 12. tab.?

Hoc, quod si intestatus moritur, cui suus non extabit hæres, agnatus proximus familiam habeto, *l. 195. §. 1. ff. de V. S.*

Quid sunt agnati?

Agnati sunt cognati per virilis sexus personas cognatione coniuncti, *§. 1. in princ. h. t. l. 2. §. agnati. ff. de suis & legit.*

Per adoptionem consistit ne ius agnationis?

Imo; nam inter filios naturales & eos quos pater adoptauit eorum agnatio stat, *tex. hic. vers. per adoptionem. l. 1. § fin. l. 2. §. 2. ff. de suis & legit.* quia & agnationis & familiæ ius ciuile est, *§. sed agnationis. ī. de leg. agn. tut.* Sequitur per adoptionem actum ciuilem acquiri, *l. 24 ff. de adopt.* sed improprie talis dicitur agnatio, *tex. hic.* Wesenb. *hic. in princ.* & solum hoc fit propter iura consanguinitatis in materia successionum quæ obtinent per adoptionem agnati *l. 1. ff de suis & leg.*

Quia pleraque in desuetudinem abiuere, dic quæ sunt ex §. cæterum hodie, in vsu?

In *fine huius* §. adductis antea multis antiquitatum obseruationibus in medium, tandem ex *l. vlt. C. de legit. hæred.* Constitutionem ad-

fert

fert Imp. quæ etiam in *Nou.* 118. reperitur: quod nimirum ſine ſexus differentia ſimili modo per virilem ſexum deſcendentes, hoc eſt, legitimæ perſonæ ad legitimam ſucceſſionem ab inteſtato vocentur, ſecundum tamen ſui gradus prærogatiuam, hoc eſt, vt fœminæ propriores agnatos remotiores excludant, §. *ceterum, h.t.* vid. *Auth. ceſſante cum ſeq. C. de legit. hæred.*

Quo tempore cenſetur quis ab inteſtato deceſſiſſe?

Quo certum eſſe ceperit nullum ex Teſtamento hæredem extiturum, & tunc proprie dicitur quis inteſtatus deceſſiſſe, vtputa deſtituto Teſtamento, *l.* 2. §. 4. *&* 5. *ff. de ſu. & leg.* §. *cum autem.* [illegible] *hæred. quæ ab inteſt.* Plura de iure veteri huius tituli affert Weſenb. vid. Ian. *Nou.* 118. *Auth. ceſſante. Auth. poſt fratres. C. de legit. hæred.* cum reliquis noui Iuris allegation.

REGVLÆ IVRIS SIVE AXIOMATA.

I.

Conſanguinei ſunt fratres ſororesque ex eodem patre, licet non eadem matre, hinc conſanguinitas dicitur fraternitas, §. *nos vero. h.t.*

II.

Contrariorum eadem eſt diſciplina, *ſupr. de leg patr. tut. l. ſecundum.* 10. *ff. de R.I. l.* 3. §. *fin. ff. de eo, quod cert. loc.*

III.

Quo tutela redit, eo & hæreditas peruenire debet, *l. quo tutela. ff. de R.I. d.l. ſupr. de legit. patr. tut.* §. *placebat. h.t. in fin.*

IV.

Numero ſingulari continetur pluralis, §. *ſi plures. h.t. l. qui filiabus.* §. 1. *ff. de leg.* 1.

V.

Proximus proprie eſt, quem nemo antecedit, *l.* 3. §. 3. *ff. de ſu. & leg. l.* 92 0. *ff. de V.S.*

VI.

Hodie iure repræſentationis filii fratrum, vel ſororum ſuccedunt cum patruis in ſtirpes, *Auth. ceſſante. C. de leg. hæred.*

VII.

Iure Nouellarum tota cognatio translata est in legitimam agnationem, cum pari ratione æque cognati ac agnati succedant, *Auth. de hæred. ab intest. Nou.* 118.

VIII.

Masculi sunt potiores & digniores fœminis, *l. in nullis. ff. de stat. hom.*

IX.

Qui adoptatur iisdem fit agnatus, quibus & pater agnatus est, & legitimam eorum tutelam consequitur, *l. 2. § 2. ff. de su. & leg.*

E Iure Canonico.

I.

Affinitas & consanguinitas contrahitur etiam ex damnato coitu, *c. 1. & c. discretionem. de eo qui cogno. consang. vx. sua. Concil. Trid. sess. 24. in decret. super reformation. matrim. c. 4.* Lancel. *de tripl. cogn.*

APHORISMVS POLITICVS, EX PLVtarcho de ciuil. administratione.

Licet populus vtatur malis hominibus, iisque ad tempus faueat, eos tamen postea notos repudiat prorsus. Remp. capessens illud munus maxime ambiat & curet, ad quod magis aptus est & idoneus.

TITVLVS III.

DE SC. TERTYLLIANO.

De qua re tractat SC. Tertyllianum?

DE successione matris, quia l. 12. tab. stricto iure masculorum progeniem fœminini sexus præponebat, *tex. hic. in pr.* imo nullum inter matrem & filium filiamve ius hæreditatis capiendæ olim erat, quia fœmina filium vel filiam in potestate non habet, § *fœmina. supr. de adopt.* cum sit finis suæ familiæ, *l. 145. § fin. de V. S.*

Quid est SC. Tertyllianum?

Est SC. quo cauetur matri non auiæ de ab intestato successione deferenda, Diui Adriani temporibus factum, *tex.*1. §.1.*l.*2.*t.t. ad SC. Tertyll.* vt nempe mater ingenua trium ius liberorum habens & libertina quatuor ad bona filiorum filiarumque, ad successionem filiorum filiarumve ex causa intestati admittatur. Sed quia hæc hodie non obseruantur, non est operæ precium diu his inhærere, cum fontem in *Nou.*118. habeamus. Et iure nouissimo æqua lance mater cum patre succedunt, *Auth. defuncto fin. lib. fil. C. ad SC. Tertyl.*

REGVLÆ IVRIS SIVE AXIOMATA.

I.

Ex hoc titulo notandum venit filiam etiam nuptui datam in sacris, siue patria potestate residere, *l. si vxorem. C. de condit. insert. l.*12.*C. de collat. l.*2.§.1.*ff. sol. matrim. l. si vt proponis.* 7.*C. de nupt.*

II.

Hodie nemo inter patrem & matrem quoad hanc successionem præfertur, sed ambo simul admittuntur excluso auo, *Auth. defuncto. C. ad SC. Tertyl.*

III.

Mater spurio succedit ex SC. Tertyll. *tex. h.t. in fin. l.*2.*ff. eod. l.* 4.*ff. vnde cog.* Cuiac. *lib.*5.*obs. c.*6. nisi sit illustris, *d.l.*2.*vbi gloss.*

IV.

Inter filium & matrem nullum est ius agnationis, sed cognationis, quia illud est nomen Iur. ciuil. hoc iur. sanguinis, *h.t.*

V.

Olim si filii in potestate patris decedebant, patri non successionem, sed ius peculii, siue potestatis relinquebant, quo petierunt hæreditatem, *l.*1.2.*t.t. de Castr. pecul.* §.1.*ĩ. quib. non est permiss. fac. Testam.*

VI.

Ascendentibus hodie legitima debetur, *Nou.*115.*supr. de inoff. Test.*

VII.

Fœmina suos hæredes non habet, *l.*13.*ff. de su. & leg.*

E Iure Canonico.

Canonica portio parochialis eſt, quæ debetur curato de relictis factis Eccleſiæ, in qua quis poſthabita propria Eccleſia elegit ſepeliri, Lancell. *de Canon. porti. tit. 25. lib. 2.*

APHORISMI POLITICI ex Plutarcho.

I.

Contrariæ factiones hominum modo non coniurantium in rempubl. aut eam perturbantium non ſunt omnino tollendæ, ſed tanquam æquilibrium futurum retinendæ.

II.

Remp. capeſſens cuncta ciuitatis conſilia aut decreta ad ſummum Magiſtratum referens meticuloſam reddit remp. eamq; tandem in ſeruitutem redigit.

TITVLVS IV.
DE SC. ORPHITIANO.

Quid eſt SC. Orphitianum?

VT præced. SC. Tertylliano de matrum ſucceſſione cautum erat, ſic præſenti liberis proſpicitur, vt & illi matribus abſq; Teſtamento defunctis ſuccedere queant: dictum ita ob Orphitio, quia Orphitio & Rufo Coſſ. hoc factum erat, *tex. hic. in princ.*

Succedunt ne etiam ſpurÿ vice verſa hoc SC. matri?

Imo, cum matrum conditionem ſequantur, *l. lex naturæ. 24. ff. de ſtat hom. §. nouiſſime. h. t.* quod ſecus eſt inter patrem & filios naturales, vid. Weſenb. *h. t.* aduſque vero ſpurii matri ſuccedunt, vt vna cum iuſtis liberis admittantur, niſi mater ſit illuſtris, *l. pen. C. de SC. Orphit.* Sed quia iura nouiſſima & huic SC. derogant, ideo hæc ſufficiunt.

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Hæredes matris fiunt legis hæredes, *l.1.2.ff.de pet.hæred.* quia Senatus legem facit, *l.non ambigitur.ff.de LL.* & per conseq. etiam hæredes, *d.l.1.2.* Sed non suos vt l.12. tab. Wesenb. *h.t.*

II.

Hoc Titulo & Auth. *de hæred. quæ ab intest.* §.1. *Nou.* 118. filiorum appellatione nepotes & liberi veniunt, *l* 84. *ff.de V.S.*

E Iure Canonico.

Ecclesiæ debetur Canonica portio de relictis Episcopi, quam tamen potest Testator prohibere. Aliud est quando relinquitur Ecclesiæ tantum, vbi Episcopus habet quartam non obstante taxatiua, *c.requisiuistis de Testam.* Lancell. *lib. de Canon. port.*

APHORISMI POLITICI, ex Plutarcho.

I.

Pleraque minora peccata condonanda populo, vt grauiora punire possis. Nimia enim seueritas eum facit contentiosum.

II.

Consueta sunt relinquenda, modo Remp. aut eius opes non euertant, vel absumant.

TITVLVS V.

DE SVCCESSIONE COGNATORUM.

Quia de suis, de agnatis, ab intestato succedentibus huc vsq;, porro dic, est ne tertius succedendi modus?

EST, nimirum cognatorum successio, quam Prætor introduxit, quippe hi nulla legitima cõiunctione olim erant ꝓpinqui, quare

etiam ad hereditatem, quæ iuris est ciuilis, olim non admittebantur, *l.1.5.ff. vnde cogn.*

Quid iuris erat in agnatis emancipatis?

Agnati emancipati, hoc est, capite minuti, minima scilicet cap. diminutione, natique ex his non censebantur legitimi, l.*12.*tab sed tertio etiam ordine à Prætore vocabantur, exceptis tantum fratre & sorore emancipatis, §.1.*h t.*

Obseruatur ne idem ordo hodie?

Non, quia agnatorum & cognatorum differentia sublata est, *Nou.*118. *Auth defuncto.*C *ad* SC.*Tertyl.* atque sic primò descendentes, secundo ascendentes, tertio collaterales succedunt hodie, *Auth. de hæred. ab intest.*

Quæ est differentia specifica agnationis & cognationis?

Ea hic duobus verbis eleganter notatur, nempe quod agnatio sit à patre, cognatio à matre, §.*vulgo.h.t.*

Quo gradu vocabantur liberi adoptiui ad naturalium parentum hæreditatem?

Eodem tertio gradu proximitatis, id est cognationis, §.*eos etiam. h.t l.*3.4.*ff.vnd.cogn.*

Vulgo quæsiti habent ne ius agnationis?

Non, *d.*§.*vulgo.& d.l.*4.*ff.vnd.cogn.* & quod hic de spuriis dicitur, etiam de naturalibus & extra coniugium susceptis est intelligendum, Dd. *hic.&* §.*pen. supr. de* SC. *Orphitiano.*

Inter consanguinitatem & agnationem quæ differentia?

Consanguinitas est quasi species agnationis, *d.*§.*vulgo.* Nam agnatio omnes à patre coniunctos, consanguinitas solum fratres & sorores complectitur, §.1.*supr. de legit. agn. success.*

Quoad procedit successio agnatorum & cognatorum?

Sublato discrimine inter agnatos & cognatos, per *Nouell.*118. *& Auth.defuncto.C.ad* SC.*Tertyl.* ad decimum gradum, sed si contingent certi, & vlterius, de iure admittentur excluso fisco, cum id magis sit fauorabile, Wesenb.*hic.in fin.*

REGVLÆ IVRIS SIVE AXIOMATA.

I.

In adulterio vel damnato coitu suscepti, nec cum legitimis, nec cum incestuosis, nec inter se cognationis, vel successionis ius habent, Angel. *in* §. *nouissime.nu.*4.6.*§.de SC. Orphit.*

II.

Consanguinitatis ius species est agnationis, §. *vulgo.h.t.*

III.

Proximitatis nomine designatur cognatio per sexum fœmineum inducta, *l* 1, C. *de leg. hared.* §.1.2. *supr. de leg. agn. success.*

IV.

Si vinco vincentem te, multo magis vincam te, *l. de access.*14. *ff. de diuers. & temp. præscr. gloss. in l. assiduis.*12. *verb. licet.* C. *qui pot. in pign.*

V.

Hodie filios fratrum æque vt fratres, L. *Iustin.* admittit. *l. fin.* C. *de leg. hæred.*

E Iure Canonico.

Licet plures, non debeant esse patrimi, si tamen plures fuerint, cum omnibus spiritualis contrahitur cognatio, *c. quemadmodum de iureiur. l. patre. ff. de his qui sui vel ali. iur.* Lancel. *de tripl. cognat.*

APHORISMI POLITICI *ex Plutarcho.*

I.

Popularem se ac familiarem subditis reddat Magistratus, præsertim in theatris, certaminibus publicis & religiosis conuentibus, & in iis vna cum populo adsit & quidem frequens.

II.

Populo si quid magnum illique gratum & cupidum eripias, concedendum aliquid aliud parui momenti ad sedandam seditionem.

III.

Remp. capessens, ad ea quæ ipse per se præstare non potest, adsciscat libenter peritiores per quos adiuuetur.

TITVLVS VI.
DE GRADIBVS COGNA-tionis.

Quia de gradibus hoc tit. sequitur, nonne supra lib. 1. tit. 10. de nuptiis, iam de hac materia dixti?

VErum, dixi, & regulas certas pro quauis linea ex Iur. ciuil. subieci, exemplisque easdem illustraui, sed quia inciuile esset valde reliquis titulis suum tribuisse, huic id ipsum denegare, iccirco sequitur & hic semel suscepta methodus.

Quid est gradus?

Gradus secundum Gothofr. & Host. *in sum. de consang. & affin.* est quædam habitudo, siue distantia personarum adinuicem consanguinitatis & affinitatis sibi iunctarum facta collatione ad communem parentem. Vel est vnius personę distantia ad aliam in linea consanguinitatis. Hic Wesenb. vocat gradum transitum de proximo in proximum agnatum. Ergo quot sunt transitus in remotiorem, tot sunt gradus iure ciuili,

Seriem cognationis quomodo ICti describunt?

Ita, vt vna sit superior ascendentium, altera descendentium inferior, & denique ex transuerso collateralium, *tex. hic. in princ.*

A quo gradu incipitur numeratio?

In linea recta, hoc est, in superiori & inferiori à primo gradu, *l. 1. ff. de grad. tex. hic.* §. 1. in transuersali vero secundo gradu, *d. l. 1. §. 1. ff. eod. & d. §. 1. h. t.*

Quare in primo gradu in linea recta fit numeratio, in obliqua vero secundo?

Quia pater & filius sunt principia omnis generationis: hinc pater in ascendenti linea facit primum gradum: in descendenti vero filius obtinet primum gradum: in transuersali secus est, vt dixi.

Dic graduum exempla à Iustiniano descripta, h.t.

Primo gradu ascendentium est pater, mater: secundo auus, auia, tertio, proauus, proauia, &c. descendentium primo gradu est filius, filia, secundo, nepos, neptis, tertio, pronepos, proneptis: In transuersali linea secundo gradu frater, soror: tertio, fratris sororisque filius, filia: Et non inconuenienter patruus, id est, frater patris, auunculus, id est frater matris, vterque vero promiscue, θεῖος appellatur, amita patris soror, matertera matris soror, vtraque & hic θεία promiscue appellatur, *tex. hic. l. 10. ff. de grad.*

Quid vero Iur. Canonic. est ne frater etiam secundo gradu?

Non, sed primo, quia stipitem tantum matrimonii causa considerat, *c. ad sedem. 35. quaest. 5.* & regula est, quot gradibus pares in linea aequali distant, totidem inter se hoc iure differunt, Wesenb. *h. § primo gradu.*

Qui numerantur porro quarto gradu?

In ascendenti linea abauus, abauia: in descendente abnepos, abneptis: in transuersali fratris sororisque nepos, neptisve. Et non inconuenienter patruus magnus, amita magna, id est, aui frater & soror. Item auunculus magnus & matertera magna, id est, auię frater & soror: item consobrinus, consobrina, qui quaeve ex sororibus, fratribusve procreantur, *§. quarto. h.t.*

Quomodo vocantur ex duobus fratribus filiae?

Sorores patrueles, vt filii quoque fratres patrueles: ex sorore tamen & fratre procreatos amitinos proprie appellant, *§. quarto. in fin.* vbi & hoc adiicitur, quod proprie amitae filii te consobrinum, tu illos amitinos queas nominare.

Quomodo vocantur alias ex fratre & sorore nati?

Consobrini promiscue, sic materterae filius matruelis, patrui vero patruelis, *l. 1. ff. ad l. Pomp. de parric.* Wesenb. *h. § quarto.*

Profer exempla quinti gradus.

Quoad lineam superiorem sunt, atauus, atauia, quoad infe-

riorem

riorem adnepos adneptis:ex transuerso fratris sororisque,pronepos proneptis.Huc referri possunt quinto gradu congruenter proauunculi & promatertera,id est, proauiæ frater & soror: item propatruus proamita, id est, proaui frater & soror. Deinde fratris vel sororis patruelis consobrini & consobrinæ, amitini amitinæ, filius & filia, patrui magni,amitæ magnæ,auunculi magni,materteræ magnæ, filius filia,§.*quinto.h.t.l.1.in fin.ff eod.*

Quæ sunt nomina sexti gradus?

In superiori linea tritauus tritauia, in inferiori trinepos trineptis, in collateralium ordine fratris sororisque abnepos abneptis: nec absre, appatruus abamita,id est,abaui frater & soror: abauunculus amatertera,id est,abauiæ frater & soror: denique fratris sororisque patruelis,consobrini consobrinæ, amitini amitinæ, nepos neptis: & consequenter propatrui,proamitæ, proauunculi, promateteræ, filius filia. Et postremo sobrini sobrinæ, id est, qui quæve ex fratribus sororibusve, patruelibus vel consobrinis, vel amitinis progenerantur,§.*sexto h.t.*

Si vlteriorem requisiueris graduum connumerationem, quam obseruabis regulam?

Hanc, quam Imp. hic proponit sane breuem, sed per omnia ad graduum connumerationem perfectam & summam: Semper generata persona gradum adiiciat, §.*hactenus.h.t.* & sciendũ, quod agnationis gradus eadem ratione numerentur,*d.§.hactenus.h.t.* vid. plura *de grad.consang.deci.part.2.caus.35.q.5.l.10. ff. de grad.* Dicta vide *supra* quæ habes quomodo affinitas sit computanda. Affinitas vero est personarum proximitas ex coitu proueniens carens omni parentela, & dicitur quasi duorum ad vnum finem vnitas.

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Magis veritas oculata fide quam per aures hominum animis infigitur,§.*hactenus.h.t.*

II.

Semper generata persona gradum adiicit,§. *hactenus.h.t.*

III. Pa-

III.

Pater & filius sunt fons omnis generationis, §.1.*h.t.*

IV.

Gradus affinitatis iure Canonico eodem modo numerantur, quo consanguinitatis: reuera tamen nulli sunt gradus, quia non vnus ex alio gignitur, & sic non entis nullæ qualitates, & ex nihilo nil generatur, *l.*4.§.*gradus.ff.eod.*

V.

Ex affinitate nullum ius succedendi competit, *l.*7. *C.com.de success.*

E Iure Canonico.

Cognatio triplex est: Spiritualis, quæ fit per lauacrum regenerationis: naturalis, & legalis, quæ fit per adoptionem. Iure Canonico, sic numerantur gradus; quoto gradu vtraque persona in linea ęquali à communi stipite distant: Eodem distant & inter se. In linea inæquali vero quoto gradu remotior distat à stipite persona, eodem inter se distant.

APHORISMI POLITICI ex Plutarcho.

I.

Remp. capessens lucri cupidus, vel lucripeta à nullo vnquam scelere abstinebit.

II.

Honos verus, quo contentus esse debet qui Remp. capessit, est publica beneficii à se collati in Remp. memoria, seu beneuolentia ciuium.

TITVLVS VII.

DE SERVILI COGNATIONE.

De quibus iuribus tractatur præsenti titulo?

DE iis iuribus quæ plane desuetudine sunt inumbrata, vtputa seruili cognatione, quæ Iustiniani Imp. singulari humanitate

& discretione peculiari cõstitutione est in melius disposita, sed quia ista constitutio, quæ græca erat, non extat, ideo eam allegare nõ possumus. In hoc tamen titulo hoc extat, vt si quis in seruili constitutus consortio liberum, vel liberos habuerit, siue ex libera, siue ex seruilis conditionis muliere, vel contra serua mulier ex libero, vel seruo habuerit liberos, cuiuscunq; sexus, & ad libertatem his peruenientibus patre vel matre, scilicet ii qui ex seruili ventre nati sunt, libertatem meruerint, vel dum mulieres liberæ erant, ipsi parentes in seruitute eos habuerint, & postea ad libertatem peruenerint, vt hi omnes ad successionem patris, vel matris veniant, patronatus iure in hac parte sopito, §. *sed nostra. h. t.*

Quare extat liberum, vel liberos?

Vt in vno etiam habeat constitutio locum: licet alias & is qui vnum habet duntaxat, liberos habere dicatur, *l.* 148. *ff. de V.S.*

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Quod attinet ad ius ciuile serui pro nullis habentur: non tamen iure naturali, quia quod ad ius naturale pertinet, omnes sunt æquales, *l.* 32. *ff. de* R.I. Hinc serui obligantur naturaliter, tam in contractibus quam delictis, *l. serui. ff. de A. &* O. *l. naturaliter. l. si id quod. ff. de condict. indeb.*

II.

Quamdiu ex linea descendentium aliquis superest, excluduntur ascendentes & collaterales, *l.* 1. 2. *ff. de suis & leg.* §. 1. *Auth. de hered. ab intest. Nouell.* 118.

E Iure Canonico.

Vxor cuiusq; eius est gradus reputanda, cuius est maritus, Lancel. *de tripl. cogn.*

APHORISMI POLITICI, ex Plutarcho.

I.

Nihil tam populum homini conciliat remp. capessenti, quam opinio fidelitatis & virtutis, quæ in eo esse existimatur.

II.

Beneficentia quæ fit in cultum Dei, maxime populo grata.

III.

Quies populi & animi mansuetudo potius, quam eiusdem impetus & effrenis licentia Reip. salutaris & optanda & curanda.

TITVLVS VIII. DE SVCCESSIONE LIBERTORUM.

Quid est libertus?

EST libertinus, qui ex iusta causa seruitutis manumissus est, §. *de libertinis.*

De qua successione tractatur hic?

De passiua successione libertorum, qua nimirum patroni ipsi liberto succedant, licet in præcedentibus de actiua successione sit dictum, vt de successione agnatorum & cognatorum: & quidem ordine hæc antiqua iura proponuntur, *quomodo l.12.* prout iure Prætorio, quemadmodum l. Papia. & deniq; qualiter iure ex Iustin. noua constitutione: de hoc postremo iure, v. §. *nostra. h.t. l.4.* §.1. *C. de bon. libert.*

Quæ sunt ista iura?

Ea hic recensere opus esse vix reor, cum & hæc successionum genera non sint hoc tempore in vsu, quæ & *tit.5. de libertin. lib.1. Inst.* sunt correcta. Vbi Iustinianus omnes libertos nullo, nec ætatis manumissi, nec domini manumittentis, nec in manumissionis modo discrimine habito, ciuitate Romana decorauit, *l.17. ff. de stat. hom.* Quare cum omnes sint ciues Romani in orbe, hæc iura non adeo militant, nec institutum iisdem inusitatis onerare volui. Hoc duntaxat ex Wesenb. adnotato, quod ex §. *sed hæc. in fin. h.t.* appareat, *d.l.17. de stat. hom.* solum de ingenuis antea fuisse intellectam.

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Ad neminem potius parentum hæreditas pertinet quam ad liberos, §.1.*in fin.h.t.l.scripto.vnde liberi.l.fin.ff.de bon. dam.*

II.

Omnes liberti ciuitate Romana fruantur, §.*sed hæc.h.t.in fin.*

III.

Lex Papia multa habuit capita, ne scilicet sexagenatius vxorem, ne Senator libertinam duceret: de Caducis, de patroni iure in libertos, *l.1.in princ. C.de Cad.toll.l.44.ff.de rit.nupt.*§.1.*Instit.toto h.t.*

E Iure Canonico.

Bona serui promoti ad sacros ordines ab intestato decedentis diuiduntur in quatuor partes, quarum vna Episcopo, altera Ecclesię, tertia pauperibus, quarta parentibus adsignatur, *c.2.de success.ab intest.* Lancel. *de pec. Cler.pag.*243.

APHORISMI POLITICI, EX ISOCRATIS oratione ad Nicoclem.

I.

Ama eos quibus imperas, & effice vt ab iisdem quoque ameris.

II.

Amor populi diuturni Imperii est fundamentum.

III.

Leges & consuetudines malæ tollendæ quantumuis diuturnæ.

IV.

Fides & constantia dictorum in Rege præcipue commendantur.

TITVLVS IX.
DE ASSIGNATIONE LIBERTORUM.

Quid est assignatio?

EST quando Patronus vni ex suis libertis libertum assignat, vt ad eum solum pertineat hæreditas, *l. 1. ff. de assign. libert.* alias absque assignatione huiusmodi ad omnes Patroni liberos, qui eiusdem sunt gradus æqualiter bona libertorum pertinent, *tex. hic. in princ.* & sciendum, quod etiam nepoti neptive talis assignatio fieri permittebatur, §. 1. *in fin. h. t.*

Emancipatis potest ne fieri assignatio?

Non potest, §. *datur. h. t.* nisi fiat iure coniunctionis, cum videlicet suo & emancipato libertus copulate assignetur, *l. 9. ff. eod.* Wesen. *hic.*

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

In orbe Rom: qui sunt è constitutione Imperatoris Antonini ciues Romani effecti sunt, *l. 17. ff. de stat. hom.* Ergo quilibet ingenuus cuiuscunque prouinciæ vere Italici iuris censetur, *Nouell.* 78. *c. 5.* ibi Gothofr.

E Iure Canonico.

Episcopos transferre ad solum Apostolicæ sedis Antistitem certissima ratione pertinet, & hic est vnus casus de reseruatis Apostolicæ sedi, de aliis vid. *c. quod translationem. de offic. leg. c. quod sedem. de offic. ordin.* Lancel. *de Transl.*

APHORISMI POLITICI, EX ISOCRATIS oratione ad Nicoclem.

I.

Bellorum sciens sit quidem Princeps, pacem tamen amet.

II.

Præferendi in Rep. gerenda qui promissa præstant, & cæpta perficiunt.

III.

Legi pareat ipsemet Princeps.

IV.

Citra modum potius quam vltra consistas.

V.

Consiliarius optimus est res etiam Regibus ipsis præstantissima ac vtilissima.

TITVLVS X.

DE BONORVM POSsessionibus.

Quid est bonorum possessio?

EST modus acquirendi rerum dominia iure Prætorio ordinatus, §.1.*h.t.* nec hic possessio nudam & à dominio distractam possessionem significat, *vt in l.*11.§.1.*t.t.ff. de acquir. possess.* sed ipsum quasi rerum dominium: Vel est ius recipiendi, prosequendi & retinendi illud, quod in bonis illius erat, cui succedit de iure Prætorio, *l.*3.§. *bonorum.ff.eod.*

Quare à Pratore est introductum hoc ius bon. poss.?

Veteris iuris summi emendandi gratia, *in princ. h.t.* imo & confirmandi causa, ex æquo & bono tanquam temperamento summi Iuris, Wesenb. *hic.*

Potest ne Prator haredem facere?

Non potest, §.*quas autem. hic.* & ratio est, quia hæres dominus fit familiæ, §.*fin.* ℑ. *de hared. qual.* sed Prætor familiarum Dominus non est, quia nullus Magistratus L. Valerii Publicolæ ius habet in caput ciuis Rom. vel in eiusdem bonis, sed duntaxat lex, *l.*2.*ff. de LL.* Item Senatusconsultum, quod habet vim legis, *l.*8.*ff. de LL.* & etiam constitutiones Principum, quæ pariformiter sunt leges, §. *sed & quod Principi.* ℑ. *de I.N.G. & C.*

Quomo-

Quomodo vocatur is cui Prætor dat bon. poß.?

Poſſeſſor bonorum,& loco hęredis conſtituitur quoad effectum, *l.1.2.ff.eod.* §. *autem.h.t.* & ſciendum, quod peræque ac ius ciuile ad ſucceſſiones vocat,quibus commune competunt, *l.ſcripto.ff.vnde lib. l.vlt.ff.de bon.dam.l. nam etſi. ff. de inoff.Teſtam.*

Quot ſunt bonorum poſſeſſiones?

Extraordinariæ ſunt duæ,ex Teſtam.ſcilicet tam ſecundum tabulas quam contra: & quatuor ab inteſtato,nim.bonor.poſſeſſio vnde liberi,bonor.poſſeſſio vnde cognati,bonor.poſſeſſio vnde agnati,& bonor. poſſeſſio vnde vir & vxor, & hoc fit ne quis ſine ſucceſſore moreretur, §.*quos autem.*§.*ſunt autem.h.t.*

Cui datur bonorum poſſeſſio contra tabulas?

Præteritis liberis & Patronis, §. *ſunt autem. h.t. l.1.ff.de bon.poſſeß. contr.tab. l.2.ff.de bonor. libert.*

Quibus datur bonor. poſſeſſ. ſecundum tabulas?

Omnibus iure ſcriptis hæredibus tam liberis quam extraneis,& ſciendum quod hanc ius ciuile non impugnat, vt præcedentem, ſed confirmat, *t.t. de bon.poß.ſecundum tab.*

Eſt ne hodie bonor. poſſeſſio prætoria, vnde decem perſonæ: in vſu?

Non: quia eam pio propoſito & compendioſo ſermone Imp. ſuperuacuam eſſe dixit, §.*ſed eas.h.t.*

Quid eſt bonor. poſſeſſio vnde liberi?

Eſt quæ datur filio emancipato, quando pater decedit ab inteſtato,& eſt ordinaria,nec eam habent liberi in linea materna, *l.quoties. C. de ſu.& leg.hæred.*

Quid eſt bonor. poſſeſſio vnde agnati?

Bonorum poſſeſſio vnde agnati, vel vnde legitimi ordinaria eſt, & datur proximis cognatis coniunctis per virilem ſexum poſt liberos ab inteſtato, §.*ſed eas quidem.h.t.*

Quid

Quid est bonorum possessio, vnde cognati?

Et hæc est ordinaria secundum Speculatorem,& datur ab intestato per fœmineum sexum coniunctis,vt si neque liberi,neque agnati adsint,*d.*§. Dd.*hic.*

Quid est bonorum possessio, vnde vir & vxor?

Etiam hæc est ordinaria & dabatur viro muliere ab intestato decedente agnatis, vel cognatis non existentibus, & è contra viro ab intestato decedente muliere, agnatis & cognatis non extantibus. Hodie vero ex *Auth. præterea.C.vnde vir & vxor.* succedunt iure ciuili. Ias.*d. Auth.nu.* 11. de aliis extraordinariis bonor. possess. vid. Dd. §.*septima. h.t.*

Quando peti potest liberorum possessio?

Liberis & parentibus, tam naturalibus,quam adoptiuis anni spacium Prætor præfixit: cæteris vero agnatis,vel cognatis centum vtilium dierum dedit, §. *cum igitur. h.t. l.1.ff.de success. edict. l.15.ff. rem rat. hab.*

Quare hoc fit?

Ne actiones creditorum differentur, sed haberent quos conuenirent *l.1.ff.de success.edict.*& si neglexerint intra hoc tempus hanc bonorum possess.ius accrescendi in eiusdem gradus personis militat, §. *cum igitur. h.t.* nisi statim quis repudiauerit sibi delatam bonorum possessionem, quo casu præfixum tempus non expectatur, *l.1.§.4.ff. de success. edict.*

Quomodo potest peti bonorum possessio?

Simpliciter apud quemuis Iudicem omissis verborum solennitatibus & captionibus,*l.fin.C. qui admitti.*

Quid sunt dies vtiles?

Sunt dies, quibus quis certior erat factus sibi competere bonorum possessionem,& quibus eam petere potuit, nec sunt continui, cum continuo agi non possit, *l.2.ff.quis ord.in bon. poss.* & sciendum, quod omnes dies quibus copia Magistratus tam publice quam priuatim datur,in his computentur, Wesenb. *h.t.*

REGV-

REGVLÆ ET AXIOMATA.

I.

Bonorum possessionem cum denotamus, res ipsas non significamus, id quod Vlp. voluit, *l. 3. ff. de bon. poss.* vbi bonorum possessionem à rerum possessione differre tradit, quod hæc corporis magis est quam iuris, illa vero iuris magis, & ideo etsi nihil corporale sit in hęreditate: attamen eius bonor. possess. agnosci posse Labeo ait.

II.

Bonorum possessiones quæ plenam causæ cognitionem requirunt & pro tribunali petuntur, non habent dies continuos, sed vtiles sessionum, quibus pro tribunali agi potest, Wesenb. *§. h. t.*

III.

Prætor continuo sui copiam non facit, *l. 1. 26. ff. ex quib. caus. mai.*

IV.

Lex à toto populo fertur, *§. lex. in ver. quod pop. Rom.* *Ĩ. de I. N. G. & C. l. 11. ff. de L L.*

APHORISMI POLITICI, EX *Agapeto Diacono.*

I.

Quo quis in Rep. maiorem gradum dignitatis est consecutus, eo Deum colat summissius, 1. 9.

II.

Rex legi ipse pareto: suis autem legibus iisque iustis populum regito, 1.

III.

Bonæ leges sunt Reip. neruus: at iniustitia & effrenis licentia est fluctus Reip. ac tempestas periculosissima.

IV.

Quam acerbus Princeps est subditis & durus, tam durum Deum & ipse quoque experietur.

II.

Aſſentatores à Regibus tanquam peſtis vitandi, quia non vtilia, ſed quæ placent conſulunt.

III.

Regis animus ſit in vtroque euentu bono vel malo conſtans.

TITVLVS XII.

DE EO CVI LIBERTATIS cauſa bona addicuntur.

Eſt ne & hic modus acquirendi per vniuerſitatem?

EST, & deſcendit ex conſtitutionibus: vt enim hæreditas eſt ex iure ciuili primus modus, bonorum poſſeſſio ex I. Prætorio ſecundus, & quæ fiebat per arrogationem ex conſuetudine, ſiue iure non ſcripto tertius, ita præſens adquirendi modus ex conſtitutionibus quartus eſt, Weſenb. *hic.*

Quare eſt introductus hic titulus?

Libertatum tuendarum gratia, quarum cauſa oppido fauorabilis eſt, *l. libertas. ff. de* R. I. & vt vltimarum voluntatum liber ſit ſtylus qui denuo non redit, *l. 1. C. de S. S. Eccleſ. Nou. 22. c. vnde ſancimus.* ac vt famæ defuncti parcatur, ne bona eorum à creditoribus poſſiderentur, §. 1. *I. quib. ex cauſ. man. non licet. l. Curator. C. de Curat. fur.* Poſſidentur autem ſi hæres nullus extiterit.

Quid ſi Codicillis libertates quis dederit?

Licet inteſtatus deceſſerit alias, tamen ſalua manet conſtitutio hæc, ſi nemo ſucceſſor ab inteſtato exiſtat, *l. 2. ff. de fideicom. lib. l. 6. C. eod. l. 4. de fideicom. lib.* vbi copioſius, *tex. hic.*

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Idonee cauere inquit Vlp. est satisdatio, aut datis pignoribus cauere, vel si fides sit habita, *l.4.*§.*addidici.ff.de fideicom.libert.*

II.

Cessante causa cessat effectus, vel dispositio, §.*hac constitutio.h.t. c. cum cessante.* C. *de appell.* quare hæc constitutio non habet locum, nisi Testamento libertates sint datæ.

III.

Libertas semel data non reuocatur, *t.t.* C. *si aduers. lib.* §. *hoc rescripto. h.t.*

IV.

Interest Reip. libertates conseruari, *l.4.ff.de fideic.lib.*

E Iure Canonico.

Confirmatus & nondum consecratus exercet solum quæ sunt iurisdictionis, non quæ sunt ordinis, & nemo dat quod non habet, Lancell. *tit.de Consa.* Abb *in c. dudum.de Elect.* Bart. *in l. barbarius.ff.de offic. Prætor.*

APHORISMI POLITICI ex Agapeto.

I.

Solius virtutis locus est immortalis, 18.19.

II.

Hostes armis domantur veluti feræ: subditi vero beneficentia veluti oues propriæ demulcentur & deuinciuntur, 20.

III.

Qua quis mensura aliis fuerit metitus, eadem ille Deus remetietur, 23.24.

TITVLVS XIII.

DE SVCCESSIONIBVS SVBlatis, quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex SC. Claudiano.

Quales hi ſunt acquirendi modi?

ETiam ſunt modi acquirendi per vniuerſitatem, ſed in deſuetudinem abiuere.

Quales erant bonorum venditiones?

Erant per vniuerſitatem ſucceſſiones, vt fuit bonorum emptio, de bonis debitoris vendendis introductæ, *in princ. h.t.l.29.quib.ex cauſ.in poſſ.eat.* & ſciendum quod hanc venditionem comitabatur infamia.

Quid eſt SC. Claudianum?

SC. Claudianum ſtatuerat, quod mulier libera ſeruili amore capta, ſi ei denunciatum eſſet, ne commiſceretur ſeruo ſuo, & Iudex ſuper ea cauſa eam admonuiſſet, nec tamen acquieſceret, ſubſtantiam ſuam & libertatem amittebat & fiebat ſerua, qui acquirendi modus ſextus ſublatus quoque eſt, tanquam indignus etiam noſtris temporibus, §.*fin.h.t.l.1.C.de SC. Claud.*

REGVLA SIVE AXIOMA.

More ICti extra ordinem fieri dicitur, quod fit non vſitata iudiciorum ſolennium forma & progreſſione, *l.178.de V.S.l.8.ff.de publ. iudic.*

APHORISMVS POLITICVS ex Agapeto.

Diu delibera, ſed deliberata mature facito, nec te pudeat aliorum ſententiam ſequi.25.37.

TITVLVS XIV.
DE OBLIGATIONIBVS.

Quid est obligatio?

OBligatio est iuris vinculum, quo necessitate adstringimur alicuius rei soluendæ, secundum nostræ ciuitatis iura, *in princ. h.t. l.3. de O.& A.*

Quomodo diuiditur obligatio?

Summa diuisione diuiditur obligatio in duo genera, nempe in ciuilem, vel Prætoriam obligationem.

Quid est ciuilis obligatio?

Est obligatio, quæ aut legibus est constituta, qualis est legitima pactio, *l.6.ff. de pact.* vel certe iure ciuili comprobata, vt sunt obligationes iuris gent. quæ ex commerciis descendunt, vt emptio locatio, quæ iure ciuili sunt comprobatæ obligationes, *l.7. ff. de pact.* vbi sciendum, quod licet pactum pariat obligationem & actionem, non tamen id fit propria indole vel vi, sed quatenus comprobationem habent à I.C. *l.6.7. ff. de pact.*

Quid est Prætoria obligatio?

Est obligatio, quam Prætor ex sua iurisdictione constituit, quæ etiam honoraria nuncupatur, §.1. & nascitur ex æquitate, & datur deficiente obligatione ciuili in subsidium, *l.11.21. ff. de præscript. verb.*

Nonne est alia subdiuisio obligationum?

Est: nam alia oritur, vel ex contractu, vel ex quasi contractu, aut ex maleficio, vel quasi maleficio, §. *sequens. h.t.*

Nonne est alia huius secundæ diuisionis subdiuisio?

Est: nam earum, quæ ex contractu oriuntur obligationum, quædam contrahuntur re, quędam verbis, quędam literis, quædam consensu: de quibus paulo post ordine.

Nonne habes alias Dd. obligationum diuisiones?

Habeo: diuidunt namq; obligationem etiam in directam, vel vti-

lem;

lem: illam dicunt esse, quam verba legum exprimunt: hanc aiunt esse, quæ per interpretationem, vel extensionem fit, cuius hodie par est effectus cum directa, vt non adeo referat, vtili siue directa quis conueniatur, Cuiac. *lib. 15. obs. c. 11. l. quamuis. §. si mulieri. ff. ad SC. Velleian.* Item quædam transit in hæredem, quædam solum principalem ligat: item quædam est simplex, vel mixta, & simplex denuo vel naturalis, vel factitia.

Quæ est naturalis obligatio?

Quæ ex iure naturali primario proficiscitur: ex hac seruus & alii qui iuris ciuilis commercium non habent, obligantur, *l. 32. de R.I. l. 13. ff. de cond. indeb.*

Quid est factitia obligatio?

Factitia (si est iur. gent.) est ea, quam omnes populi ex commentatione rationis approbant: si vero est iur. ciuil. tunc dicitur ea, quam constituit & approbauit pop. Rom.

Quæ est mixta obligatio?

Est ea, in qua naturalis & factitia simul concurrunt.

REGVLÆ IVRIS SIVE AXIOMATA.

I.

Is natura debet, quem iure gentium dare oportet, cuius fidem secuti sumus, *l. 84. ff. de R.I.* Hinc iuris gentium obligationem propter consensum qui naturalis, dicuntur naturales: propter authoritatem vero iuris ciuilis, quæ illis obligationibus accessit, *l. iuris gent. ff. de pact.* dicuntur ciuiles.

II.

Nihil consensui tam contrarium est quam vis atque metus, quem comprobasse contra bonos mores est, *l. 116. ff. de R.I.*

III.

Vani timoris non est iusta excusatio, *l. 184. ff. de R. I.* quod non contra rigorem iuris fit, debet secum iustissimam affere causam, vt illi rigori præponderet, & hoc est, quod dicitur Prætorem de minimis non esse sollicitum, *l. Seio. ff. de restit. in integr.*

IV. Non

IV.

Non videntur consentire qui errant, *l.*116.*ff.de* R.I.

E Iure Canonico.

Excommunicatus non potest reconuenire, Lancell. *de mut.petit. lib.* 3.*tit.*9.

APHORISMI POLITICI ex Agapeto.

I.

Nullum est leue regis iussum, itaque prius ab eo perpendi debet, quam iubeatur, 26.54.

II.

Bonos adsciscat Princeps, quibus cũ versetur, vt bona discat, 29.

TITVLVS XV.

QVIBVS MODIS RE CONtrahitur obligatio.

Quot sunt species obligationum quæ re contrahuntur?

QVinque hic recenset Imp. vt sunt, mutuum, indebitum, commodatum, depositum, pignus, *t.t.h.*

Nonne in his contractibus etiam consensus requiritur?

Omnino, *l.*18.*ff.si cert.pet.* quia tamen à principaliori fit denominatio, vt aiunt Dd. *in l.*1.*ff.de V.O.* & hic præcipue res interueniunt, nec sine rebus consistere possunt, ideo sic dicuntur re contractæ obligationes, à causa sine qua non, *l.*11.§.1.*ff.de reb.cred.si cert.pet.l.*17.*ff. de pact.l.*9. C. *de non num. pec.*

Quid

Quid igitur præcipue in his & similibus contractibus consideratur?

Hoc potissimum, quod in his non principaliter agatur, vt obligationem partes contrahant vltro citroque, verum vt is apprime, qui rem accipit, obligetur, quod secus est in emptionibus & similibus contractibus, vbi vtrinque oritur vinculum & obligatio, siue synallagma, Wesenb. *in princ. hic.*

Vnde dicitur mutuum?

Ex eo, quod ex meo fiat tuum: Nam creditor ita dat, vt quod mutuo dat, debitoris fiat, *in fin. princ. l. 2. §. 2. ff. de reb. cred.*

Quid est mutuum, seu prima species?

Cuiac. *lib. 11. obseru. c. 37. in princ.* definit mutuum, quod sit creditum quantitatis datæ, ea lege, vt eadem ipsa quantitas reddatur in genere non in eadem specie.

In quibus rebus consistit mutuum?

In iis quæ pondere, numero, mensurave, veluti aurum, argentum, pecunia, vinum, oleum, frumentum, &c. consistunt, *in princ. h. t.* & consistit præcipue in iis rebus, quæ vsu consumuntur, & rebus fungilibus, quippe harum vsus duntaxat est in abusu, *l. 55. ff. de sol. t. t. de vsufr. ear. rer.* atque sic datur in hoc contractu mutuum, vt accipientis fiat, *in princ. h. t.* qua causa finali secernitur à commodato.

Quæ actio oritur ex mutuo?

Condictio certi, *in fin. §. 1.* quæ competit, quando certum dari petitur, *l. 9. ff. si cert. pet.*

Quomodo differunt condictio certi & condictio?

Condictio est personalis actio, qua aliquid petitur dari, §. 15. J. *de action.* Condictio vero certi non ex omni causa competit, sed ex mutuo certo, quod non restitui, sed dari petitur, *l. certi. l. 75. ff. de V. O.*

Quid est indebitum?

Est quando quis per errorem soluerit quod non debuit, & est secunda species obligationis, quæ re contrahitur, §. *is quoque. h. t.* non

tantum mutua hic oritur obligatio, seu *συνάλλαγμα*, *l.19.ff.de V.S.* sed potius quasi contractus, *§.2.J.de obl.quæ ex quasi contr.* hinc sciendum, hunc contractum esse innominatum, *l.7.ff.de pact.l.3.5.ff.de condit. caus.dat.* Nam hic citra conuentionem nexus propter rem oritur, vt in reliquis contractibus innominatis.

Quid iuris si sciens quis soluerit indebitum?

Hoc casu non datur agenti, hoc est, qui soluit, condictitia actio, qua repetat indebite solutum, *in princ.h.§.is quoque.* (quia tunc solum ea competit, quando per errorem sit solutum indebitum, *d.§.is quoque.*) imo tali casu censetur sciens indebitum donasse, *l.53.ff.de R.I.* nec obligatur ad restituendum accipiens, *l.1.50.de condict.indeb.*

Quid iuris si pupillo per errorem sit quid solutum?

Non tenetur pupillus condictione indebiti, si sine authoritate Tutoris sit solutum, quia nec ex mutuo obligatur, *§.is quoque.h.l.59. ff.de oblig.* nam absque authoritate Tutoris non obligatur, *l.9.ff.de Auth.Tut.*

Quid vero iuris si ex indebito pupillus sit locupletior factus?

Hoc casu indebiti competit actio, siue condictio, quia æquitati est consentaneum neminem cum alterius damno locupletari, *l.14. ff.de condict.indeb l.47.ff.de solut.* obligatur namque hic naturaliter pupillus ad restituendum, *l.5.ff.de Auth.Tut.l.13.§.fin.de condict.indeb.* & notandum quod omnibus rebus indebite per errorem solutis obligatio hæc subueniat, Wesenb *hic.*

Quid est commodatum?

Commodatum est alicuius certæ rei ad aliquem specialem vsum gratuita facta concessio, ea lege, vt eadem restituatur finito tempore, vel vsu, *l.1.§.3.ff.de O.& A.* Dicitur autem commodatum ab eo, quod ad commodum accipientis datur, & tam in mobilibus quam immobilibus habet locum. Differt tamen in eo, à mutuo, quod mutuum in fungibilibus, commodatum in quauis re consistat, daturque ex hac obligatione commodati actio, *in princ.h.t.*

Quotuplex est hæc commodati actio?

Duplex, vel enim est directa, vel contraria. Illa datur ei qui dat commodatum, hæc illi, qui accipit: illa competit, si commodatarius rem, non vt conuentio facta est, concedat, vel si necessarios sumptus in rem fecerit commodatam.

In quibus differt commodatum à mutuo?

Iuxta tex. *huius* §. mutuum transit quoad dominium in mutuatarium: commodatum vero non æque, quia dominium retinet commodans, *d.§.hic.* Res autem à domino perit, *l.9. C. de pign. act.* quare sequitur, quod mutuatarius teneatur, si fortuito casu amiserit rem, vtputa incendio, ruina, naufragio, latronum hostiumve incursu, quia semel factus est dominus, §.*item is h.t.* & quia debitor est generis, qui interitu speciei non liberatur, *l.11. C. si cert. pet.* Casus vero fortuitus commodatarium non ligat, *l.1.§.3. ff. de O. & A.* si modo exactissimam diligentiam adhibuerit, ad quam obligatur, cum illius duntaxat causa commodatum sit datum, *l.5.§.2.5.18. ff. commod.* Denique opus est, vt commodatum sit gratuitum, §.*item is.h t. l.17.§.3. ff. commodat.* Nam si merces interuenerit, illico locatum erit, *l.5.§.9. ff. commod.* Wesenb. *h.§.item is.in fin.*

Quid est depositum?

Depositum est, quod alicui datum est ad custodiendum, *l.1. ff. depos.* dictum ex eo quod ponitur, *d.l.2. ff. depos.* & est quarta species obligationum, quæ re contrahuntur.

Quis obligatur in deposito?

Accipiens duntaxat, *l.1.§.1. ff. de oblig.* quia tenetur actione depositi, si res deposita interuenerit, §.*præterea.h.t.* quæ appellatur directa depositi actio. Contraria vero depositi actio datur, si impensas necessarias fecerit depositi causa, *d.l.1.§.22. ff. depositi.*

Quam culpam præstat depositarius?

Latam culpam, quæ dolo æquiparatur, *l.32. ff. depositi. l.1. C. eod.* dolum, *l.1.§.7.11.15. ff. depos.*

Quare culpa, seu desidia nomine non tenetur.

Quia qui negligentem elegerit ad custodiend. suæ facilitati id imputare debet, §. *præterea. in fin. hic. l.5. ff. si cert. pet. l.31. ff. depos. c. damnum. 86. de R. I. in 6.*

Quid est pignus?

Est vltima species obligationum, quæ re contrahuntur, cuius definitio est, quod sit res obligata data à debitore sub fide restitutionis ad securitatem creditoris, diciturque à pugno, quia pugno, hoc est, manu traditur, *l.1. de pign. act.* consistitque proprie in re mobili, vt hypotheca in immobili, §. *creditor. h.t.* vid. *tit. de pig. act. & tit. de pign.* vbi Wesenb.

Quæ actiones competunt ratione pignoris?

Directa & contraria: illa datur debitori, *l.11. C. de pign. act. l. fin. C. de luit. pign.* hæc creditori, *t.t. de pign. act.*

In quem finem dantur pignora?

In eum, vt necessitate ita exigente citius debitor pecuniam habere queat, creditorique quo magis in tuto sit creditum, *l. plus cautionis. ff. de* R. I. sic vtriusque gratia tam creditoris quam debitoris datur pignus, §. *fin. h.t. l.5. §. 2. ff. commod. l.23. ff. de* R. I.

Quia vtriusque gratia fit pignus, quæ igitur veniunt præstanda?

Tex. hic dicit, sufficere exactam diligentiam, nec tenetur creditor de fortuito aliquo casu, nec impeditur exigere creditum, §. *fin.* quia res domino perit, hoc est, debitori, *l.9. C. de pign. act.*

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Plus cautionis est in re quam persona, *l.25. ff. de* R. I. hoc est, melius & tutius est pignori incumbere quam personam agere.

II.

Creditor qui permittit rem venire, pignus dimittit, *l.158. ff. de* R. I.

III.

Cuius per errorem dati repetitio est, eius consulto dati donatio est, *l.53.ff. de* R.I.

IV.

Cum amplius solutum est quam debebatur, cuius pars non inuenitur quæ repeti possit, totum esse indebitum intelligitur, manente pristina obligatione, *l.84.ff.de* R.I.

V.

Qui cum alio contrahit, vel est, vel esse debet non ignarus conditionis eius cum quo contrahit, *l.19.ff.de* R.I.

VI.

Dolus dicitur machinatio animi fraudulenta, *l. fin.*C. *de litigios.*

VII.

Qui causam damni dat damnũ dedisse videtur, §. *fin.* ℐ. *de L. Aquil.*

VIII.

Maiores casus sunt, qui nulla humana prouidentia caueri possunt, *l.6.C.de pign.act.*

IX.

Fideiussores in solidum etiam pro naturali obligatione firmiter intercedunt, §.2. ℐ. *de fideiuss.*

X.

A principaliore causa fit denominatio, Dd. *l.1.ff.de V.O.*

E Iure Canonico.

I.

Restituitur Ecclesia aduersus quamlibet læsionem, etiam aduersus aliam Ecclesiam, *c. auditis. de restit. in integ.* cum alias priuilegiatus contra priuilegiatum pariter non possit suo vti priuilegio, *l. sed & milites. ff. de exc. Tut.*

II.

Qui prior tempore, potior iure, *Reg.54.ff.de* R.I *in 6.*

APHORISMI POLITICI *ex Agapeto.*

I.

Imperium in homines volentes est diuturnum, 35. in inuitos autem breue & seditionis plenum.

II.

Misericors & lenis animus maxime Principem commendat, 51. 37. 40. immisericordia autem multos à Principe arcet, vel auertit, vel segregat.

III.

In consiliis capiendis rationum momenta non verbosulorum eloquentia est attendenda, 42.

IV.

Regis officium est subditos tueri & hostes repellere, 62.

V.

Principis actiones coram Deo deprehendentur & punientur, vtcunque inter homines dissimulentur & fuco colorentur.

TITVLVS XVI.

DE VERBORVM OBLIGATIONIBUS.

Quid est verborum obligatio?

EST stipulatio, vel verborum conceptio, ad quam quis congrue interrogatus respondet, *l.5. ff de V.O.* vel est obligatio, quæ ex interrogatione & responsione, cum quid dari fierive nobis stipulamur, oritur, *in princ. h.t. l.1. de O. & A.*

Quæ requiruntur in hac solennitate stipulationis?

Hæc, vt interrogatio & responsio vnico contextu fiant, *l.52. de obl. l.137. de V.O.*

Ex hac

Ex hac obligatione verborum quæ oriuntur actiones?

Duæ: condictio certi: si certum sit id, quod in stipulationem est deductum, *l.24.ff.si cert.pet.l.75.de V.O.* vel ex stipulatu actio, cum facti obligatio interuenit, & incertum sit id quod in stipulationem venit, §.*verbis.h.t.l.75.§.4.ff.de V.O.*

Obseruatur ne illa solennitas verborum, quæ olim in vsu erat, etiam hodie?

Non, quia Leonina Constitutione illa solennitas verborum sublata est, *l.10.C.de contrah. stipul.* quæ sensum consonantemque intellectum duntaxat vtrinque desiderat quacunque lingua, §.*in hac.h.t.*

Potest ne stipulatio fieri inter absentes per literas, vel nuncium?

Non, quia sunt intermedia, quibus hic contractus non perficitur, *l.1.ff.eod.de V.O.* Wesenb. §.*in hac.h.t.*

Quomodo fiunt stipulationes?

Fiunt aut pure, aut sub conditione, aut in diem, §.*omnis.h.t.*

Quid est stipulatio pura?

Quæ absq; conditione, vel die adiecta fit, vt dabis? dabo. Et promissum sic illico peti potest.

Quid est stipulatio sub conditione?

Quæ fit, cum in casum quendam differtur obligatio, vt dabis centum, si nauis ex Asia venerit? dabo, §.*sub conditione.h.t.l.54.ff.de V.S.*

Quotuplex est conditio?

Potest dici potestatiua & causalis: illa, vt: Si Capitolium non ascendero dare spondes? hæc: Si Titius consul factus fuerit, quinque aureos dare spondes? §.*sub conditione.hic.*

Quia in conditionali stipulatione tantum spes est debitum iri, transit ne ea spes in hæredes?

Si priusquam conditio existat mors nobis contigerit, transmittitur in hæredes, §.*sub conditione.h.t.l.57.ff.eod.l.veteris.C.de contrah. & commit. stipul.*

Idem ne est in conditionali legato?

Non, quia tale legatum non transit, cum legatario duntaxat voluerit prospicere, non eius hæredi Testator, *l.9.ff.pro soc.* nec præsumitur contraxisse cum legatario, & consequenter nullum eius est hæredi quæsitum, quare hæres antequam dies legati cedit, nil iuris habet in re legata, *l 41.ff.de condit.& demonstr.* & sic nil transit in hæredem, *§.9.s.de legat.l.5.ff.quand.dies lega.* ast qui stipulatur, & hæredi prospexisse censetur, *l 9.ff.de probat.*

Quid est stipulatio in diem?

Est quæ fit adiecto die, quo quid fiat soluaturve: vt decem aureos primis Calend. Martiis dare spondes: *§.omnis stipulatio.h.t.*

Quando peti potest quod in diem stipulamur?

Licet statim oriatur obligatio ex stipulatione, *§.omnis.h.t.* tamen quia dies nondum venit, ante diem peti non potest, quia solutio ex hac diei adiectione delata in tempus est, *l.46.ff.de V.O.* quia facti est, *l.10.C.de non numer. pecun.*

Potest ne peti eodem die quo stipulamur?

Non, quia dies pro debitore est, qui soluere ante diem potest, conueniri non potest, *l.eum qui Calend.l.38.§.11.l.118.ff.eod.l.42.ff. de inut. stip. §.fin. Instit.de inut.stipul.* quare sequitur, quod valeat, vel vltimo momento diei in stipulatione deductæ debitorem soluere: nam alias qui ante peteret, plus tempore peteret, contra *l.vn.in fin.quand.di. vsusf.leg.ced.§. plus autem.29.J.de actio.*

Quid iuris si quis dixerit decem aureos annuos dare spondes quoad viuam?

Pura est quidem stipulatio & perpetua obligatio in singulos annos facta, & hac ratione etiam hæredi prospexisse intelligitur stipulator: ast clausula quoad viuam adiecta facit irritam petitionem post mortem stipulatoris exceptione pacti, neque hæres mortuo stipulatore petere potest, *§.omnis.h.t.l.44.de obl.l.4.ff.de seruit.*

Quid iuris si locus solutioni sit adiectus, est ne propterea pura stipulatio?

Videtur quidem fieri pura, vt Carthagini hodie dare spondes?

tamen quia Romæ quis ita stipuletur propter distantiam loci impossibilis est repromissio, §.8. J. *de inut. stip.* quare semper subintelligitur tempus concessum, quo promissor vtatur ad solutionem Carthagine exigēdam, quia semper actus agentium interpretari debet, vt valeat potius quam infringatur, *l.*109. *ff. de leg.* 1. *l.*12. *ff de reb. dub.* §. *loca. h.t.*

Quomodo fieri potest extensio verborum, cum stipulatio sit stricti iuris?

Licet stipulatio sit stricti iuris, nec vltra verba expressa extensio admittatur, *l.*99. 80. *ff. de V. O.* tamen semper recipit interpretationem ex præsumpta vtrinque contrahentium voluntate, adeo vt actus valeat potius quam infringatur, *l.*111. *ff. de V. O.*

Quid sentis de conditionibus præteritis, vel præsentibus?

Hæ aut illico infringunt obligationem, aut omnino non differunt, vt si Titius consul fuit, vel si Mæuius viuit. Nam si Titius non fuit consul, inutilis est stipulatio: sin vero fuerit, statim valet, §. *conditiones. h.t. l.*100. *ff. de V. O. l.* 37. *ff. de reb. cred.*

De quibus rebus fieri potest stipulatio?

De rebus corporalibus & incorporalibus, J. *de reb. corp. & incorp.* imo facta etiam possunt in stipulationem deduci, §. *fin. h.t.* vt si stipulemur aliquid fieri, vel non fieri, *l.*2. *ff. eod.* Vbi notandum, quia præcise nemo ad factum obligatur, præstando id quod interest à faciendo liberatur, *l.*13. §. *fin. ff. de re iud.* §. *fin. h.t.*

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Qui potest facere, vt possit conditioni parere, iam posse videtur, *l.*174. *ff. de* R. I. nam potentia faciendi factum repræsentat, *l.*50. *ff. de contrah. empt. l.*1. §. 8. *l.*40. *ff. de condit. & demonstr.*

II.

In stipulationibus id tempus spectatur, quo contractum est, *l.*19. *ff. de* R. I.

III.

Quod pendet non pro eo est quasi sit, nec in totum reiicitur, cum sit in suspenso, *l. si quis in vtero ff de stat. hom.* nec pro constituto habetur, cum non extiterit, *§. ex conditionali. de V.O.*

IV.

In obligationibus in quibus dies non apponitur, præsenti die debetur, *l. 14. ff. de* R.I. Quamuis humanitatis ratione ex æquo & bono tanquam temperamento stricti iuris hoc sit intelligendum, *l. quod dicimus. de sol.* neque enim illico quod licet, statim etiam dicitur honestum, *l. 144. ff. de* R.I.

V.

Semper in conuentionibus non solum quod liceat, considerandum, sed & quid honestum sit, *l. 197. ff de* R.I.

VI.

Omnes contractus in mundo sunt bonæ fidei. quo ad intentionem contrahentium, Ias. § *actionum. nu. 4. Instit. de act.*

E Iure Canonico.

Conditiones quæ sunt contra substantiam matrimonii, vitiant matrimonium, Lancel. *tit. de spons.*

APHORISMI POLITICI, EX CIC. Epist. ad Q. Fratrem Lib. 1.

I.

Qui sibi ipsi imperat ac temperans est, alios facile in officio continere potest.

II.

In iure dicundo obseruentur, facilitas in audiendo, constantia & grauitas, quæ resistat non solum gratiæ, sed etiam suspicioni: leuitas in discernendo, in disputando diligentia.

III.

Lingua Principi diligentissime moderanda continendaque.

TITVLVS XVII.
DE DVOBVS REIS STIPVLANDI & PROMITTENDI.

Possunt ne etiam plures stipulari & promittere?

POssunt: *rubr.h.t.* appellanturque duo Rei stipulandi, & duo rei promittendi, *in princ.h.t. l.1.ff.eod.*

Quid sunt duo rei stipulandi?

Duo rei stipulandi sunt duo creditores, quibus vnius rei promissio simul facta est, *tex.hic, l.4.ff.eod.* Verbi gratia. Si Caius dixerit: Sempronì X. dare spondes? & Mæuius itidem stipulatus sit: Semproni X. dare spondes? & ad hæc Sempronius promissor respondeat: vtrique vestrum dare spondeo, §.1.*h.t.*

Quid sunt duo rei promittendi?

Qui eandem pariter & in solidum singuli rem promiserunt, *tex. hic l.2 ff.eod.* Verbi gratia. Mæui quinque aureos dare spondes? item Sei eosdem quinque aureos dare spondes? ad hæc si singuli respondeant separatim, spondeo §.1.*h.t.l.4.ff.eod.* vbicunque igitur duæ interrogationes vnam responsionem precedunt, sunt duo rei stipulandi, & vice versa vbi vnam interrogationem duæ sequuntur responsiones, sunt duo rei promittendi.

Quid si vero Titio separatim, & Mæuio separatim interrogantibus spospondcrit separatim?

Certe non erunt duo rei stipulandi hoc casu, quia sunt duæ interrogationes, & duæ promissiones seorsim factæ, & quæuis per se perfecta, *d.*§.1.

Quis effectus oritur ex duobus reis stipulandi, vel promittendi?

Is, vt duobus reis stipulandi in solidum singulis debeatur: & quod duo rei promittendi pariformiter in solidum teneantur, §.2.*h.t.*

Vltro citroque tamen, quia vna res vertitur, idcirco semel exacta solutione reliquis liberationem facit plenariam, §.2. *h.t.l.2.6.§.1.ff.eod. l.2.C.eod.*

Idem ne iuris hodie?

Non, quia hodie beneficio diuisionis æqualiter fit solutio, nisi vnus illorum, vel absit, vel desierit esse soluendo, *Auth hoc ita. C.eod. Nouel.99.c.1.*

Ex duobus promittendi reis potest ne vnus pure, alius sub conditione, vel in diem obligari?

Potest: §.*fin.h.t.* & quia diuersæ sunt obligationes in personis reorum promittendi, ideo nō obstat dies, vel conditio, quo minus promissum ab eo, qui se pure obligauit, peti possit, *tex.hic.in fin.l.7. ff.eod.*

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

Non potest fideiussor aliter quam principalis obligari, *l.8.§.4.ff. de fideiuss.*

E Iure Canonico.

I.

Mora sua cuique est nociua, *Can.25. de R.I.in 6.* est enim mora facti & personalis, ita vt merito personā non egrediatur, nisi fuerint socii, *l.mora.§.fin.ff.de vsur.l.pen.ff.de duob.reb.*

II.

Reus conuentus coram Iudice laico non potest reconuenire actorem super causa spirituali: quia Iudex laicus cognoscere de spiritualibus non potest, *c.ex tenore.c.si diligenti.de for. compet.*

APHORISMI POLITICI, EX CIC. ad M. Brutum.

I.

Qui in ipsos bellorum ciuilium auctores superatos sunt clementes, iis nunquam deerunt bella ciuilia: Salutaris enim est in istos acerba seueritas, vincitque ea speciem clementiæ, *Epist.2. & 15.*

II.

In bellis ciuilibus apprime, dum victam partem victor non statim persequitur, efficit, vt ex eius manibus victoria elabatur, *Epist.10.15.*

TITV-

TITVLVS XVIII.
DE STIPVLATIONE SERuorum.

Quomodo possunt habere ius stipulandi serui, cum iure ciuili non obligentur?

VErum, quod iure ciuili serui non obligantur, §. *item inutilis. inf. de inut. stip.* cum iure ciuili nec personam habeant, *l. 3. ne quis eum. l. qui in ius de R.I.* id quod ideo fit, quia seruus iuris ciuilis particeps non est per se, *l. quod attinet. ff. de R.I.* sed ex persona domini bene habet ius stipulandi, §. *1. l. 31. ff. de hæred. instit.* §. *omnes. 4 inf. de Noxalib. act.* §. *item. 5. per quas person.*

Cui acquirit seruus hæreditarius hæreditate nondum adita?

Hæreditati, & consequenter hæredi futuro, quia hæreditas in plerisque personæ defuncti vicem obtinet, *l. 61. ff. de acquir. rer. dom.* qui itaque viuo domino acquisiuit, adquirit eo mortuo & hæreditati quæ defunctum repræsentat, *d. l. 61.* Vbi tamen sciendum, si non adeatur hæreditas, quod inualida sit stipulatio, *l. 73. §. 1. ff. de V.O.*

Quid iuris si factum in stipulationem deuenerit?

Quia facta sunt personalia, ideo talis stipulatio personam non egreditur, *l. 44. ff. de condit. & demonstr.* nec dominus ire potest, si seruus sit stipulatus, vt sibi ire agere liceat, nisi expresse stipuletur seruus, vt domino ire agereve liceat, *l. 38. §. 6. ff. de V.O. §. 2. h. t.*

Seruus communis cui adquirit?

Vnicuique dominorum æqualiter ratione dominii, quod pariter in seruo habent, §. *fin. h. t.* nisi iussu vnius alicui stipulatus sit, quo casu soli acquirit, *tex. hic. & l. fin. C. per quas pers. nob. acquir.* Si tamen seruus communis stipulatur, quod vni dominorum adquiri nequit, solidum alteri accrescit, *l. proinde, l. 17. ff. eod.*

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Facta cohærent personæ, nec ab alia in aliam transire possunt, *l. si statu libero. §. fin. ff. de stat. hom.*

II.

Similia in similibus comparantur, Bart. *in l. quod Nerua. 32. ff. depos.*

III.

Seruus dominum obligare saltem peculiatenus potest, *t. t. de pecul. l. 7. 11. l. pen. C. quod cum eo qui in alien. l. 3. C. de pact.*

APHORISMI POLITICI, EX CIC. ad M. Brutum.

I.

Duabus rebus omnis resp. maxime continetur præmio & pœna, *Epist. 15.*

II.

Bonus ciuis est qui non potest pati eam in sua ciuitate potentiam, quæ supra leges esse velit, *Epist. 17. 29.*

III.

Plus pecuniæ in bellis ciuil. quam in externis impenditur, quod milites sunt duplo redimendi, ne ad hostes nostros deficiant, *Epist. 18.*

TITVLVS XIX. DE DIVISIONE STIPVLATIONUM.

Quomodo diuiduntur stipulationes?

Diuiduntur per tex. in Iudiciales, Prætorias, conuentionales & communes, *in pr. h.* Possumus autem cõmode & talem instituere diuisionem, quod ex Prætoriarum stipulationum genere reliquæ tres species, vtputa Iudiciales, cautionales & cõmunes descendant.

Quid

Quid sunt iudiciales stipulationes?

Sunt quæ proficiscuntur à mero Iudicis officio, quæ meræ sunt iurisdictionis, *l. 15. 16 ff. de iurisd.* tales sunt, de dolo cautio, ne videlicet circa ea, quæ petuntur lite pendente dolo malo quid fiat, vel minuendo, corrumpendo, alienandove, *l. 5. ff. de pet. hered. l. 15 ff. de pign. act.*

Quid sunt prætoriæ stipulationes?

Sunt quæ à mero Prætoris officio proficiscuntur, vt damni infecti, & legatorum nomine. *tex. hic.* quia hæc à nobilis Prætoris officio impetrantur, *l 1. t. t. de dam. infect.* sub his vero & ædilitiæ continentur, *§. prætorum. ṡ. de I. N. G. & C.*

Quid sunt conuentionales stipulationes?

Sunt quæ ex conuentione vtriusq; partis concipiuntur duntaxat, non iussu iudicis vel Prętoris, & harum tot possunt esse genera, quot rerum contrahendarum. *tex. hic l. 5. §. 3 ff. de V. O.*

Quid sunt communes stipulationes?

Sunt quæ non modo iussu Iudicis, verum & Prætoris fiunt: Nam tam Prætor quam Iudex iubent rem pupilli saluam fore, pupillo caueri, *d. l. 5. de V. O.* item de rato stipulatio, *in fin. h. t.* Wesenb. *h. t.*

Possumus ne omnibus contractibus & pactis stipulationes addere?

Possumus, & vt plurimum id solet fieri ob maiorem fidem & securitatem, *l. 1. ff. de prætor stip l. 4. ff. de vsur. l 7. §. quod fere. ff. de pact.* Omnes enim stipulationes sua natura sunt cautionales.

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

Posita causa eadem necesse est eundem sequi effectum, *l. 5. ff. de V. O.*

E Iure Canonico.

Iurisdictio perpetuata per vnum viuo mandatore, censetur quo ad omnes delegatos iudices perpetuata, Concord. *c. cum plures de off. deleg. in 6.*

APHO-

APHORISMI POLITICI, EX C. PLINII Secundi Panegyrico ad Traianum.

I.

Nullum est præstabilius & pulchrius Dei munus erga mortales, quam castus & sanctus & Deo similimus Princeps.

II.

In Consiliario Principis tria maxime requiruntur, libertas, fides & veritas.

III.

Principem legitime & cum numinis solenni inuocatione electum aut receptum esse, plurimum interest: nam ea res eum populis valde commendat.

TITVLVS XX.

DE INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS.

QVia hactenus de vtilibus stipulationibus dictum est, iure sequitur nunc de inutilibus stipulationibus tractatus, siue titulus, id quod Rubrica *Tit. præsent.* demonstrat: contraria quippe opposita se inuicem illustrant, *in princ. ī. quib. mod. ius patr. potest. soluitur.*

Quæ res possunt in stipulatum venire?

Omnes res, quarum commercium esse potest, vel quæ dominio nostro subiiciuntur, in stipulationem deducuntur, quales sunt mobiles, siue soli, *tex. in princ.* imo & facta, quia rei appellatione & factum comprehenditur, *l. 2. 4. 5. de V. O.*

Quæ est ergo inutilis stipulatio?

Multifariam inutiliter fiunt stipulationes, & primo ea inutilis censetur, vt si quis rem eam quæ in rerum natura non est, neque esse potest, sibi dari stipulatus sit, vtputa Mæuium qui iam in pace quiescit, *tex. in princ. hic. l. 69. ff. eod. l. 1. ff. de oblig.*

Quare

Quare dixti, quæ neque esse potest?

Quia quæ sunt in spe & extare possunt, quales sunt fructus futuri, recte in stipulationem deducuntur, *l.73.ff. de V.O.*

2. *Quæ est inutilis stipulatio?*

Ea, quæ fit de iis rebus, quæ sunt extra commercium, quæve in emptionem, vel venditionem non possunt prouenire, tales sunt res sacrę, religiosæ, publicæ, (quæ hic publica dicit Imp. §. §. *vniuersitatis. de rer. diuis.* dixit vniuersitatis,) quæ vsibus populi perpetuo expositæ sunt, vt forum, theatrum, liber homo, *l.103. ff. de V.O.* libertatis nullum namque est commercium, & per conseq. nec alienatio, siue stipulatio, *l.39. de leg. 1.* Item res propriæ, quod namque antea meum est, amplius meum fieri non potest, *l.16. ff. de contr. empt. l.82. ff. de V.O.*

3. *Quid si harum rerum stipulatio sit in eum euentum concepta, si res ad commercium denuo peruenerint?*

Tum quoque inutilis est stipulatio, nec suspenditur, *tex. hic. in fin. l.26. ff. de stipul. seruo.* quippe inspicitur solum tempus, quo res in stipulatum peruenere, non futura mutatio, *l.16. ff. de stip. seru.* quodque ab initio non valet, ex post facto non conualescit, *l.29. ff. de R.I.*

4. *Quid iuris si res primo vtiliter in stipulationem peruenerit, post extra commercium esse ceperit?*

Si sine facto promissoris culpa scilicet vel mora eo deuenerit res, extinguitur stipulatio, § *item contra. h.t.* & paria sunt rem esse extinctam, vel mutatam, *l.5. § rei mutatione. ff. quib. mod. vsufr. amitt.*

Quare dixti sine culpa, vel mora?

Quia si culpa, vel mora interuenerint, rem repræsentant, *l.68. ff. de rei vend. l.5. ff. si cert. pet. l.23. ff. de V.O.*

5. *Valet ne stipulatio: Sempronium cum seruus erit dare spondes?*

Non, quia turpis censetur, Dd. *hic. & in l. generaliter. l.61. ff. de V.O.*

talem enim casum exoptare inciuile & inhumanum esset, Wesenb. *hic.l.83.§.sacram.ff.de V.O.* & vt votum captandæ mortis, *l.fin.C.de pact.* improbatur, sic & turpes, qualis hæc est, stipulationes, *d.l.generaliter.* vbi Dd.

6. *Quid iuris si quis alium quid daturum facturumve spoponderit?*

Inutilis est stipulatio, *tex. hic.l.83. de V.O.l.stipulatio.§.alteri.ff.eod.* nam de proprio potest quis esse liberalis, non de alieno, *d.l.stipulatio.* & quia solutio est facti, *l.10.C.de non num. pec.* factum autem alterius nemo præstare potest: est itaque extra commercium & inutilis talis stipulatio, *l.11.ff.de obl.*

Quid si spoponderit se id effecturum, nimirum Titium 100. aureos daturum?

Tunc non erit inutilis stipulatio, vt qui suum non alterius factum despondit, & tenetur exinde ad interesse, pro vt iuris est in reliquis obligationibus quæ sunt facti, *l.13 ff.de re iud.l.72.ff.de obl.tex.hic.*

Quoad se extendit promissum, se id effecturum?

Eo, vt despondisse videatur, quod velit exactam diligentiam adhibere remota negligentia & culpa, vid. Dd. & Wesenb. *h.§.*

7. *Quid si quis ei, cuius iuri subiectus non est, stipuletur?*

Inutilis est pariformiter stipulatio, *§.si quis.h.t.* quia stipulationum causa finalis est, vt quisque sibi quod sua interest acquirat: plane vero nostra nil interest, vt alii detur, & sic extra commercium, & hoc censetur positum inutilisque est stipulatio, *l.38.§.12.ff.de V.O.*

8. *Potest ne solutio in extraneam personam conferri?*

Potest, quia vt dixi solutio non est iuris, sed facti, *l.10.C. de non num.pec.* vt si dixerit quis, mihi aut Seio dare spondes, quo casu obligatio stipulatori soli acquiritur, is namque solus interrogauit, etiam ei soli promissum est, non Seio: solutio tamen etiam Seio iure fieri

potest etiam inuito stipulatore, *l.11.ff.de solut.* (Nam dare ad solutionem, spondere ad obligationem refertur, Wesenb. §. *si quis.*) quia solutio alternatiue fuit præfixa, in alternatiuis vero debitoris est electio, *l.10.§.fin.ff.de iur.dot.* Hoc tamen sciendum, quia solutione id solum peractum est, quod est facti, sponsio vero quæ iuris est, stipulatorem sequitur, ideo iure aduersus Seium stipulator procedere potest mandati actione, vt qui acceptando ratificauit mandatum, quare tenetur ad restitutionem.

9. *Quid iuris si quis sibi & alteri stipuletur?*

Hoc casu distinguendum, aut enim quis extraneo & sibi copulatiue stipulatus est, aut ei qui suo subiectus est iuri: ille si centum est stipulatus sibi & extraneo, tunc media duntaxat debetur portio, quippe quod extraneo stipulatus est, ei nō adquiritur, inutilis namq; ea est stipulatio, quæ extraneo fit, *tex.hic.* §. *quid si.* hinc quod inutiliter in stipulatum peruenit non acquiritur, neque accrescere potest, *l.100.§.eum qui.ff.de V.O.* licet valida sit tota stipulatio, *tex.hic.* non enim alter solutioni, sed obligationi tantum adiectus intelligitur. Sin vero illi solum qui suo iuri subiacet, tunc per illam stipulationem sibi acquirit & vtilis est stipulatio, §. *quod si.h.t.l.39.130.de V.O.* Quod enim seruus & filius acquirunt, ratione potestatis domino & patri acquirere censentur, §. *post mortem.* J. *h.t.* & pater cum filio vna eademq; persona est propter potestatem, *l.vlt. C.de imp.subst.*

10. *Valet ne incongrua ad quæsita responsio?*

Inutilis & inualida est stipulatio, vt si Titius 10. à te stipuletur, tu 5. quinque promittas: vel si pure stipulatus sit, tu sub conditione respondeas, §. *præterea.hic. l.1.ff.de V.O.* Vbi tamen sciendum, quod is, qui ad summam maiorem respondit, in minori quantitate, vel summa ad eandem obligetur. Nam licet diuerse responderit in totum, non tamen diuersa sunt, quæ ex toto despondit seque ad ea obligauit: quare merito debentur quinque, *tex.hic.l.1.§.4.ff.de V.O.* §. *is qui.* J. *de mand.* Si tamen ad plures quæstiones responderit, promitto, videtur petitionibus, vel stipulationibus consensisse in totum, neque enim requiritur ad singula specialis responsio, vel repetitio, §. *præterea.h.t.l.65.ff.de V.O.l.1.§.2.l.134.§.1.ff.de V.O.*

11. Potest ne inter patrem & filium, dominum & seruum fieri stipulatio?

Non potest, quia nec alius contractus inter hos fieri potest, *l.2. ff. de contrah. empt.* quippe nemo sibi ipsi obligatur, *l.116.§.1.l.17.§. fin. ff. de leg.1.* & quia vt dixi pater & filius vi potestatis vna sunt persona: & sic vnus horum simul & stipulatoris & promissoris personam repræsentaret, quod esset absurdum, *d.l.116. ff. de leg.1.* quod tamen de emancipato non est intelligendum, qui extra potestatem est positus, *l.4. C. de pact. conu.* Quoad seruum, constat, quod serui (quoad ius ciuile) pro nullis habeantur, *l.32. ff. de R.I.* Quare quod nullum est nullum parit effectum, *§.1. J. de Testam.* & arg. *l.116. ff. de V.O.* & consequenter inutilis inter hos dominum nempe & seruum stipulatio, *§. item. h.t.* inprimis vero propter dominicam potestatem, quæ nec seruum aliis obligari ciuiliter permittit, sed bene naturaliter, *§.2. J. de fideiuss. l.14. ff. de oblig.*

12. Quid de muto & surdo sentiendum?

Inutilis horum est stipulatio, quia nec stipulari & promittere verbis possunt: requiritur autem vt is, qui stipulatur, verba eius qui despondit, & qui promittit verba stipulantis exaudiat, quæ necessaria sunt requisita, *§. item inutilis hic. l.1. ff. de obl.* De furioso idem sentiendum, qui non intelligit quod agit, *§. item. h l.5. l. furiosi. ff. de R.I. l.70. §.4. ff. de fideiuss.*

Obseruatur ne hæc prohibitio hodie?

Quia confusum est ius pactorum & stipulationum quoad effectum, ideo hęc prohibitio hodie non obseruatur, sed per instrumentum recte obligatur mutus, *l.17. C. de fid. instrum. l.14. C. de contrah. stip.* Wesenb. *h.§.* Sciendum tamen, quod is qui tardius exaudit, vt surdaster hic nō intelligatur, quippe stipulatio ei non interdicitur, *h.§.*

13. Pupillus potest ne stipulari?

Non potest simpliciter, sed quando acquirit, & stipulatio profutura sit, *tex. hic. l.9. §.6. ff. si cert. pet.* si vero per stipulationem non acquirat, sed obligetur, Tutore authore opus est, *l.9. ff. de Auth. Tut. & t. de Auth. Tut.* Is tamen alium sibi obligare etiam sine Tutoris autho-

ritate bene poteſt, §. *pupillus. hic.* & per conſeq. etiam ſtipulari ſibi poteſt ſine auth. Tut. *d. l. 9.* Æquitati tamen conſentaneum eſt, eum eatenus obligari, quatenus eſt factus locupletior, *l. 66. ff. de ſolut. l. 25. §. 1. ff. ſi quand. di.*

Pater ſua authoritate ſupplet ne impuberi defectum in contrahendo?

Non, quia impubes ne authore patre obligatur, §. *pupillus. h.* Nam patris authoritas non præſtat rem pupilli ſaluam fore, vt ſolet Tutoris authoritas, hinc non tenetur ob rem perperam geſtam, nec ad rationes dandas, *l. fin. § ſin autem. C. de bon. qua lib.* Weſenb. *hic.*

14. *Impoſſibilis conditio ſtipulationi adiecta vitiat ne eandem?*

Omnino. *tex. hic. l. 1. 31. ff. de O. & A.* quia inutilem & nullam ſtipulationem dicere poſſumus, etiam eam quæ eſt impoſſibilis: Nam contrahentes eo ipſo non conſenſerunt in ſtipulationem, quod talem adiecerunt conditionem, quæ ad effectum deduci non poteſt, *l. non ſolum. l. 35. ff. de V. O.* Eſt autem impoſſibilis conditio, vt ſi dixero, ſi cœlum digito tetigeris dare ſpondes, §. *ſi impoſſibilis. h. t.* & tales conditiones contractibus adiectæ eos vitiant, *d. l. 31. ff. de O. & A.* Præterea etiam impoſſibilis conditio ea cenſetur adiecta, quæ eſt contra receptas & validas leges, *l. 15. ff. de condit. inſt.*

Quid ſi ſub hac conditione quis ſtipuletur: ſi cœlum non attigero, dare ſpondes?

Hæc pure facta cenſetur ſtipulatio, nec ſuſpendit obligationem, quia reuera non eſt conditio, & ſtatim peti poſſunt 10. ſi quidem palam eſt ſecus fieri non poſſe; *l. 7. 8. ff. de oblig. l. 127. ff. de V. O.* Weſenb. *h. §.*

15. *Inter abſentes contracta ſtipulatio valet ne?*

Non, eſt enim inutilis, ex eo, quod vltro citroque interrogatione & reſponſione non queat conſtare, quod hic requiſitum eſt neceſſarium, §. *item verborum. h. l. 1. ff. de V. O. l. 3. ff. de contrah. ſtipul. l. 3. ff. de inut. ſtip.* Quare *l. 38. ff. de V. O.* tantum locum habet inter præſentes, qui

verbis per scriptum enunciatis stipulantur, licet viua voce stipulari etiam valeat, *h.*§.

16. *Est ne inutilis stipulatio hac: post mortem, vel pridie quam moriar, dare spondes?*

Olim inutilis erat, §.*post mortem.h & l.scrupulosam.C.de contrah.stip. l.5.C.de pact.conuen.* hodie vero secus est: siue enim post mortem, siue pridie quam moriatur stipulator, siue promissor, stipulatio sit concepta, valet, *d.*§.*post mortem.h.t.*

17. *Quid de praepostera stipulatione sentis, valet ne?*

Praepostera stipulatio, qualis est: Si nauis cras ex Asia venerit, dare spondes, olim inutilis etiam erat, ast hodie valet, vt etiam hæc, cum morieris: item post mortem alterius facta stipulatio, §.*item si quis.h.t.* Stipulatio tamen hoc casu non prius sortitur effectum, quam si conditio extiterit, *l.64.ff.de V.O.*

Quid si promissum instrumento probetur, quid iuris?

Valet, donec contrarium probetur, *l.7.*§.*quod fere.ff.de pact.l.14. C.de contrah.stip.*§.*si scriptum h.* ex quo apparet, præsumi pro instrumento, nisi contrarium demonstretur, *l.18.24.C.de probat.*

18. *Quid sentis si plures res in stipulationem deducta fuerint, ad quas omnes respondeat promissor, dare spondeo?*

Ad omnes hac responsione se obstringit generali hac declaratione, §.*quoties.h.l.134.ff.de V.O.*§.*praterea.3.h.t.l.7.*§.*5.ff.de pact.* Nam si quasdam exceperit res, vel ad certas se solum obligauit, aliud est dicendum, cum in iis subsistat obligatio rebus pro quibus sponsponderit, duntaxat, §.*quoties.h.l.83.*§.*ff.de V.O.* & responsio non vlterius se extendit quam expressit, Wesenb.*h.*§.*l.140.ff.de V.O.*

19. *Quia inuenta sunt stip. vt quisq; sibi acquirat, §. si quis. supr.h.t.& §.alteri.h.valet ne si concepta sit, vt alij detur, vel acquiratur?*

Non, nisi cum stipuletur alii cum eius interesse: vt si quis alteri

cesse-

cesserit administrationem tutelæ, & sposponderit rem pupilli saluam fore, *l. stipulatio.* § *stipuler. ff. de V.O.* hoc casu si non fideliter gesserit negotium is cui concredidit administrationem, tenetur ad interesse, qui obligatur pupillo, *l.* 3. §. 1. *ff. de admin. Tut.* id quod in procuratore & creditore etiam, vt exempla *h.* §. docent, locum habet: alias nisi adiecta pœna (si tua non intersit) alteri extraneove non valet stipulatio, *d.* §: *alteri. h. t.* Et hoc casu sibi per stipulationem inuigilasse creditur stipulator, vt sibi obligetur promissor & alteri, vt detur. Nam licet obligatio, quæ iuris est, in alium transferri non potest: tamen factū conditionis bene transfertur, § *si quis. sup. h. t.* Wesen. *h.* §.

20. *Stipulatio, vt solutione non facta ad præfixum diem pignus distrahatur, valet ne?*

In foro fori valet ex conuentione distractio pignorum, secus in foro politico, vid. Wesenb. *l si conuenit.* 4. *ff. de pign. act.*

21. *Rei suæ stipulatio valet ne?*

Non, quia rem suam futuram, casu quo sua sit, rite nemo stipulatur, § *item. h. l.* 87. *ff. de V.O.* Nam quod antea meū est, amplius meum fieri non potest, §. 14. *J. de act.* sed bene casu, quo sua non amplius futura sit, *l.* 31. *ff. de V.O.* rem tamen alterius casu quo nostra sit, non recte stipulamur, quia paria sunt, fieri tempore prohibito quid vel in tempus prohibitum conferatur, *l.* 4. *C. de donat. ante nupt.* Wesenb. §. *item.*

22. *Quid I. in stipulatione quæ turpi ex causa constat?*

Inutilis est, quia delicti loco habetur: Tales sunt omnes, quæ sunt contra bonos mores, vel leges, vt si quis de homicidio, vel sacrilegio it stipulatus, quæ non valet, *l.* 26. 123. *ff. de V.O. l.* 4. *C. de inut. stip.*

23. *Quid si sub conditione stipulatus obierit nondum existente conditione, transit ne actio in hæredem, si conditio postea extiterit?*

Olim non, transit vero hodie, § *cum quis. h. t.* Nam conditio si extiterit, retrotrahitur ad tempus contractus, ac proinde habetur, ac si ab initio pure esset facta, *l.* 4. *supr. de mil. Testam.* vbi gloss. *in verb. valere.* Wesenb. *h.* §.

24. Quid

24. *Quid sentis de stipulatione hoc anno, vel hoc mense dare spondes?*

Hoc, vt valeat stipulatio, non tamen effectum sortitur, nisi omnibus partibus anni, vel mensis elapsis, § *fin.h.t. l.42.ff.eod.* quia tempus totum vt s. dixi pro debitore est: sic æquitas suadet, vt qui pure tenetur ex stipulatione, habeat tempus quo traditio fieri queat, nec continuo peti potest, §. *fin.h.t.*§. *loca.s.de obl.l.*115.*ff.de solut.*

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Stipulatio non vitiatur si error sit in nomine, non vero in re, seu corpore, *l.32.ff de V.O.§.si de.h.t.*

II.

Ex separatis nil infertur, *l.fin.de calumniat.* §. *quoties. h.t.*

III.

Præsumptio militat pro instrumento donec contrarium probetur, *l.18.24.C.de prob.l.si post diuis.* C.*de iur.& fact.ignor.§.si scriptum.h.t.*

IV.

Contra ll. non licet facere, *l.15. de cond.instit.*

V.

Anni semper de completis intelliguntur, *l.3.§.minorem.ff.de minor.*

VI.

Infantiæ proximus is est, qui propior est septimo ætatis anno, quam 14. id est, pueri 8. vel 9. annorum, Wesenb.§.*pupillus.h.t.*

VII.

Vt ius Codicillandi non habent, quibus non est permissa Testamenti factio, *l.6.§.pen.ff.de iur.Cod.* ita qui verbis non potest stipulari is nec in scriptis, Wesenb.*d.l.*

VIII.

Actio & passio vt contraria in vno subiecto esse nequeunt, *l.71.ff. de fideiuss.l.34.§.7.ff.de solut.*

IX.Vti-

IX.

Vtilitas loci solutionis debitori auferri non potest, §.*loca.*J.*de V,O.* *l.*134.§.2.*ff.eod.* §.*loco.*J.*de act.*

X.

In alternatiuis debitoris est electio, *l.*10.§.*fin.ff.de iur.dot.c.*70.*de R.I.in 6.*

XI.

Impossibilium nulla est obligatio, *l.*185.*ff.de R.I.*

XII.

Contraria coniuncta se inuicem illustrant, *in princ.supr.quib.mod. ius patr.*

E Iure Canonico.

I.

Iuramentum contra bonos mores non est obligatorium, *c.*58.*ff. de R.I. in 6.*

II.

Iuramenti de calumnia omissio non vitiat processum, *c.*1.*eod.in 6.* Hodie etiam in causis spiritualibus iuratur de calumnia, *d.l.* Lancel. *de iur.calum.*

APHORISMI POLITICI, EX C. PLINII Secundi Panegyrico ad Traianum.

I.

Princeps vt se hominibus imperare norit: ita se ipsum quoq; hominem esse cogitet: itaque voces & laudes quæ numini soli debentur, tanquam putidissimas assentationes oderit.

II.

In Principe tres maxime virtutes prædicantur: Pietas, Abstinentia, seu Temperantia & Mansuetudo, seu eum adeundi facilitas.

TITVLVS XXI.
DE FIDEIVSSORIBVS.

Quid est Fideiussor?

FIdeiussor est, qui se pro alio obligat, quo creditoris res sit cautior: dictus sic, quasi iussu alterius ponens fidem suam. Vel est, qui se pro alio obligat, vt principali non satisfacient ipse satisfaciate, *tex. in princ. l.24. ff. eod.* alias & adpromissor dicitur, *h.t. l.5. de V.O. l.1. §.2. de O.& A.*

Quibus obligationibus adsumi possunt adpromissores?

Omnibus, siue re, siue verbis, siue literis, siue consensu fuerint contractæ *l.1. ff eod. §. in omnibus. h t.* nec refert ciuili naturalive obligationi adiiciantur, *§ in omnibus. h.t.*

Potest ne obligationibus quæ ex delicto nascuntur, adpromissor accedere?

Non potest, *tex. hic. l.56. §. fin. ff. eod.* quia nemo membrorum suorum est dominus, *l.70. in fin.* vbi Dd. *ff. eod.* nisi ex delicto pecuniaria pœna imponatur, siue mulcta, extunc interuenire potest: ita Dd. *hic.* quia hac ratione non corporalis infligitur pœna, sed pecuniaria.

Quid iuris, si principalis obligatio, cui adpromissores accedunt, non subsistit, vel valet?

Tunc nec accessorium, siue fideiussio, *l. pen. h.t. & l.34. ff. eod.* quia accessorium sine principali subsistere nequit, *l.129. §.1. ff. de R.I.*

Valet ne fideiussio pro seruo?

Valet, quia naturaliter obligatur, *l.14. ff. de obl. l.64. ff. de cond. indeb.* & per conseq. fideiussor recte accedit, *l.35.70. §.2. ff. eod.* & sic quod naturali obligationi alias deest, fideiussor eo casu supplet.

Potest ne in duriorem causam interuenire fideiussor?

Potest quoad intercessionis effectum, non autem quoad materiam & formam, *d. § in omnibus.* Wesenb. *hic.*

Potest

Poteſt ne furioſo accedere adpromiſſor?

Non poteſt, quia furioſus & prodigus conſenſu deſtituuntur, ideo obligari naturaliter non poſſunt, & per conſeq. nec adpromiſſor interuenire poteſt, *l.6.* vbi Dd. *ff. de V.O.*

Finitur ne fideiuſſio morte?

Non, quia eſt tranſitoria in hæredem, *§. fideiuſſor. h. l. 4. ff. eod. l. 24. C. eod.*

Quando adpromiſſor accedere poteſt?

Et ante & poſt, tempore & actu contrahendi, *l. 6. ff. eod.* etiam ex interuallo, *l. 61. §. 4. ff. eod.* Weſenb. *hic.*

Quid ſi plures ſint fideiuſſores quomodo obligantur?

Singuli in ſolidum obligantur, *l. 3. 23. ff. eod. §. ſi plures. hic.* Vnde ſequitur, quod à quocunque velit ex his, ſolidum petere poteſt creditor, *d. §. ſi plures. h. t. l. 16. 21. 23. C. eod.* Sed ex epiſtola D. Hadriani prouiſum eſt, vt debitum in partes diuidatur æquales inter fideiuſſores, modo ſint ſoluendo litis conteſtatæ tempore, *d. § . ſi plures. h l. 3. in fin. C eod.* imo adpromiſſores habent beneficium excuſſionis, quæ niſi præceſſerit, litis conteſtatio ceſſat, *Auth. præſent. C. eod.*

Quid iuris ſi quis ex fideiuſſoribus non ſit ſoluendo?

Cæteros onerat, dicit tex. & reliqui ad eam partem præſtandam obligantur, ex quo videre eſt hanc obligationem ipſo iure non eſſe diuiſam, *§. ſi plures, h.*

Quid ſi quis ex fideiuſſ. ſpreta epiſtola Hadriani totum ſoluerit debitum?

Sibi imputare debet, ſi ſolutum à principali debitore, pro quo interceſſit, rehabere non poteſt: (habet enim hoc caſu mandati actionem in eum) *§. ſi quid. h.* ſecus eſt, ſi illi ceſſerint actiones nondum ſolutione facta, *l. 11. C. eod. l. 39.* vbi Bart. *l. 36. ff. eod. l. 76. ff. de ſolut. §. ſi plures. h. t.*

TITVLVS XXI.
DE FIDEIVSSORIBVS.

Quid est Fideiussor?

Fideiussor est, qui se pro alio obligat, quo creditoris res sit cautior: dictus sic, quasi iussu alterius ponens fidem suam. Vel est, qui se pro alio obligat, vt principali non satisfacient ipse satisfaciate, *tex. in princ. l. 24. ff. eod.* alias & adpromissor dicitur, *h. t. l. 5. de V. O. l. 1. §. 2. de O. & A.*

Quibus obligationibus adsumi possunt adpromissores?

Omnibus, siue re, siue verbis, siue literis, siue consensu fuerint contractæ *l. 1. ff eod. §. in omnibus. h t.* nec refert ciuili naturalive obligationi adiiciantur, § *in omnibus. h. t.*

Potest ne obligationibus quæ ex delicto nascuntur, adpromissor accedere?

Non potest, *tex. hic. l. 56. §. fin. ff. eod.* quia nemo membrorum suorum est dominus, *l. 70. in fin.* vbi Dd. *ff. eod.* nisi ex delicto pecuniaria pœna imponatur, siue mulcta, extunc interuenire potest: ita Dd. *hic.* quia hac ratione non corporalis infligitur pœna, sed pecuniaria.

Quid iuris, si principalis obligatio, cui adpromissores accedunt, non subsistit, vel valet?

Tunc nec accessorium, siue fideiussio, *l. pen. h. t. & l. 34. ff. eod.* quia accessorium sine principali subsistere nequit, *l. 129. §. 1. ff. de R. I.*

Valet ne fideiussio pro seruo?

Valet, quia naturaliter obligatur, *l. 14. ff. de obl. l. 64. ff. de cond. indeb.* & per conseq. fideiussor recte accedit, *l. 35. 70. §. 2. ff. eod.* & sic quod naturali obligationi alias deest, fideiussor eo casu supplet.

Potest ne in duriorem causam interuenire fideiussor?

Potest quoad intercessionis effectum, non autem quoad materiam & formam, *d. §. in omnibus.* Wesenb. *hic.*

Poteſt ne furioſo accedere adpromiſſor?

Non poteſt, quia furioſus & prodigus conſenſu deſtituuntur, ideo obligari naturaliter non poſſunt, & per conſeq. nec adpromiſſor interuenire poteſt, *l.6.* vbi Dd. *ff. de V.O.*

Finitur ne fideiuſſio morte?

Non, quia eſt tranſitoria in hæredem, §. *fideiuſſor. h.l.4. ff. eod. l.24. C. eod.*

Quando adpromiſſor accedere poteſt?

Et ante & poſt, tempore & actu contrahendi, *l. 6. ff. eod.* etiam ex interuallo, *l.61.* §.4. *ff. eod.* Weſenb. *hic.*

Quid ſi plures ſint fideiuſſores quomodo obligantur?

Singuli in ſolidum obligantur, *l.3.23. ff. eod.* §. *ſi plures. hic.* Vnde ſequitur, quod à quocunque velit ex his, ſolidum petere poteſt creditor, *d.*§. *ſi plures. h.t. l.16.21.23. C. eod.* Sed ex epiſtola D. Hadriani prouiſum eſt, vt debitum in partes diuidatur æquales inter fideiuſſores, modo ſint ſoluendo litis conteſtatæ tempore, *d.*§. *ſi plures. h l.3. in fin. C eod.* imo adpromiſſores habent beneficium excuſſionis, quæ niſi præceſſerit, litis conteſtatio ceſſat, *Auth. præſent. C. eod.*

Quid iuris ſi quis ex fideiuſſoribus non ſit ſoluendo?

Cæteros onerat, dicit tex. & reliqui ad eam partem præſtandam obligantur, ex quo videre eſt hanc obligationem ipſo iure non eſſe diuiſam, §. *ſi plures, h.*

Quid ſi quis ex fideiuſſ. ſpreta epiſtola Hadriani totum ſoluerit debitum?

Sibi imputare debet, ſi ſolutum à principali debitore, pro quo interceſſit, rehabere non poteſt: (habet enim hoc caſu mandati actionem in eum) §. *ſi quid. h.* ſecus eſt, ſi illi ceſſerint actiones nondum ſolutione facta, *l.11. C. eod. l.39.* vbi Bart. *l.36. ff. eod. l.76. ff. de ſolut.* §. *ſi plures. h.t.*

Potest ne in maiorem summam obligari adpromissor quam principalis debitor?

Non, quia non potest plus esse in accessione quam in re principali, §.*fideiussor.h.* in minorem vero bene summam, *tex.h.l.8.§.illud.ff.eod.*

Per totum ne inutilis est stipulatio in maiore summa facta?

Non, sed superflua portio saltem: Nam in maiore summa & minor comprehenditur, §.*illud.§.præterea.supr.de inut.stip.* eadem ratione, quia plus est pure promittere quam sub conditione: ideo sub conditione fideiussor intercedere potest, non vero è contra. Plus namq; tam in tempore quam quantitate intelligitur esse, §.*fideiussores.hic.l.12.ff.de V.S.l.85.ff.de solut.* §.*plus autem.inf.de act.* hinc illud, qui cito dat, bis dat, arg. *huius* §.*fideiussores.h.t.*

Quæ actio competit fideiussori, si pro reo soluerit?

Actio mandati, nisi pro absente promiserit, vbi datur iudicium negotiorum gestorum. *l.6.C.mand.l.6.§.2.ff.mand.* nec refert, siue pro Græco, siue pro Romano, Romanus Italusve adpromiserit, §.*græce.h.t.*

Quid iuris si instrumento scriptum reperiatur, stipulationem esse solenniter peractam, credendum ne est?

Donec contrarium demonstretur: pro instrumento est præsumptio, *l.18.C.de prob.l.14.C.de contr.stip.*

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Qui in alterius locum succedunt, iustam habent causam ignorantiæ, an id quod peteretur, deberetur: Fideiussores quoque non minus quam hęredes iustam ignorantiam possunt allegare, *l.42.ff.de R.I.*

II.

Dies etiam pars precii est, *l.22.§.si tibi fundum.ff.de act.empt.*

III.

Plus est statim aliquid dare, minus post tempus, §.*fideiussores.h.t.*

IV.

Acceſſorium abſque principali conſiſtere non poteſt, *l.129.§.1. ff de* R. I.

E Iure Canonico.

Regulariter in criminalibus non poteſt interuenire Procurator, *c. veniens de accuſ.* Lancel. *de procur. lib.3.tit.2.*

APHORISMI POLITICI, EX C. PLINII Secundi Panegyrico ad Traianum.

I.

In principe bono omnium virtutum cumulum ineſſe oportet.

II.

Etiam corporis proceritas & oris dignitas apud plebem commendat Principem.

III.

Principis in pauperes liberalitas valde eum commendat.

TITVLVS XXII. DE LITERARVM OBLIGATIONIBUS.

Quia de rerum & verborum obligatione huc vſque, dic quid ſit literarum obligatio, vel quomodo contrahatur?

Literarum obligatio contrahitur ſecundum hunc titulum, quando quis inſtrumento rite confecto confitetur ſe pecuniam certam accepiſſe, quam tamen nondum accepit, licet à creditore promiſſa ſit numeratio, *h.t.*

Obligat ne talis literarum obligatio ſolutione non ſecuta?

Certe ſtricto iure ſe obligat qui conſentit in ſcripturam, eandemq;

conficit, *l.26.§.1.ff.de pign. l.publica.* §.1.*ff.depos.* ast ex æquo & bono tanquam temperamento stricti iuris si numeratio non est secuta, conceditur exceptio non numeratæ pecuniæ, *h. t. & t.t.* C. *de non num. pec.*

Quæ hinc oritur actio?

Personalis, condictio ex syngrapha, *Nou.* 18.§.*studium.*

Quoad locum habet hæc exceptio?

Olim ad quinquennium durabat; ast hodie ne creditores diutius rebus suis defraudentur, quinquennium coarctatum est ad biennium, §.1. quo elapso non admittitur probatio in contrarium, vt-puta contra vim præscriptionis, *l.*14. C.*de non num. pec.* sed hodie probationes admittuntur, Wesenb. *h.t.* & eleg. in *Isagog. tractat. Instit. lib.3.nu.25.26.27.*

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

Scriptura factum intelligitur serio magis fieri, & ex voluntate quam quod fit verbis, *l.*88. vbi Bart. *nu.*20. *ff.de acquir. hered.*

E Iure Canonico.

Oblato libello reo conuento indulgendæ sunt induciæ viginti dierum, *Auth. offeratur.* C.*de lit. contestatione,* vbi Bart. Abb. *in c. cum in veteri. de Cler.* Canonistæ *in c.2. & c. literas. de dol.*

APHORISMI POLITICI, EX C. PLINII Secundi Panegyrico ad Traianum.

I.

Est boni Principis curare, vt itinera, portus & commercia sint in toto regno tuta & libera.

II.

Vita boni Principis censura est ciuium, eaque perpetua: ad eum enim omnes se conformant.

III.

Principis fidelissima custodia ipsius innocentia.

TITVLVS XXIII.
DE OBLIGATIONIBVS ex consensu.

Qui sunt isti contractus, qui consensu fiunt?

QVi vt plurimum consensu constant, & in quibus nec scriptura, nec præsentia, nec re opus sit, vt obligatio talis essentiam inde accipiat, *l.2. ff. de obl. l.4. de pign.*

Inter absentes fiunt ne obligationes ex consensu?

Omnino talia negotia geruntur inter absentes per epistolam, vel internuncium, *tex. hic. l.48. ff. de obl. l.2. ff. de pact.*

Quot sunt species huius obligationis ex consensu?

Quatuor hic recenset Imp. vt sunt emptio & venditio, locatio & conductio, societas, mãdatum: prima species probatur, *l.1. ff. de contr. empt.* secunda, *l.1. ff. locat.* tertia, *l.19.31. cum seqq. 37.44. ff. pro socio.* quarta, *l.1. ff. mandati.*

Quales nascuntur actiones ex his obligationibus?

Bonæ fidei, quia & ipsi contractus tales sunt: quare qualis causa, talis effectus, & conuenire debent actiones cum ipsis negotiis, vnde deducuntur, *l.1. cum seq. ff. de præscript. verb.* Wesenb. *h.*

Quare sunt bonæ fidei hi contractus?

Quia non adeo verba intuentur quam intentio & consensus contrahentium, & licet quædam non reperiantur dicta, si tamen intelligantur obligationibus interesse, ex æquo & bono censentur acta, quamuis expressa non reperiantur, *l.6. ff. de contrah. empt. l.11. ff. de act. empt.* quod in stipulationibus quæ stricti iuris sunt, secus est: Nam inibi stricte ad ea deuenitur quæ dicta reperiuntur, *l.99. ff. de V.O.*

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Actiones congruentes sunt dandæ negotiis, *l.1. cum seq. ff. de præscript. verb.*

E Iure Canonico.

Pactum per quod filia dotata renunciat hæreditati paternæ, iuramento vallatum tenet, facit, *Auth. sacr. pub. C. si aduers. vend. & c. cum contingat. de iureiur.* Et possunt Iudices seculares compelli per censuram Ecclesiasticam, ad seruandum hoc ius Canon. *c.2. eod.*

APHORISMI POLITICI, ex Plin. d.l.

I.

Sub bono Principe licet cuique sua etiam magnifica & opulenta retinere & habere tuto.

II.

Est tyranni, quicquid habet quisque subditus amplum, egregium, pulcrum, siue in rebus mobilibus, siue in rebus soli, occupare & sibi detinere.

TITVLVS XXIV. DE EMPTIONE ET VENditione.

Quid est Emptio-Venditio?

EST prima species obligationis, quæ consensu fit, & definitur, quod sit obligatio, quæ ex conuentione de rei traditione & precii certi solutione, *l.35 §.1. ff. eod.* oritur, licet precium nondum sit numeratum, *tex. hic l.8. ff. eod. l.9. C. eod.*

Est ne opus traditione illico?

Non, sed conuentio solum de tradendo requiritur ad perfectionem huius contractus, *§.2. supr. de donat.*

Requiritur ne arrhæ datio?

Non necessario. Nam arrha est solum argumentum & signum, quod emptio-venditio sit contracta, quæ solo constat consensu,

tex.

tex.hic. inprinc. hæc autem dicta intelliguntur de emptione & venditione sine scriptura, *tex. hic*. nisi, vt fiat probationis causa, etiam scriptura cautum sit, *l. 4. ff. de pign*. Bald. *in l. 24. nu. 4. C. de fideicom. l. 17. C. de fide instrum.*

Qualis est autem emptio-venditio in scriptis?

Ea, quæ omnino scripturam requirit, sine qua perfecta esse non censetur emptio-venditio, *tex. hic. l. contractus: C. de fid. instr.* non tamen præsumitur scriptura nisi probetur, Bald. *in l. 12. nu. 2. C. de probat.*

Quomodo probat scriptura?

Si propria manu fuerit scripta, vel si ab alio sit scripta, ab eo cuius interest, fuerit subscripta, *l. 8. § non videtur. ff. quib. mod. pig. sol. l. 1. 26. de pig. l. 26. §. fin. ff. depos. §. 1. h. t.*

Quid si à Notario instrumentum sit scriptum, requiritur ne subscriptio?

Non opus est partis, vel partium hoc casu subscriptione, Salic. *d. l. contractus C. de fid. instr. nu. 3.*

Quid si scriptura nondum sit perfecta, est ne locus pœnitentiæ?

Est, & impune partibus à contracta empt. vendit. recedere conceditur, *tex. hic.* quia contractus nondum est perfectus, *l. 6. in fin. ff. eod.*

Quid si arrhæ datio interuenerit & recedere volunt partes?

Hoc casu emptor qui recusat adimplere contractum amittit quod dedit, venditor ad duplum obligatur præstandum, *tex. hic. l. fin. C. de sponsal.*

Nonne vlterius præter arrhæ præstationem obligatur etiam ad interesse, qui à semel facto contractu recedit?

Omnino obligatur exemptione ad interesse, *l. 2. ff. de act. empt.* non enim fas est contractu perfecto altera parte inuita ab eodem recedere, *l. 5. C. de oblig. §. 2. S. de donat.*

Licet ne conferre precium in Emptorem?

Non, vt si dixero, vendam tibi quanti voles, *l. fin. C. de contrah. empt. l. 8 ff. eod.* Sed bene potest conferri in arbitrium tertii, vt quanti Titius rem æstimauerit, tanti sit empta, §. *precium. h. l. 7. ff. eod.* & si definiuerit precium, constat emptio sub conditione: Sin vero non definiuerit, non valet, quia conditio cessat, nempe non statuto precio, *tex. hic.* Non enim quasi obligatur ex aliorum contractu, *t. t. C. res inter al. act.*

Quæ actiones competunt ex hoc contractu?

Duæ: actio ex empto, quæ datur emptori contra venditorem, & actio ex vendito, quæ datur venditori contra emptorem, §. *precium. & t. t. ff. & C. de act. empt. & vend.*

In quibus rebus consistit precium?

In pecunia numerata, quam hodie monetam appellamus, §. *item precium. h.*

Contractu perfecto ad quem pertinet periculum rei venditæ, vel emptæ?

Ad emptorem, *tex. hic. §. cum autem.* non tamen vt dominum, sed vt creditorem cui debita species ante moram perit, quamuis tradita non sit, *l. 23. ff. de V. O.* quia etiam commodum sentit, cuius eiusdem rei est periculum. *§. cum autem. h. l. 10. ff. de R. I.* hinc regula, quicquid sine dolo & culpa venditoris accedit, in eo venditor securus est, *d. §. vers. quicquid. h.* Nam si in mora traditio fuerit, ipse damnum sentit venditor, *l. 17. ff. de peric. & commod. rei vend.* Item venditor sentit damnum, si res numero, pondere aut mensura constat, vel res in genere sit diuendita, *l. 35. §. 4. ff. de contr. empt. l. 8. ff. de peric. & commod. rei vend.*

Res vendita nondum tradita & in alium translata cui competit actio pro re?

Quia ante traditionem emptor nondum est dominus, ideo nec agere potest emptor, *l. cum qui. l. 80. de furt. l. 11. ff. de act. empt.* traditione namque transfertur dominium, *l. 20. C. de pact.* vt tamen agere valeat emptori remedio hoc subuentum est, vt venditor illi actiones

rei nempe vendicationem & conditionem cedat, *l.1.2.C.de act.l. Modestinus.ff.de solut.§.cum autem.h.l.35.§.4.ff.eod.*

Emptio sub conditione valet ne?

Valet tam pure quam sub conditione etiam potestatiua, §.*emptio. hic,l.41.ff.eod.*

Res extra commercium possunt ne emi & vendi?

Non, quia quæ natura Iura & consuetudines commercio exemerunt, ea nec vendi emive possunt, *l.54.§.1.ff.eod.* si tamen quis sacras emeret, eas sibi imputet, quia damnum sentit: Scienti enim non fit iniuria, *l.34.C.de transact.* Quod si vero deceptus quis fuerit à venditore, pro profanis res tales emerit, habet actionem ex empto, vt consequatur quod sua interest, eum deceptum non esse, quia est contractus bonæ fidei, quem seruari decet, *l.70.ff.eod.* & ex quo ex dolo vltro citroque oritur obligatio, *l.1.13.ff.de act.empt.l.5.10.C.de rescind. vend.*

REGVLÆ IVRIS SIVE AXIOMATA.

I.

In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum est: ambigua vero intentio ita accipitur, vt res salua sit actori, *l.172.ff.de R.I.*

II.

Quod euincitur in bonis non est, *l.190.ff.de R.I.* hoc est, licet ciuiliter in bonis sit propter vsucapiendi conditionem: naturaliter tamen, seu pleno iure non est: aliud enim est in dominio esse, aliud in bonis: nam hoc ciuile est, illud naturale, *l.rem in bonis.ff. de acquir. rer.dom.*

III.

Neque pignus, neque depositum, neque precarium, neque emptio, neque locatio rei suæ consistere potest, *l.45.ff.de R.I.*

IV.

Imaginaria venditio non est precio accedente, *l.16.ff.de R.I.*

E Iure Canonico.

Coram arbitris non habet locum reconuentio, cum arbitri iudicare non possint, nisi de his tantum super quibus in eos compromissum fuit, Lancel. *de mut. petit.* Abb. *c. cum dilectus. de arbit.*

APHORISMI POLITICI, ex Plin. d. l.

I.

Nullum est tempus, nullus locus, vbi funestorum & crudelium Principum manes à posterorum execrationibus conquiescant.

II.

Vera boni Principis laus & fama non imaginibus aut statuis, sed virtute aut meritis prorogatur.

III.

Sub bono Principe ea est populi & Principis æmulatio, vt contendant inter se, vter alterum magis amet.

TITVLVS XXV. DE LOCATIONE ET conductione.

Quid est locatio-conductio?

EST conuentio de rei, vel personæ vsu pro certa mercede, ad certumque tempus: hinc locator is est, qui dat & concedit aliquid vtendum certa tamen mercede vtrinque interueniente, Wesenb. *in princ. h. t.*

Differt ne locatio-conductio ab emptione & venditione?

Quia nomina sunt separata, ideo etiam differunt, sed non in omnibus. Nam conueniunt in maximis, iisdemque pene iuris regulis consistunt, *tex. hic. l. 2. ff. eod.*

In qui-

In quibus proxima est locatio-conductio emptioni & venditioni?

Vt enim in emptione adest res & precium: sic in locatione res & merces, *l. 66. de V. S. l.10. ff. de adquir. poss. l. fin. §. fin. ad L. Rhod. de iact.* deinde, vt conuentio in emptione, sic etiam eadem in locatione censetur, *§. 1. h. l. 1. 2. ff. eod.* Quæ denique actiones hinc oriantur, sunt æque bonæ fidei nominatæ, & vltro citroque directæ, vt in emptionibus, *tex. hic.*

Licet ne mercedem in arbitrium tertij conferre?

Licet, sed in conductorem non, & dicitur talis conditionalis locatio, *l. 25. ff. eod.*

Quid si sarcinatori sarcienda vestimenta non constituta mercede dedero, quæ inde datur actio?

Certe non datur locati, vel conducti actio, quia nulla merces est constituta, *tex. hic.* sed bene actio præscriptis verbis, quia est solum contractus innominatus, *l. 22. ff. de præscript. verb.* & datur hæc actio ex solis verbis litigantium eorumque conuentione, à quo differt in factum actio, quæ hac deficiente scil. præscript. verb. datur, quando scil. nil præscriptum est, nec conuentionis norma secundum quam præscribatur actio, extat, *l. 11. 14. ff. de præscript. verb.* Contius disput. *lib. 1. cap. 13.*

Quæ oritur actio ex mutuo vsu?

Si Titius Sempronio bouem, & Sempronius Titio similiter bouem commodaret alium pro vsibus certis, hic si vnus perierit nempe Titii non datur actio locati vel conducti, quia nulla merces interuenit, quæ requiritur in locatione, sed vsus, nec commodati, quia gratuitum debet esse commodatum, *§. præterea. hic. l. 17. §. 3. l. 5. §. 9. ff. commod.* sed datur actio præscriptis verbis ex contractu innominato, facio vt facias.

Quid iuris si non vsus pro vsu, sed res fungibilis, vt oleum, vinum, triticum, &c. pro vsu datur?

Certe locatio & conductio est, quia certa merces constituitur,

l.21.C.eod. differt tamen ab emptione in eo, quia eius precium, vel merces debet consistere in pecunia certa numerata, §. *praeterea.h.t.* Wesenb *d.l.*

Quia perpetuo pro annua pensione etiam praedia traduntur fruenda, qualis est is contractus?

Quoniam emptio dici non potest, nec locatio, maximam tamen cum ambobus contractibus familiaritatem habet, § *adeo.h.l.2.ff.eod.* Ideo l. Zenoniana propriam statuit in hoc descriptionem, eumque appellat contractum Emphyteuticum, *l.1.3.ff.de reb.eor.* § *adeo.h.*

Quid est contractus Emphyteuticus, siue Emphyteusis?

Est contractus rei immobilis, per quem transfertur dominium vtile in Emphyteutam, retento dominio directo, & aliquid singulis annis ipsi domino soluitur in recognitionem directi dominii, Wesenb. *h.* § *adeo.* Bald. *in l.15.§.1.ff de rei vendic.*

Quomodo differt à locatione?

In locatione definitur certum tempus, in Emphyteusi perpetua fit conductio, *l.10.C.eod.l.1.ff.si ager vectig.* neque datur pensio pro vsu adeo quam pro recognitione directi dominii, *c.2.de censib.* quod inde cónstat, quia non æque vt in locatione ob damnum & sterilitatem fructuum pensio omnino remittitur, *l.25.§.5.ff.eod.*

Quia hic contractus suis pactionibus potest constare, debent ne pacta obseruari?

Omnino, perinde ac si ex natura talis esset contractus, § *adeo.h.l.1.C.de iur.Emphyt l.contractus.ff.de R.I.*

Ad quem pertinet periculum in hoc contractu?

Si pactionibus hæc conuentio non fuerit munita, extunc totius rei interitus ad directum dominum: sin particularis, ad Emphyteuticum, qui vtile habet dominium, pertinet, *d.* § *adeo.l.1 C.de iur.Emphyt.*

Valet ne Emphyteusis in rebus Ecclesiae?

Perpetua non regulariter in Ecclesiasticis bonis, & dicitur perpetua etiam ad 30. annos constituta, Panorm. *in c.nulli.in fin.de reb.Ecclesi. non alienand.*

Emphy-

Emphyteuta quam habet disponendi facultatem?

Eam eleganter & perspicue declarat *l.3. C.de iure Emphyt.* quæ dicit, quod si instrumentum, vel pactiones extent bene, quia quod placuit seruari debet. Sin vero non & vendere meliorationes suas, seu emponemata Emphyteuta voluerit, tunc si tantam summam dominus dederit, quam alius dare desponderit, cogitur dare Emphyteuta domino pro eadem summa qua vendere aliis potest meliorationes, nisi duorum mensium spacium fuerit emensum, vel dominus hoc facere noluerit, quo casu datur facultas Emphyteutæ vendendi meliorationes pro libitu saluo tamen iure domino pro Canone, *d l.3. C. de iur. Emphyt.* Si tamen Canon in seculari Emphyteusi non soluatur intra triennium, nec apochas Emphyteuta dederit domino, poterit per dominum remoueri, quod in Ecclesiastica ad biennium est definitum, Dd. *d.l.2.& t.t.C.de iur.Emphyt.*

Porro, quid iuris si cum aurifice conuenero de annulo conficiendo, qualis erit contractus, locatio, vel venditio?

Distinguendum erit hoc casu, aut enim aurifex ex proprio auro, hoc est suo confecit annulum, aut ex meo auro, hoc est, mea materia, illo casu non est dubium quin sit emptio & venditio, certo namque precio aurifex vendit aurum, *§.item quæritur.h.l.2.ff.eod.l.20.65.ff.de contrah.empt.l.34.ff.de aur. & arg.* Hoc vero casu, si ex meo auro mercede pro opera definita annulum confecerit, proculdubio erit locatio-conductio, *d.§.h.l.14.C.eod.* Nam sciens rem, hoc est, aurum esse meum per specificationem non adquirit, cum mandatum habeat, vt annulum conficiat, *l.2.ff.eod.l.65.ff.de contr.empt.* Wesenb.*hic.*

Quæ veniunt præstanda in hoc contractu?

Quia vtriusque causa fit, custodia diligentis patrisf. requiritur & exactior, quam quis rebus suis adhibere solet, *l.3.ff.de per. & commo. rei vend.* non vero diligentissima custodia vt in commodato, vbi non vtriusq; vtilitas vertitur, *l.si vt certo.§.2.ff.commod.l.23.ff de R.I.* & licet textus habeat hic, qualem diligentissimus paterf. &c. verba tamen eiusmodi indefinita, siue in positiuo, comparatiuo, vel superlatiuo

repe-

reperiantur, secundum semper subiectam materiam sumũtur, Wesenb. *hic.* qui dicit, quod Iudicis sit dicere æstimare diligentiam, vel negligentiam: hæc exemplo probantur, *l.* 23. *ff. de* R.I. vbi diligentia requiritur in commodato, quod pro subiecta materia secus est, Wesenb. *hic.* qui dicit, quando cura diligentissima in locato desideratur, nempe si quis industriam certæ rei profitetur, *l.* 25. *§. pen. ff. eod.*

Quid vero iuris si conductor intra tempora conductionis mortuus sit, transit ne ius hoc in hæredem?

Omnino vltro citroque tam locatoris, quam conductoris in hæredes, §. *fin. h l.* 10. *C. eod. l.* 19. §. *pen. ff. eod.*

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Neque pignus, neque depositum, neque precarium, neque emptio, neque locatio suæ rei consistere potest, *l.* 45. *ff. de* R.I.

II.

Precarium soluitur ad beneplacitum concedentis, *l. cum precario. ff. de prec.*

E Iure Canonico.

I.

Emphyteusis perpetua est regulariter in rebus Ecclesiasticis prohibita, & dicitur perpetua etiam ad 30. annos, Panor. *c. nulli. in fin. de reb. Eccles. non alien.*

II.

Ecclesiæ Emphyteusis transit ad vxorem, si hoc actum reperitur in instrumento, vel pactionibus, *Nou. de non alien. vel permutand. gloss. in l. etiam. ff. de sol. matrim.*

APHORISMI POLITICI, ex Plin. d. l.

I.

Tyranni est odisse eos, quos populus, vel Senatus quasi de se bene meritos diligit.

II.

Eſt boni Principis nobiles familias etiam collapſas, reſtituere, & merentes augere & fouere.

TITVLVS XXVI.
DE SOCIETATE.

Quid eſt Societas?

SOcietas eſt contractus iuris gent. *l.7.ff.de pact.* nominatus bonæ fidei, §.24. *de act.* in quo bona fide contrahentes ſocietatem de rebus honeſtis conſenſu ineunt, eo animo eaque lege, vt res operæve, earumque rerum & operarum lucra & damna inter eos communicentur, Weſenb. *in Iſag. Inſtit.* Vel eſt duorum pluriumve conuentio honeſte ad vberiorem queſtum & commodiorem vſum, vel etiam ſi ita alea eſt iacta, ad damni emergentis etiam communicationem contracta, de illicitis namque non contrahitur ſocietas iure, *l.53.57.ff.eod.* vbi habetur, quod delictorum fœda & turpis ſit communio: item rerum inhoneſtarum nulla eſt ſocietas.

Quia ſocietas, vel totorum bonorum, vel certæ rei negotiationisve fieri ſolet, quid ergo iuris in lucro damnove inde emergentis?

Hoc, vt ſi de partibus lucri & damni conuenerint ſocii, valeat conuentio, & obſeruari debet, *tex.hic.in princ.l.29.ff.eod.* Sin vero non conuenerint, tantum in vnum, quantum in alterum ex damno lucrove redundat; *tex.hic l.6.81.ff.eod.* & ſi ſimpliciter ineatur ſine conuentione, de omnibus in quæſtu rebus intelligitur contracta ſocietas, *l.7.ff. pro ſocio.*

Poteſt ne coiri ita ſocietas, vt vnus pecuniam, alter vero induſtriam & curam conferat?

Poteſt, lucrumque poteſt eſſe commune, ſi ſecus non conuenerint, §. *de illa.h.t. l.5.82.* §.1. *ff. eod.* item lucrum ex parte quis ſentire

potest,nullum vero damnum. Si ita consenserint,hoc tamen ita,si is qui damnum non voluerit sentire, etiam plus contulerit, vel pecunia,vel opera,vt cum damno id respondeat,*l.29.ff.eod.* quippe societatis æquale debet esse damnum & lucrum: imo cum hodie pacta saltem nuda actionem producant, valet societas prout conuenerint socii. Ex conuentione enim legem sumit contractus,modo sit honestus,& licet æqualitas requiratur,non per hoc inæqualitas censenda est, si ita voluerit altera pars, volenti namque non fit iniuria. Wesenb. *hic.*

Quoad durat societas contracta?

Quoad perseuerauerint in ead.*§.manet.h.t.l.64.ff.eod.l.58.ff.de pact.* sin vero quis ex sociis renunciauerit societati,soluitur, *d.§. manet.*

Quomodo possit dissolui cum mutuo consensu contractus absolutus vnius voluntate dissolui non possit?

Regulariter id per *l.3.C. de rescind. vend.* verum est, vt & *l.5.C.de actio.* constat: in societatibus & communionibus tamen secus obseruatur. Wesenb.*hic.*

Quid iuris si quis sociorum callide & dolo renunciauerit?

Si quid captauerit callida renunciatione, vt is solus in solidum dominus sit, hæreditatemve lucri faciat, tenetur lucrum cum reliquis sociis communicare in eo casu, *l.14.17.65.§.2.ff.eod.* porro autem manet voluntate illius societas dissoluta,*d.l.actione.§.manet.*

Quid vero si quid obuenerit quod quis non captauerit?

Si non propterea societati renunciauerit, vt solus adquirat, ad eum spectat, *§.manet.h.* Ei vero cui renunciatum est omne commodum & incommodum adscribitur, & ad eum pertinet, *§.manet.hic.* cessante namque causa,id est,societate,cessat effectus, hoc est,lucri & damni communicatio,*d.l.65.§.2.*

Sunt ne adhuc alij modi quibus societas soluitur?

Omnino. Nam præterea soluitur & morte socii, *§.soluitur,h.l.4.§.1.l.63.§.8.ff.eod.* quippe persona certa quia est electa, *l.19.ff. eod.*

ideo

ideo causa extincta non transit societas ad hæredes, *l.35.59.ff.eod.* Vbi notandum, quod morte vnius socii soluatur tota societas, quæ inter omnes fuit inita, *d.l. actiones.§.soluitur.h.* Item soluitur societas, si negotiatio fuerit absoluta, *d.§.h.* item soluitur publicatione bonorum, *§.soluitur.h.d.l.actione.§.publicatione l.63.§.8.ff.eod.* Item soluitur cessione bonor. *§ soluitur. h.l.58.* vbi Bart. *l.83.ff.de solut.* qui modi intelliguntur, si denuo non conuenerint, qui si porro etiam consentiant in societatem, noua erit societas, *d.§.soluitur.l.6.ff.de ceß.bonor. §.fin.J.de actio.*

Ad quæ obligatur socius socio ex societate?

Ad dolum & culpam, quæ hic desidia & negligentia nuncupatur, *§.fin.h.* Bart. *ad l.32.ff.depos.* Omnium quippe interest, rem rite administrari: culpa tamen hic non intelligitur de leuissima: si itaque eandem quam in propriis rebus solitus est præstare diligentiam, in societate præstiterit, quis tutus est, nec tenetur actione pro socio, quæ vtrinq; directa dicitur, cum omnium ratio eadem sit, *d.§.fin.* Dd. *hic.* Bene itaq; hic subnectitur, quod si quis somniculose elegerit socium parum diligentem, sibi hoc adscribat, *tex.hic.in fin.*

Quale habet dominium socius in re communi?

In singulis rebus ex societate pro indiuiso ius dominii habet, *l.66. §.1.ff.de leg.2.* Wesenb. *hic.in fin.*

REGVLÆ IVRIS SIVE AXIOMATA.

I.

Secundum naturam est, commoda cuiusque rei eum sequi quem sequuntur incõmoda, *l.10 ff.de R.I.* hinc sequitur, quod si quæ pacta fuerint de lucro adiecta, censentur etiam de damno adposita esse, Dd. *d.l.10.& §.illud.Instit.h.t.*

II.

Socii mei socius (citra nimirum voluntatem meam,) meus socius non est, *l.47.ff.de R.I.*

E Iure Canonico.

I.

Quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, *c.quod omnes.ff. de R.I.in 6.*

II.

Cum Ecclesiis inferioribus Episcopus non diuidit sibi relictum, sed bene detrahit quartam de relictis dictis Ecclesiis, Imola. *in clem. dudum. de sepult.* Abb *in c. offic. de Testam. qui negatiuam amplectitur.*

APHORISMVS POLITICVS
ex Plin. d. l.

Pessime consulit Reip. Princeps, cum vel malignitate, vel negligentia male agentibus & in officio suo versantibus Præsidibus prouinciæ aliisque Magistratibus domesticis, vel bellicis impunitatem procurat: recte autem suo munere perfunctis nullum dat aut procurat præmium; quippe illos sic deteriores, hos in bene agendo segniores reddit.

TITVLVS XXVII.
DE MANDATO.

Quid est Mandatum?

EST quarta species obligationis ex consensu, *l. 1. 6. §. 1. ff. mand.* & definitur, quod sit officium cuiusq; honestę causę, vel rei & personæ gratia datum & acceptum gratis absque mercede. Vel est officium gratis ab eo qui suscepit exhibendum: & is qui mandat mandator, qui vero suscipit mandatum exequendum, dicitur mandatarius. Wesenb. *hic.*

Quot modis contrahitur mandatum?

Quinque, *tex. hic in princ. l. 2. ff. eod.* aut enim eius qui tibi mandat, solum causa contrahitur, aut tam mandantis, quam mandatarii, aut tertii gratia: aut mandantis & tertii gratia, aut denique mandatarii & tertii gratia, *§. 1. l. 2. ff. eod.*

Pro euidentia dic exempla horum mandatorum?

1. Mandantis; vt si Titius mandet Sempronio, vt pro eo negotia gereret, vina emeret. vel fidem suam interponeret.

2. Man-

2. Mandantis & mandatarii gratia: vt si Titius mandet Sempronio, vt Seio credat pecuniam ad vsuras quincunces, quam Titio demum mutuo daret.

3. Tertii gratia, vel alienæ causæ, vt si quis mandet, vt Titii negotia gereres, fundum emeres, vel pro eo sponderes.

4. Mandantis & tertii gratia: vt si quis mandet, vt suam & Titii causam agas, vel vt sibi & Caio vinum emas, fidemve interponas.

5. Mandatarii & tertii gratia: vt si quis mandet, vt Titio sub vsuris crederes, *tex hic. in princ.*

Quid iuris in mandato, quod est adinstar Consilij?

Tale mandatum, si est solius mandatarii gratia datum, vt si consulens dicat, mando, vt pecuniam tuam in emptiones prædior. colloces potius quam ad vsuras, vel etiam vice versa, non est obligatorium, quia consilium non obligat, nisi fuerit fraudulentum, vel dolosum, *l. 23. 31. ff. de dol. mal. l. 47. ff. de* R. I. sed hoc casu magis ex delicto obligatio oritur. Wesenb. *hic.*

Quid si non fecisset alias, nisi consilio motus esset, indeque magnum quasi damnum senserit?

Tamen non obligat mandantem, Dd. *ad l. consilij. ff. de* R. I. *&* *c. consilio. 62. ff. de R. I. in 6.* & sibi potius culpā adscribat, qui secutus est consilium, potuit enim non obtemperare: quod igitur quis sua culpa sentit damnum, sibi imputet, *c. damnum. 86. de* R. I. *in 6. §. fin. ꝫ. de societ.*

Quid si non in genere, sed in specie mandatum interuenerit, est ne obligatorium?

Hoc casu est obligatorium, quia tertii causa interuenit, vt si quis mandet, vt Titio suam pecuniam fœnerares, quia non alias Titio credidisses, nisi mandatum interuenisset: paria namque sunt mandare vt credas pecuniam, vel fideiubere, quia hinc mandati actio nascitur, *t. t. de fideiuss. & mand.*

Est ne obligatorium mandatum quod sit contra bonos mores?

Non, *§. illud. h. t. l. 6. §. 3. 12. §. 7. l. 7. ff. eod.* Nam ea quæ cum hone-

ſtate pugnant turpia ſunt:turpia vero impoſſibilibus æquiparantur, nec inde oritur obligatio, *l.impoßibil.ff. de R.I.* neque habes modum conſequendi contra mandantes, ſi quid loco mulctæ præſtiteris capere mandatum, *d.* §.*illud.* quia voluntas fuit non recipere mandatum, quare ſibi quis imputet, qui inde damnum ſentit, *l.22.§.6. ff.eod.*

In mandatorum executione quæ obſeruatur regula?

Hæc ſalutaris, vt fines mandatarius mandati non transgrediatur, §.*is qui.h.t.* adusque vt nec per æquipollens mandata adimpleri poſſint, *l.fin.ff.eod.*

Quid ergo iuris ſi fines mandati cum commodo tamen mandantis non obſeruauerit?

Si non vergit in detrimentum, tunc militat regula: Melior non deterior cauſa mandantis fieri poteſt, quod ius naturæ & ſocietatis humanæ vinculum dictitat, *l.4.ff.eod.* ſic ſi quis mandauit, vt prædium emeres pro centum Ioachimicis, pluris non licet emere, ſed bene minoris, quia plus continet in ſe id quod minus eſt, hoc eſt, maior ſumma continet minorem in ſe, §.*præterea.ff.de inut.ſtip.l.1.§.4. ff.de V.O.*

Mandato nondum perfecto, reque integra adhuc, poteſt ne reuocari mandatum?

Poteſt, ſicut etiam ſoluitur morte mandantis, ſiue mandatarii. §.*recte.h.l.11.§.12.l.15.ff eod.l.ex ratione.leg.pen.C.de pact.l.15.C.eod.l.26. 27.§.3.ff.eod.*

Quid ſi quis iam ceperit mandatum peragere, nec integra res eſt amplius, tranſit ne ad hæredes?

Hoc caſu, ſi non ſint perſonalia, ſed quæ per hæredes perfici poſſunt, tenentur hæredes ad conſummationem, *l.58.in princ. ff.h.t.* ſicuti etſi de morte mandantis tibi nil conſtiterit, ſalua tibi manet mandati actio, ſi mandatum executus fueris, §.*recte.h.t.*

Quia mandatarius conſenſu obligatur, poteſt ne ſuſcepto renunciare mandato?

Non, quia quæ ab initio ſunt voluntatis, ex poſt facto fiunt ne-

ceſſitatis, §.*mandatum.h.l.22.§.fin.l.27.§.2.ff.eod.* Si mandatum non ſuſcipere quia licet, dignum etiam eſt ſuſceptum finire, *d.l.22.* niſi res integra ſit,& quam primum quis renunciauerit,§.*mandatum.h.*id quod conceditur in hoc contractu ex æquo & bono. Nam correlatiuorum eadem eſt ratio, & quia mandator mandatum re integra reuocare poteſt,nil obſtat,quin & hic mandatarius ſuſceptum re integra officium gratuitum reuocare valeat. Weſenbec.*h.l.22.§.11. ff.eod.*

Quomodo agitur & qua actione ex mandato?

Directa & contraria mandati actione: illa datur ei qui mandat, hæc illi qui recipit mandatum, niſi merces interuenerit, quo caſu ex conducto agitur: Sin vero nulla mercede conſtituta quis experiri voluerit, præſcriptis verbis agere poterit, §.*mandatum.h.* Nam non gratuito tenetur ſarcinator exhibere ſuum officium, *l.22.ff.de præſcript.verb.*

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Iuſta & probabilis ignorãtia nemini fraudi eſſe debet, *l.inter.ff.eod.*

II.

Semper qui non prohibet pro ſe interuenire, mandare videtur, ſed etſi quis ratum habuerit,quod geſtum eſt, obſtringitur mandati actione, *l.60.ff.de R.I.*

III.

Conſilii non fraudulenti nulla eſt obligatio, *l.47.ff.de R.I.*

IV.

Ratihabitio mandato comparatur, *l.60.ff.de R.I.*

V.

Notandum,factum,quod locari non ſolet, non habere petitionem, *l.56.§.fin.ff.eod.* niſi tale ſit officium, quod honeſtas & fauor poſſeſſionis à condigna mercede non excludat, vt eſt Medicorum, Aduocatorum, qui operam gratis non locare ſolent, *l.1.ff.de var.& extra.cog.l.vn.l.1.C.de ſuffrag.* vbi Dd.*l.7.ff.eod.l.17.C.eod.* vbi Dd.

E Iure Canonico.

I.

Ratum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum, *reg. 9. de* R.I. *in 6.*

II.

Qui tacet, conſentire videtur, *reg. 43. de* R.I. *in 6.*

APHORISMI POLITICI, ex Plin. d. l.

I.

Qui ſuum principatum & officium obire dedignatur, contemptibilem ſe aliis propinat, & idolum potius quam Princeps à cunctis cenſetur.

II.

Diligi Princeps, niſi & ipſe diligat, non poteſt.

TITVLVS XXVIII. DE OBLIGATIONIBVS quaſi ex contractu.

Quid eſt obligatio, quæ quaſi ex contractu oritur?

EST obligatio, quæ neque ex contractu (propter conuentionem, vel conſenſum præcedentem) minus ex delicto, vel maleficio ſubſtantiam capit; ſed tamen, quia vltro citroque oritur obligatio, indeque legitimæ actiones: ideo non iniuria dicitur obligatio quaſi ex contractu, §.1. *h.*

Quot recenſentur ſpecies harum obligationum?

Sex hoc tit. ab Imp. numerantur, *t.t.h.*

Quæ eſt prima ſpecies?

Prima eſt negotiorum geſtorum, vt ſi quis eius, qui peregre pro-

fectus est; negotia vltro gesserit. Nam inde oriuntur actiones, directa & contraria, illa datur domino, hęc gestori negotiorum, §.1.*h.l.2. t.t.de negot.gest.l.5.de O.& A.* contraria tamen quia non fit ex contractu actio, non est principalis, sed est adinstar exceptionis contra motam directam negotiorum gestorum actionem, ne damnum sentiat, qui profuit, *l.5.ff.depos.*

Quomodo ignorans obligatur, vt hic cernere est?

Contra quidem rationem iuris, *l.5.ff.depos.* sed quia mutuus amor & humanitas ita vtilitatis causa recepit, inualuitq;, obtinuit, ne eorum negotia, qui peregre ex singulari casu illico non dispositis administrationibus profecti sunt, desererentur, spe recompensationis qua sublata omnis via ad hanc administrationem recluderetur, §.1.*h.t.*

Tenetur ne ad rationes reddendas gestorum negotiorum?

Omnino, & quidem ad exactissimam diligentiam quis obligatur, non ad talem, quam quis propriis negotiis adhibuisset, eo quia se immiscuit negotiis, quibus forte alius commodius præfuisset, *tex.h. l.20.ff.de neg.gest. l.6.§.fin.ff.eod.*

Quæ est secunda species?

Est obligatio Tutelæ. Nam Tutores non contrahunt cum pupillo, licet iussu Magistratus sint obligati, *s̄. de excus. Tut.* neq; delictum hic vltro citroq; obligationem parit, quia tamen interest reip. pupillos & viduas tueri: ideo quasi ex contractu propter administrationem obligantur, *l.5.§.1.ff.de O.& A.* Et oriuntur hinc actiones, directa tutelæ, quæ datur pupillo, §.*Tutores. h.* & etiam contraria, quæ competit Tutori, si ex proprio impenderit in rem pupilli, *d.§.Tutores.h.l.7. ff. quemadmodum Test.aperian.l.25.C.de ad.Tut.l.1.ff.de cont.Tut.act.*

Quæ est tertia species?

Est communio rei, quæ duobus, vel pluribus pariter, vel donata, vel legata est (non quæ ex contractu societatis communio dicitur, cum hæc ex consensu descendat) nullo vel interueniente, vel præcedente consensu, §.*item si hoc tit.l.2.ff.de communi diuid.* Exempli gratia: Si quis ex re donata, vel legata communi solus perceperit fructus, vel quod vnus ex legatariis in rem legatam expensas necessarias fe-

cerit, quo casu vnus, alteri, vel reliquis tenetur actione communi diuidundo, vbi videre est, quod nullus interuenerit consensus, nec contractus, sed quia nec ex delicto obligatur, ex quasi contractu obligatus censetur, *§. item si h. l. 2. 3. ff. de communi diuid.*

Quæ est quarta species?

Familiæ herciscundæ iudicium, vel actio, quæ superiori quam simillima est, quia idem iuris in hac specie, quod in præced. obseruatur, *§. item si. h.* Est autem familiæ herciscundæ actio, quæ inter eos competit qui communem habent hæreditatem diuidendam, *l. 1. 2. ff. de famil. hercis.* & dicitur familiæ herciscundæ actio, quasi hæreditatis vel substantiæ diuidendæ.

Quæ est quinta species?

Est ea, quæ ex aditione hæreditatis oritur, vt quia legatorum nomine tenetur hæres legatariis, ex quasi contractu obligatio oritur: Nam cum defuncto legatarius proprie non contraxit: hinc nec proprie nascitur contractus, neque hæres ex maleficio obligatus, ideo quasi ex contractu tenetur, *l. 5. §. 2. de O. & A.* Actio autem hinc oritur, vel ex Testamento, vel rei vend. vel hypothecaria, *in princ. supr. de legat.* & sciendum hoc loco, quod hæres per aditionem obligationem defuncti in se recipiat, & ideo cum creditoribus defuncti vere contrahere dicitur, *l. 149. ff. de R. I. l. pen. C. de hæred. act.* sed cum legatariis & cohęredibus cum defunctus non fuerit obligatus, ideo quasi ex contractu teneatur. Wesenb. *hic.*

Quæ est sexta species?

Est ea, quæ oritur ex indebiti solutione, quam Pomponius tacitam obligationem vocat, *l. 13. §. fin. ff. commod.* Nam qui soluit, obligationem dissoluere intendit potius quam incommodare. Vt enim contractus est συνάλλαγμα, ita solutio est διάλλαγμα. Cuiac. *lib. 5. obser. c. 36.* quare vere contractus non est, sed quasi contractus, ex quo is qui indebitum accepit, obligatur, *§. item is. h.* ac qui per solutionem noluit obligari, sed dissolui, ideo actus agentium non debet operari vltra eorum intentionem, *l. 19. ff. si cert. pet.* quare condictione indebiti id iure quod indebite soluit, potest repetere, *supr. quib. mod. re contrah. oblig.* quod vero ad pios vsus est relictum, si fuerit indebitum solutum non repetitur, *§. fin. ex quibusdam. h t.*

REGVLÆ IVRIS SIVE AXIOMATA.

I.

Actio finium regundorum competit pro finibus ad distinguendum, vel iudicandũ, *l.2.§.1.& seqq.* & valet solum in rusticis prædiis, *l.2.ff.fin.regund.* & est duplex, quia vterq; est actor, & vterque etiam reus, *l.inter coheredes,§.4.ff.famil.hercisc.l.2.§.3.ff.eod.*

II.

Ex causa transactionis solutum vt indebitum repeti non potest, cum ipsa transactio sit iusta debitionis causa, *l.1.2.C.de condict.indeb. l.2.38.C.de transact.* vbi Dd.

III.

Nemini officium suũ debet esse damnosum, *l.25.C.de admin.Tut.*

E Iure Canonico.

Xenodochia, orphanotrophia, & loca similia Episcopo subsunt, qui prouidere debet, ne illorum res dissipentur, *c.ad hæc. de relig.dom.*

APHORISMVS POLITICVS ex Plin.d.l.

Honestius est ad posterorum memoriam dici optimum Principem quam felicem: illud est virtutis, hoc fortunæ.

TITVLVS XXIX.

PER QVAS PERSONAS NObis obligatio adquiritur.

Quia de contractu proprio, vel quasi hactenus: dic porro, quæ obligatio oritur ex contractu alieno?

QVo ad obligationem ex contractu alieno etiam nobis acquirit efficax nexus. Nam filiusf. si contraxerit, obligatur & acquirit nobis, §.1.s̃ *per quas perso.h.in pr.* de qua acquisitione s̃.dixi *lib.2.t.9.*&

vide *constit.l.6.l.fin.C.de bon.qua lib.* Item seruus proprius, qui totum adquirit nobis, *tex.hic.l.1.2.& t.t. de stip.seru.& ͡s tit.18. de stip.seru.l.41. ff.de pecul.* Itē liber homo, qui bona fide seruit. itē seruus alienus, siue vsufructuarius, si nempe ex operis suis, vel ex re nostra hi acquisiuerint; *tex.h.l.10.§.4.ff.de acq.rer.dom.* vid. ͡s *tit.per quas person.* Item cōmunis seruus, qui ęqualiter dominis acquirit, *tex.h.§.fin.l.5.7.de stip.seru.*

Quid si talis seruus communis vni dominorum stipulatus sit, vel per traditionem soli illi acquisiuerit?

Valet, si nominatim & separatim ita acquisiuerit, *l.5.7.ff.de stip.seru. §.fin.h.* vt Titio domino meo dare spondes? Idem iuris est, si iussu vnius domini stipulatus sit, cui soli acquirit qui iussit, *l.fin. C.per quas person.§.per traditionem.supr.de rer.diuis.*

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.
vid.supr.ad Tit.9.lib.2.

I.

Notandum hic, quod *l.vlt.C.de bon.qua lib.* ideo dicatur Nouella, quod lata sit priore Codice iam edito. Nam Constitutiones postea latæ Nouellæ dicebātur, donec secunda editione in Cod. fuerint insertæ, *l.29.C.de inoff.Testam.* sic namq; Nouellæ hodie post secundum Codicem editæ (quæ etiā conditionales sunt) appellantur Wes. *h.t.*

APHORISMVS POLITICVS ex Minôe Platonis.

Decretum ciuitatis lex est, sed illud inprimis, quod ratione æquitateque naturali nititur.

TITVLVS XXX.
QVIBVS MODIS OBLIGATIO tollitur.

Quomodo fiant obligationes hactenus dixti, dic qualiter eadem dissoluantur & tollantur?

VT illæ contractu partium contrahuntur: sic hæ distractu partium dissoluuntur, *l.58.ff.de pact.t.t.ff.& Cod.de rescind.vend.*

Quot

Quot modis fit eiusmodi distractus?

Quinque, nempe per solutionem, per contrarium dissensum, per acceptilationem, per nouationem, & per delegationem, *t.s.h.*

Quomodo tollitur obligatio per solutionem?

Tollitur per solutionem debiti, *l.176.ff.de V.S.l.60.ff.de solut.c.eate. 22.de iureiur.*

Potest ne tertius etiam soluere pro eo qui obligatus?

Potest, nec refert scientia debitoris fiat liberatio nec ne, §. *tollitur.* 1.*h.* imo inuito debitore, quia satis est ei si satisfiat, *l.23.53.40. ff.eod. l.39.ff.de neg. gest.* & hic est casus, quo beneficium in inuitum confertur, *l.69.ff.de R.I.*

Quia est fauorabilis solutio, liberantur ne etiam fideiussores, qui pro reo interuenere?

Imo, *d.§.1.h.* quia accessorium sequitur suum principale, *l.cum principalis. ff.de R.I. l.43.ff.eod.* nec consistit amplius fideiussio soluta principali obligatione, *§.1.2.supr. de fideiuss.*

Quid vero iuris si fideiussor soluerit, contingit ne liberatio inde reo principali?

Similiter, *§.1.h.in fin. l.36.ff.de fideiuss.l.28.ff.mandati.* Welenb. *hic.*

Quomodo tollitur obligatio per contrarium dissensum?

Quando iidem de eodem consensu recedunt, nec precio soluto, nec re tradita, §.*hoc amplius.h.* vt si Seius cum Sempronio conuenerit, vt fundus Tusculanus Titii Seio 50. aureis emptus, nec precio soluto, nec re tradita, licitum est ambos contraria dissensione recedere: Nil enim tam conueniens est, quam eodem modo quid dissoluere quo colligatum est, nempe contrario consensu, *l.35.ff.de R.I.l.58.ff.de pact.l.3.ff.de rescind.vend.l.80.ff.de solut.*

Quid vero si res iam sit tradita, fit ne liberatio solo contrario consensu?

Non solo contrario consensu, sed retraditione, cum res amplius non solo consensu, sed rei traditione constiterit, *l.58.ff.de pact.*

Quia de naturali modo tollendæ obligationis dixti, qui sunt modi ciuiles?

Reliqui tres, & primus est acceptilatio, *l.77.ff. de R.I.* quæ hic ab Imp. dicitur imaginaria solutio, *§ item.h.* Acceptum namq; ferre, est confiteri se debitum accepisse, quod tamẽ non accepit, *l.89.ff. de solut.* Cuiac. *lib.5. obser.c.36.* & sciendum, quod hic modus non sit contractus, licet interueniat stipulatio, quia nulla obligatio, sed liberatio oritur. Wesenb. *hic.* alias definitur, quod sit liberatio per mutuam interrogationem & responsionem, vnde soluitur quod antea erat ligatum, *l.1.ff. de accept.* Exempli gratia: Quod ego despondi & tibi promisi, habes ne id acceptum? tu respondes, habeo, quæ responsio solutionis vim obtinet, *l.54 & pen.ff. de solut.* Sciendum tamen, quod obligationes eę soluantur tantum hoc modo, quę verbis solum constant, non etiam reliquæ, *l.8.ff. de accept. l.58.ff. de pact.* iuxta regulam: nil tam naturale est, &c. *l.35.153.ff. de R.I.*

Potest ne etiam fieri vt plures res, vel quod ex aliis causis debetur, in stipulationem deducantur, & tandem per acceptilationem dissoluantur?

Omnino per *§ item.h.l.80.ff. de solut.l.4.5.ff. de transact.* sicuti etiam pro parte debiti valet acceptilatio, *l.9.§.1.ff. de solut. l.9.ff. de accept.*

Quomodo id fit, cum verbalem solum alias tollat obligationem acceptilatio?

Sic, vt omnes obligationes in stipulatione coniungantur, & in Aquilianam transfundantur acceptilationem, quo casu verbis fit nouatio. Nam quælibet obligatio sic nouari Aquilianam per stipulationem potest, *l.1.ff. de nouat.§. item.h.*

Quis est secundus modus obligationis ciuilis tollendæ?

Nouatio (alias quartus modus dissolutionis) quæ est prioris debiti ac prioris obligationis partibus ita volentibus expresse in aliam obligationem transfusio, vel translactio, vt quod tibi debeo sub conditione, si nauis ex Asia venerit, despondeo pure, vel quod tu

Sem-

Sempronio debes, à Titio dari ſtipulatus ſit, §. *praeterea. h.l.1.ff.de nou.* quod exemplo potius ad delegationem pertinet.

Semper ne interuentu nouæ perſonæ noua naſcitur obligatio?

Semper, niſi poſterior ſtipulatio locum in iure habere nequeat, vt in ſeruo. Nam eo caſu prior perinde obligatus manet, ac ſi nulla nouiter interueniſſet ſtipulatio, §. *praeterea.h.* Seruus namque perſona caret, *l.3.ff. de cap.dim.* qua ceſſante, ceſſat nouatio, *l.14.ff.de nouat.* Quare in nouatione obſeruandum, quod tum demum nouatio intelligatur, ſi conditio extiterit, quæ adiecta eſt; ſin vero non extiterit, prior obligatio manet, cum per defectum conditionis nil noui reperiatur, *l.14 8.31.ff. de nouat.l.24.ff. eod.*

Quis eſt tertius modus obligationis ciuilis tollendæ?

Delegatio (alias quintus modus diſſolutionis) quæ eſt nouatio per ſtipulationem, interuentu nouæ perſonæ facta, §. *praeterea. hic.*

Quomodo differt negatio à delegatione?

Hoc §. promiſcue tractantur, cum eiuſdem ſint naturæ, & vltro citroque eadem fere militet ratio: in eo tamen differunt, quod in nouationibus ſemper nouum quid requiratur, *d.§.praeterea.h.* Bald. *in l.4.C.de fideiuſſ.* vt *ſupr.* ex definitione patet: In delegationibus, quibus nouatio ineſt, *l.2.C.de nouat.* Bart. *l. ſingularia.nu.14.* Iaſ. *nu.38. 39.ff.ſi cert. pet.* perſonæ nouæ interuentu opus eſt, Weſenb. *hic.* in nouatione non peræque, quæ inter eaſdem perſonas fieri poteſt. Debet tamen hoc quoque obſeruari circa nouationem, vt niſi expreſſa intentione nouationis ſit celebrata, non præſumatur, nec enim prior obligatio ſic tollitur, §. *fin.h.l.ſi delegatio.* vbi Dd. Salic. *nu 3.C.de nouat.* Weſenbec. *hic.* quin imo & alia inſuper accedit, vt ſalua ſuperſit ex vtraque cauſa obligatio, *hic. in fin.* Salicet. *l.fin.num.3.* vbi Dd. *C. de nouat.*

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Fere quibuscunque modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur, *l.153.ff. de R.I.*

II.

Vt igitur nulla possessio adquiri nisi animo & corpore potest: ita nulla amittitur, nisi in qua vtrumque in contrarium actum est.

III.

Omnia quæ iure contrahuntur, contrario iure pereunt. *l.* 100. *ff. de* R. I.

E Iure Canonico.

I.

Transactiones seruari debent, & partium iuribus derogant, *ff. de Transact.*

II.

Transactiones iuri contrariæ non tenent, *c. super eo. de Transact.*

APHORISMI POLITICI, ex Platon. Menexemo.

I.

In tribuendis Reip. muneribus vnius maxime virtutis non census, non generis, non virium cæterarumque rerum externarum ratio habenda.

II.

Quo quis à maioribus generosior est, eo ipse si virtute vera destituatur, turpior esse ac videri solet.

III.

Turpium factorum merces est non modo in hac vita luctuosa, sed etiam in futura infelix ac misera.

FINIS LIBRI TERTII Instit. Imperial.



JVSTINIANI IMPER.

INSTITVTIONVM

Seu

ELEMENTORVM

LIBER QVARTVS.

TITVLVS I.

DE OBLIGATIONIBVS quæ ex delicto naſcuntur.

Quia de obligationibus ex contractu & quaſi dixiſti, conſequens eſt, de obligationibus ex maleficio, vel quaſi dicere: Vnde igitur naſcuntur?



Via hæ obligationes omnes vnius ſunt generis quoad rem, ideo etiam omnes ex re, id eſt, ex facto delicti naſcuntur, *tex. in princ.* tales ſunt obligationes ex furto, rapina, damno, iniuria prouenientes, *ind.* §.1.

Quomodo differunt hæ obligationes ab illis ex contractu, vel quaſi?

Ita, vt quæ ex contractu fiunt, ex pactione & conſenſu plurium

consistunt: quæ vero ex delicto, non æque, quia vt plurimum absq; conuentione & consensu tales nascuntur, ex vnius illico actu & maleficio, *l.16.ff. de pœn.* Præterea illa ex pecuniaria causa, hæ ex criminali, facto nempe illegitimo, oriuntur, *d.l.16.in princ.*

De quibus delictis hoc Tit. & seqq. aliquot tractat Imp.?

De priuatis, qualia sunt, vt dixi, furta, rapinæ, damnum, iniuria, §.1.*h.l.4 ff. de O. & A.* de publicis vero delictis, quibus non ad pecuniariam persecutionem agitur, sed ad pœnam corporalem, inferius.

Quid ergo est furtum?

Furtum, vt Imp. *hic* definit, est fraudulosa rei contrectatio lucri faciendi causa, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius possessionisve, quod lege naturali prohibitum est admittere, §.*furtum.h.t.l.* 1. *in fin.ff. de furt.l.1.§.9.ff. si is qui test. lib.* dicitur autem à ferendo furtum, id est, auferendo.

Fit ne hæc fraudulosa contrectatio in incorporalibus rebus?

Non fit, quia contrectari vt mobilia non possunt, id est, loco moueri nequeunt, *l.75.ff. de furt.* & sciendum, quod dolus simul in furto interuenire debet, *l.53.ff. eod.* Ex dolosa namque ablatione delictum hoc æstimatur, *l.39.ff. de furt. l.53.ff. eod.*

Quot sunt genera furtorum?

Duo, manifestum, & nec manifestum, *l.2.ff. de furt* §.*furtorum.hic.*

Quid est furtum manifestum?

Furtum manifestum est, vbi fur in ipso delicto fuerit deprehensus, vel in ipso loco, in quo commissum est furtum, vel post furtum, dum tamen cum furto deprehendatur, antequam ad locum destinatum id deportauerit, §.*furtorum.h.* Bart. *l.21.num.1.C. de furt.*

Quid est furtum nec manifestum?

Furtum nec manifestum dicitur, vbi fur ad locum destinatum furtũ deportauerit, antequam deprehensus fuerit, sed eum furtũ fecisse negari non potest, *d.§.furtorum.hic.l.8.ff. de furt.* quamuis, vt dixi,

ἐπ' αὐτοφώρῳ non ſit deprehenſus, *d. §. furtorum. 3. h. & l. 3. ff. eod.* & ſciendum, quod hodie omnes, qui ſcientes rem furtiuam ſuſceperint, & celauerint, furti nec manifeſti obnoxii ſunt, *§. conceptum. 4. h.*

Quæ eſt autem pœna ciuilis horum furtorum?

Pœna ciuilis furti manifeſti eſt quadrupli: furti vero nec manifeſti dupli, *§. pœna. h. l. 54. ff. de furt. §. 3. l. 11. C. eod.*

Sunt ne alia genera furtorum, quæ potius ſpecies actionum ſunt?

Hodie non, quia deſuetudine inumbrata ſunt, talia fuere, conceptum furtum, quod teſtibus præſentibus quæſitum & inuentum erat: oblatum furtum, quod ab alio ſibi oblatum ſit, vt apud te reperiatur potius, item prohibiti furti actio, vt ſi quis inhibuerit inueſtigationem furti: item furti non exhibiti actio, vt ſi quis furtum quæſitum & inuentum noluerit exhibere, *§. conceptum. hic.* quæ adieci, vt etiam ad exactam iuris antiqui cognitionem lucem adferant.

Quia ex intentione diiudicantur delicta, fit ne furtum, licet non intercipiendi animo?

Omnino. Nam qui inuito domino re depoſita vtitur, furtum dicitur committere, vt & is qui pignore inuito debitore vtitur, *§. furtum. hic. l. 66. ff. eod. l. 54. ff. eod.* Idem iuris obſeruatur in commodatario, qui re commodata vltra præſcriptum modum, vel aliter quam conceſſa erat, vtatur: nam & hoc furto æquiparatur, *tex. hic. l. 54. ff. de furt. l. 7. C. eod.*

Quia dictis modis etiam furtum committitur, militat ne etiam eadem pœna furti quæ olim?

Hodie pœna furti quia capitalis eſt, ideo ceſſat, quia nec definitio per omnia furti his caſibus accõmodari poteſt, quam res dominorum voluntate ſit depoſita, pro pignore data, vel commodata. Sed hoc interim verum eſt, infamiæ notam vt & extraordinariam cognitionem hic ſubeſſe, & ſibi imputet, qui ita contrahit, vnde damnum ſentire poteſt, *l. qui cum alio. ff. de R. I.*

Qui fuerunt veteres, quorum mentio fit in hoc §. furtum?

Wesenb. ICtus hoc §. denominat, Brutum, Manlium, Sabinum, quibus accedit & Labeo. Cuiac. *l.* 38. *ff. de vsuc. l.* 68. *ff. de vsufr. l. sæpe. in fin. ff. de V.S.*

Quando censetur quid inuito domino fieri?

Dixi animum & propositum seu προαίρεσιν distinguere maleficia, *l.* 53 *ff. de furt.* idque hoc §. *placuit.* 7. demonstratur, vbi habetur, quod furtum sine affectu furandi non committatur, *l.* 39. *ff. de furt. l.* 7. *ff. ad L. Corn. de sic.* Vnde sequitur, si quis credat se rem commodatam voluntate domini habere, vlterius aliterve se eadem vti, non eum committi furtum; Imo si arbitretur quis inuito domino se vti, cum eo volente vtatur, tamen non dicitur furtum fieri, quippe magis inspicitur, quod est in veritate quam quod est in opinione, *l.* 2. §. 10. *ff. pro empt. t.t. C. plus valere. l.* 48. §. 2. *ff de furt.*

Non ne potest quid in furti vitium incidere, etiamsi voluntate domini contractio eius fiat?

Imo. Nam si Titius malitiose suasit, vt seruus vicini domino suo furtiue auferret signatorium annulum, & dominus studio permisit contractionem fieri, quo suasorem & authorem deprehenderet, furtum committitur, licet id volente domino sit commissum. Nam dominus non eo animo permisit, vt dominio per hoc priuaretur, sed vt suasor, qui seruum corrupit, & actione furti & serui corrupti teneatur, §. *vnde. h. l.* 20. *C. de furt.* quia consilium fraudulentum corruptoris ad perniciem probitatis serui introductum est, §. *vnde. h. t. l.* 47. *ff. de R.I.*

Libererorum hominum, item rei suæ potest ne fieri furtum?

Potest, vt si quis liberorum nostrorum qui in nostra potestate sunt, quis subreptus sit, §. *interdum. h. l.* 14. §. 11. *ff. de furt.* Et si quis propriam rem creditori pignoris gratia datam, subtraxerit, *d.* §. *h. l.* 19. *ff. de furt.*

Tenetur ne furti, qui consilium & opem ad furtum faciendum dedit?

Licet ipse non furatus sit, si tamen consilio illius & ope furtum sit

com-

commissum, tenetur, §. *interdum. h. l. 34. 50. ff. eod.* vt si quis fertamenta ad effringendum aut scalas, vt fenestris supponerentur, commodauerit sciens, *d. §. h.* Qui vero solum consilium dedit, non tenetur furti, *d. §. in fin. h.* sicut nec condictione furtiua, *l. 6. ff. de condict. furt.* nisi furtum sit secutum, & particeps sit furti: quia fraudulentum tamen dedit consilium, non est dubium, quin in eum detur de dolo actio, *l. 53. de V. S. l. consilij. ff. de R. I.* Wesenb. *hic.* sufficit enim dolus etiam solus, licet consilium non sit datum furandi, *l. 54. ff. de furt.* & hodie qui ostium effringit, vt alius furtum faceret, pro fure punitur, quæ tamen semper subintelliguntur furto subsecuto, *d. l. sæpe.* Wesen. *h. §.*

Committitur ne furtum à filiof. qui patri, vel à seruo qui domino, vel ab vxore quæ marito rem amouet dolove contrectat?

Ratione definitionis quidem sic, quia etiam est contrectatio fraudulenta, quæ fit abalienandi animo, vel interuersione dolosa, *in prin. h. t.* item quia nec ea res ab iisdem personis ablata vsucapi potest, nisi reuersa fuerit in domini potestatem, §. 2. *I. de vsucap.* §. *hi qui. h. t.* Sed quia pater & filius pro vna persona sumuntur, nec actio nasci potest, sicut & seruus non habet cum domino in iudicio standi facultatem, cum nemo secum agere valeat, *l. 16. 17. ff. eod.* ideo non furti, sed rerum amotarum actio inde oritur, quæ etiam inter fratres & sorores in tali casu militet, *l. 52. ff. de furt.* Ne autem crimina maneant impunita, etiam iudici ex officio fas est punire & castigare delinquentes tales personas, licet mitius hoc casu fiat animaduersio. Bart. *l. nu. 4. ff. rer. amotar.*

Quibus competit furti actio?

Non modo domino, sed cuiuis, cuius interest rem non esse subreptam, § *furti. h. l. 12. ff. eod. l. cuius. l. 14. 49. ff. eod.* Sic creditori competit actio furti, licet dominus pignoris non sit, & quamuis etiam debitor sit soluendo, §. *furti. h.* plus enim cautionis est in re oppignorata quam persona, *l. plus cautionis. ff. de R. I. l. 12. cum seq. ff. eod.* Sciendum tamen, quod furti quidem actionem habeant, quorum interest rem esse saluam, non tamen condictionem furtiuam, quæ duntaxat domino datur, *l. 1. 18. ff. de condict. furt.*

Quid iuris si sarcinator vestimenta sarcienda pro mercede acceperit & amiserit?

Hoc casu, quia domini nil interest rem esse furto ablatam, cum sarcinator sit soluendo, & actionem locati habeat saluam dominus, itaque furti habet actionem sartor non dominus, §. *item hic. l.12.90. ff. de furt.* si tamen diligentissimam custodiam adhibuerit sartor, non tenetur, §. *conductor. s. de locat.* & dominus habet hoc casu actionem vel condictionem furti, non sartor, *tex. hic.* quemadmodum etsi sartor non sit soluendo, & domino æstimationẽ præstare nequeat, tunc enim domini incipit interesse rem esse saluam, §. *fin. h. l.12. §.15. ff. eod.*

Quid si commodatarius rem commodatam furto amiserit?

Olim idem iuris erat, quod in sarcinatore obseruatur, sed id ipsum Iustin. *præsent.* §. correxit, facultatem eligendi dans dominis, siue contra commodatarium commodati actione, siue contra furem furti actione experiri, ita tamen, vt alterutra electa, ab altera plane abstineant, §. *quæ de fullone. h.* Si vero per ignorantiam rem furto ablatam esse contra commodatarium egerit commodator, non prohibetur aliam postmodum hac neglecta actionem eligere, & contra furem procedere furti actione, quo casu illico commodatarius liberatur etiam exitu qualicunque inter furem & dominum subsecuto, §. *quæ de fullone. h.*

Re deposita sublata cui competit actio?

Depositario non potest competere, cum duntaxat de dolo malo teneatur. §. *sed is. h.* nec interest illius rem esse saluam: quare domino rectius competit furti actio, *l.14. ff. de furt.* Et merito, vt cuius periculo res fuit deperdita furto, eius sit deprehensa lucro, in eo nempe, quod duplum, vel etiam quadruplum consequatur, vide Dd. *ad l.14. §.3. ff. eod. §. sed is. h.*

Contra impuberem licet ne hac furti actione experiri?

Quia furtum absque effectu furandi non committitur, itaque infans non censetur committere furtum, in quem fraudulosa contrectatio non cadit, vt qui id quod videt ignorat, nisi pubertati sit pro-

ximus,

ximus, qua ætate censetur doli capax, *l. 111. ff. de R. I.* quippe in delictis proximus pubertati pro pubere habetur, *l. 23 ff. de furt.* Semper tamen ætatis ratio ex temperamento stricti iuris hoc casu habetur, *l. 7. vbi gloss ad verb. non datur. C. de pœn. l. 37. l. fere. ff. de minor. l. 1. §. 17. 18. l. 14. ff. de SC. Syll. l. fere. 108. ff. de R. I.*

Quomodo est intelligenda actio dupli, siue quadrupli?

Ita, vt mera sit pœnæ persecutio, § *fin. h.* pecuniariæ nempe, si ciuiliter quis egerit, arbitrariæ vero si quis criminaliter actionem mouit, *l. fin. ff. de furt.* Wesenb. *h. §. fin. l. 54. §. 3. ff. eod.* Insuper etiam rei ablatæ persecutio permittitur, vel rei vendicatione, vel condictione, *d. §. fin. h.*

Est ne differentia inter rei furtiuæ vendicationem & condictionem furti?

Est, eamq; Imp. in calce *huius tit.* subnectit, vt rei vendicatio contra possessorem competat, quicunque is sit, condictio vero aduersus furem hæredemve eius, quamuis non possideat, detur, *in fin. h. t. l. 5. 7. ff. de condict. furt. §. 1. J. de act. l. vn. C. de alien. iud. mut. caus. l. 25. ff. de oblig.* Wesenb. *in §. fin.* Hodie si furtum ad quinque solidos aureos scilicet se extendat, §. 8. F. *de pac. tenend.* suspendatur: sin minus, scopis ad mediastrum excorietur & tundatur: de aureo vide Althus. *lib. 1. c. 53.*

REGVLÆ IVRIS SIVE AXIOMATA.

I.

Toties vna electa transitus non valet ad aliam, quoties eiusdem duæ competunt actiones, *l. 9. §. de tribut.* nisi nesciens id fecerit, §. *quæ de fullone. h. l. 14. ff. de furt. l. 4. in fin. ff. quod cum eo.*

II.

Fraudis interpretatio semper in iure, non ex euentu duntaxat, sed è consilio quoque consideratur, *l. 79. ff. de R. I.*

III.

Consilium & voluntas nocendi perinde est forma delictorum, *l. qui iniuriæ causa. ff de furt.* vt consensus contractuum, *l. 1. §. pen. de pact.*

IV. Con-

IV.

Consilii non fraudulenti nulla est obligatio, cæterum si dolus aut calliditas intercesserit, de dolo actio competit, *l.47.ff.de R.I.*

V.

Is damnum dat, qui iubet dare, *l.169.ff.de R.I.*

VI.

Fere in omnibus pœnalibus iudiciis & ætati & imprudentiæ succurritur, *l.108.ff. de R.I.*

VII.

Dubitans pro ignorante habetur, *l.fin.C.de condict.indeb.*

VIII.

Non intelligitur soluendo esse, qui non solidum soluere potest, *l.114.ff.de V.S.*

IX.

Opem ferens, furti tenetur in duplum, *l.34.ff.eod.*

X.

Magis inspicitur quod est in veritate, quam quod est in opinione, *l.2.§.10.ff.pro empt.t.t. C.plus valere.*

XI.

In ambiguis benignior interpretatio sequenda, *l.56.ff.de R.I.*

XII.

Boni ICti est quædam nescire. Wesenb.*ad §.conceptum furtum.h.t.*

E Iure Canonico.

I.

Fures promoueri non possunt, & promoti deponuntur, & si sint incorrigibiles, tradendi sunt curiæ seculari, *c. cum non ab hom. de iudic.*

II.

Furtum committentes ob necessitatem mitius puniuntur, *c.si quis propter.de furt.*

III.

Partientes cum furibus & conscii occultantes pari pœna puniuntur, *§.si vero opem.* Lancel.*de furt.*

APHORISMI POLITICI, EX T. LIVII Decad. 1. lib. 1.

I.

Nulla fides regni ſociis: Itaque ſemper infida eſt duorum in eodem Imperio, eodem tempore Principum pax & concordia: Sic Romulus Remum fratrem occidit, idem Romulus Tatium Regem Sabinorum.

II.

Magna imperia non niſi ex vicinorum ruinis primum creſcunt: ſic Roma creuit.

TITVLVS II. DE VI BONORVM RAptorum.

Quæ eſt altera ſpecies priuati delicti?

RApina bonorum, quæ eſt violenta contrectatio rerum corporalium inuito domino, §. 1. *h. t. Nouell.* 63. *l.* 1. *C. de vi bon. rapt.* & talis qui rapit dicitur etiam raptor & improbus fur, *tex. hic. l.* 2. §. 7. *ff. eod. l. ſi te. C. ex quib. cauſ.* quippe vi & palam quod fit, atrocius eſt quam quod fit clam.

Quæ actio deſcendit ex hoc delicto?

Vi bonorum raptorum, quæ actio ex prætoria iurisdictione deſcendit, quod videre eſt inde, quia intra annum in quadruplum, poſt vero annum in ſimplum contra raptorem læſo competit, *tex. hic. l.* 3. 4. *ff. eod.*

Rei perſecutio cenſetur ne quadruplo ineſſe?

Omnino ineſt, quia non totum pœna dicitur, ſed pœna tripli, ſiue in ipſa rapina comprehendatur improbus fur, ſiue non, §. 1. *h. t.* hinc vtraq; furti actio in raptorem dirigi poteſt tam manifeſti quam non manifeſti furti, *l.* 1. *ff. vi bon. rapt.*

Quid si quis rem suam existimans imprudens iuris rapuerit?

Hoc casu is qui errore motus rem suam existimans eam vi rapuerit, absoluitur ab hac actione, licet aliis actionibus sit obligatus, §. *quin.h.t.* Wesenb. *hic.* quia fraudulosa contrectatio hic non reperitur, nisi id probatum fuerit; nam alias in illicitis & in domesticis semper dolus præsumitur, *l.5.C.de iniur.l.1.C.vnde vi.*

Quibus ergo actionibus, vel pænis tenetur, qui rem alienam quasi suam errore rapuerit?

His, vt ex Diualibus constitutionibus quibus nemini licet rem vi mediante etiam suam rapere, §. *quin tamen.h.* si rem suam rapuerit, eadem priuetur, sin vero alienam, præter restitutionem rei raptæ etiam æstimationem præstare tenetur eius rei quam rapuit, *d.§. quin.h. l.7.10.C.vnde vi.*

Quid iuris in rebus immobilibus?

Si quis rem immobilem inuaserit, de damno per vim dato agitur, Dd. §.*quin.h.l.2.5.6.ff.eod.* Notandum *hoc* §. quod mobilia rapi, immobilia inuadi dicantur, *l.5.7.C.vnde vi.§.quin tamen.hic.*

Quibus competit hæc actio vi bonorum raptorum?

Omnibus quorum interest rem esse saluam: quare siue locata, siue commodata, siue impignorata, siue deposita sub præstatione culpæ sit res, & siue bona fide quis possideat rem, & vsumfr. in ea habeat, modo intersit rem non rapi, semper competit hæc actio, §.*fin.h.l.2.§.18.ff. vi bon.rapt.* & si non sit dominus, consequitur tamen quanti sua interest, rem seu vsum rei non fuisse ablatum. Wesenb.*h.*§.

REGVLÆ IVRIS SIVE AXIOMATA.

I.

Nihil consensui tam contrarium est, quam vis & metus, quem comprobare contra bonos mores est, *l.116.ff.de R.I.* Nam timoris non iusta excusatio est, *l.184.ff.de R.I.* Quod enim contra rigorem iuris est, debet secum iustissimam adferre causam, vt illi rigori præ-

ponde-

ponderet, *l.35.ff.de O.& A.* & hoc est, quod aiunt, prætorem de minimis non esse sollicitum, *l.Seio.ff.de restit. in integ.*

II.

Non videtur vim facere, qui suo iure vtitur, *l.198.ff.de R.I.*

III.

In bonis rem habere intelligimur, quoties possidentes exceptionem aut amittentes actionem ad recuperandum habemus, *l.52.ff. de acquir.rer.dom.l.2.in fin.ff.si ex noxalib.*

IV.

Quælibet causa etiam iniusta & friuola à dolo excusat, *l.12.ff.de lib. caus.l.7.ff.de iurisd.*

V.

Forma dat esse rei, *l.9.§.2.ff.ad exhib.*

VI.

Raptus personarum capitale scelus est, *l.vn.C.de rapt.virg.l.5.C.de Episc.& Cler.*

E Iure Canonico.

Sacrilegium committitur tam intuitu rerum quam personarum rerum, vt cum quis sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro: vel non sacrum de sacro aufert, *c.17.q.2.* personarum, cum quis clericum percutit, vel cum moniali rem habet, *c.2.7.q.1.*

APHORISMVS POLITICVS,
ex Liu. lib.1.

Vana est sine viribus ira. Itaque quantumuis iniuria sit imbecilliori populo facta, illa tamen ab imbecilliore est, vel dissimulanda, vel demum vicinorum viribus adiunctis vlciscenda. Sic Ceninenses præcipites à Romulo victi.

TITVLVS III.

DE LEGE AQVILIA.

Quæ est tertia species priuati delicti?

DAmnum, non tamen vi (vbi subinde dolus comprehenditur, *l.14.§.13.ff.quod met.caus.*) sed culpa aliqua datum. Exempli gratia: si piscinæ tuæ cursum solitum auerteris, quo commodius receptacula aquarum & canales reficeres, & alio deriues fluxum, vnde vicinus damnum sentiat, certe quia tua culpa sentit damnum, id ipsum damnum tua inanimaduertentia commissum, actione l. Aquiliæ sarcitur.

Quot sunt capita L. Aquiliæ?

Tria olim erant, hodie vero duo duntaxat in vsu sunt *h.t.* quia secundum caput desuetudine inumbratum esse constat, §.6.*h.t.l.*27. §.*huius.ff.eod.*

Quid continetur 1.cap. legis Aquiliæ?

Primo cap. cautum est, vt si quispiam hominem alterius alienamve quadrupedem, quæ numero pecudum habeatur, (quales sunt, quę gregatim proprie pasci dicuntur, vt sunt equi, asini, boues, oues, sues, caprę,) iniuria hoc est, dolo, vel culpa, (scil. cum ita damnum sit datum, cum præcaueri, vel potuit, vel debuit, *l.*5.49. *ff. eod.*) occiderit, in tantum, vel tanti damnetur, in quantum, vel quanti ea res eodem anno plurimi fuerit, §.1.*h.*

Quid continetur secundo, alias tertio cap. L. Aquiliæ?

Leuiora damna & vulnera, vt si quis seruum, vel quæ pecudum est numero quadrupedem vulnerauit, vel quadrupedem quæ pecudum non est numero, vt sunt canes & feræ bestiæ, occiderit: item res inanimatas ruperit, damnumque iniuria dederit, §.*capite tertio.h.* is tanti damnetur, quanti plurimi triginta proximis diebus res, vel quadrupes fuerit, *l.*27. §.4. *ff. eod.* sic tamen si dolus, vel culpa interuenerit, § *illud.h.l.*30.§.*fin.ff.eod.*

Quales oriuntur actiones ex his duobus cap. L. Aquiliæ?

Ciuiles & criminales actiones. Nam si quis occiderit seruum alie-

num

num reus erit, *L. Cornel. de sic.* Si tamen ciuiliter rem ceperit agere, criminalis actio extinguitur, vice versa si criminaliter egerit, hæc actio L Aquiliæ silet. §. *liberum. h.t.l.*23.§.9. vbi Dd. ita tamen actio directa ex hac L. datur, si principaliter quis suo corpori damnum dederit, vt dicto exemplo videre est: Sin autem non præcipue suo corpore, sed sua culpa quis damnum dederit, vtilis & in factum actio datur. Vtilis, vt si quis seruum alienum, vel oues incluserit, vt fame perirent, & necarentur, certe ex interpretatione tali reus erit, §. *caterum. hic.* In factum, vt si quis misericordia motus seruum è vinculis liberauit quo fugeret, §. *caterum. hic. l.*7.9. *ff. eod.*

Quid iuris, si quis latronem occiderit?

Si vitæ tuæ insidietur latro, & sic vim inferat, vim vi repellere licet, *l.*3. *ff. d. I. & Iur.* vbi Dd. etsi eum occideris, si quidem ob tutelam tui corporis iure fecisse id videris, quod enim quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimatur, *d.l.*3.*l.*45. *in fin. ad L. Aquil.* secundum illud:

Iudice me fraus est concessa repellere fraudem,
Armaque in armatos sumere iura sinunt.
Non solum taurus ferit vncis cornibus hostem,
Verum etiam instanti læsa repugnat ouis. arg. §. *iniuria.*

sic ex interpretatione huius §. bestiam, quæ inuadit hominem, occidere fas est. Wesenb. *h.*§.

Quid iuris si casu quis seruum alienum occiderit?

Non tenetur si citra culpam occiderit, §. *iniuria. h.l.*44. *cum seqq. ff. eod.* Nam si dolus, vel culpa interuenerit, secus est, vt dixi.

Quid si quis in campo iaculatorio transeuntem occiderit?

Distinguendum est, aut ab eo qui ad iaculandum fuit admissus, læsus quis est, aut ab alio. Illo casu si dolus non interuenit, non tenetur, hoc vero bene, quia culpæ reus est, quia immiscuit se rei ad se non pertinenti, §. *iniuria. h.l.*9.§. *vlt. ff. eod.* Notandum tamen si tempore non solito etiam admissus ad iaculandum alias iaculatus sit, quod teneatur, *d.l.*9. vbi Dd.

Quid si putator ex arbore deiecto ramo quem occiderit?

Distinguendum & hic est, aut arbor fuit prope viam publ. aut non: illo casu si non proclamauit tempestiue, quo casus euitari posset, tenetur ex interpretatione huius legis, non tamen ipsa L. Cornel. *l. 7. ad L. Cornel. de sic.* Hoc casu si seorsim in medio fundo cædebat, licet non proclamauerit, non tenetur, nec culpæ reus est, si dolus non adfuerit, *tex. hic. in fin. §. iniuria. l. 31. ff. eod.*

Quid iuris in medico, si imperite curauerit, vel plane ægrotum reliquerit?

Quia imperitia culpæ annumeratur, culpæ reus erit ob id, *l. 8. ff. eod.* Nam qui est causa mortis, dicitur occidere, *l. 15 ff. ad L. Corn. de sic.* Est autem causa mortis medicus, qui imperite curat, vel ægrotum penitus relinquit, vel male medelas præparauit, *l. 3. ff. de his quæ vt indig. l. 10. ff. solut. matrim.* vbi Dd. Idem iuris est in eo qui viribus maiora ausus est, vt mulio, auriga, qui impetum mularum aut equorum propter imperitiam aut infirmitatem retinere non potuerunt, *§. imperitia. hic. l. 132. de* R. I. vbi Dec. & Dd. *l. 9. ff. locat. l. 28. 8. ff. eod.*

Est ne ampliatio huius L. Aquiliæ?

Est quippe non solum ex interpretatione huius L. Aquil. peremti corporis habetur ratio, verum præterea quicquid detrimenti quis exinde acceperit, huius l. adminiculo rehabere poterit. Verbi gratia; si quis seruum tuum instituerit hæredem, & antequam adierit hæreditatem occisus sit à Titio, hic Titius tenetur præter corpus, quanti plurimi eo anno fuerit, etiam damnum resarcire, quod dominus sentit ex non aditione hæreditatis, *l. 23. ff. eod. §. illud non. h.* Idem obseruatur, si quis ex quadrigis equorum vnum occiderit: Nam non occisi duntaxat ratio habetur, verum & reliquorum equorum, in quantum depreciati sint, *l. 22. ff. eod. §. illud non. h. t.*

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Is damnum dat, qui iubet dare; eius vero nulla culpa est, cui parere necesse est, *l. 169. ff. de* R. I.

II.

Culpa caret qui scit, sed prohibere non potest, *l. 50. 109. ff. de* R. I. impossibilium namque nulla est obligatio, *l. 185. 135. 182. ff. de* R. I.

III. Im-

III.

Imperitia culpæ adnumeratur, *l.132.ff.de R.I.* cum ei qui ex imperitia damnum dederit, imputari possit, quod se rei ad se non pertinenti immiscuerit.

IV.

Quod quis sua culpa damnum sentit, non intelligitur sentire, *l.203.ff.de R.I.*

V.

Ruptum intelligitur, quod quoquo modo corruptũ est, §.*capite.h.*

VI.

Actiones rei persecutoriæ transeunt in hæredem, §.2. *Instit. de perpetuis & tempor. act.*

VII.

Nemo debet affectare id, in quo intelligit, vel intelligere debet imbecillitatem suam alii periculosam futuram, *l.8.ff.eod.*

E Iure Canonico.

I.

Non è necessitate latronem interficiens punitur; secus, si è necessitate, *c.si perfodiens. de homic.* Bart. Ang. *in l.§. huius studij.ff.de Iust. & iur.*

II.

Fortuitum homicidium nulla causa præcedente non punitur, *c.hi qui arborem.cum duob.seq.dist.*50.

APHORISMVS POLITICVS ex Liu. d. loc.

Noui Reges & strenuum quidpiam præsertim in bello gerere debent, quo se nouis subditis commendent, & rerum à se strenue gestarum magnificam laudem & monumenta relinquere. Sic Romulus spolia ducis Ceninensium Ioui suspendit, & pro victoria parta templum ædificauit.

TITVLVS IV.
DE INIVRIIS.

Quæ est quarta species priuati delicti?

INiuria, *t.t.h.* & dicitur omne id, quod non iure fit, lata significatione & generaliter, *l.1.ff.eod.* In specie tamen facta censetur iniuria, cum alicuius honos existimatio læditur, quæ alias & contumelia dicitur à contemnendo. Wesenb. *h.in princ.*

Quot modis fit iniuria?

Secundum distinctionem Dd. tribus modis: vel enim fit re, vel verbis, vel literis. Re dicitur fieri iniuria, cum quis pulsatus, sine tamen dolore, *l.5.ff.eod.* fustibus lęsus, vel verberatus fuerit, *§.iniuria.h.* Verbis dicitur fieri iniuria, quum quis verbis illicitis, vel conuitio excipitur, *l.1.§.1.ff.eod.d.§.iniuria.h.l.15.§.25.ff.eod.* Literis vero fieri dicitur iniuria, cum quis famosum libellum, vel carmen ad infamiam alicuius conscripserit, doloque ediderit, vel ad detractionem honoris alicuius cantilenam canendam procurauerit, aliosve id vt efficiant conduxerit, *d.§.iniuria.l.15.ff.eod.& t.t.h.& ff.*

Habes ne adhuc aliam iniuriarum diuisionem?

Habeo: est enim iniuria alia leuis, alia atrox. Illa fit, cum quis à domino patre, vel superiore leuiter corrigitur: Hæc æstimatur, & fit multifariam; vel propter personas, vt si Magistratus, pater, dominus iniuriam patiatur, *l.prætor.l.4.C.eod.* Dd. ad *l.qui iurisdict.ff.de iurisdict.l.28.ff.de pœn.* vel propter arma, vt si quis gladio, vel fustibus fuerit exceptus, vel propter loca, vt si quis in theatro, foro, conspectu Prætoris, templo, passus sit iniuriam, *§.atrox.h.l.7.§.fin.ff.eod.* vel propter locum vulneris in corpore, vt si quis in oculo, vel facie, quam vestes non degunt, sit percussus, vel etiam propter tempora, vt si quis solenni die, creationis Principis, vel Magistratus electionis, item quo die quis ad sacram synaxin se contulit, iniuriam sit passus, *l.7.§.8.l.8.9.ff.eod.§.atrox.h.t.* de quibus plura in *l.16.ff.de pœn.*

Fit ne etiam alicui iniuria ex alia persona?

Omnino: Nam qui sub mea sunt potestate, horum honorem tueri

teneor

teneor: sic vxori filio, vel filiæ illata iniuria mihi quoque censetur illata, quare marito & patri exinde actio oritur, §. *patitur. hic. l. 1. §. 3. l. 18. in fin. ff. eod. l. 11. §. 4. l. 1. §. 14. ff. eod.*

Quid iuris si marito sit illata iniuria, competit ne actio vxori iniuriarum?

Non, nec iniuriarum agere potest, §. *patitur. h. ibi contra. l. 2. ff. eod.* nisi cum de captiuitate, incarceratione ve, vel alia personali iniuria mariti agatur, quæ ad ipsam quoque pertinet, *l. 3. ff. de lib. caus. l. 4. 5. C. de his qui accusar. l. 4. C. de procurat.* defendi enim vxores à viris non viros ab vxoribus æquum est, §. *patitur. h. l. 2. ff. eod.* virile enim est officium, *l. 18. C. de procur. l. 126. de V. O.*

Quid iuris in desponsa filia, cui competit actio?

Non modo sponso & sponsæ ipsius, verum & parentibus eius quorum interest, horum famam esse saluam, §. *patitur. h. l. 15. §. 19. ff. eod.* sic & socer nurus nomine, cuius vir in eius potestate est, iniuriarum actione agere potest, *d. §. patitur. h.*

Quid si seruo sit re, verbis vel literis quid factum illicite?

Seruis quidem de iure non intelligitur fieri iniuria, quia pro nullis habentur, *l. 32 ff. de R. I.* quia capite carent, *l. 3. ff. de cap. dim.* ergo cum agere nequeant, illis non competit actio, sed bene dominis illorum, *d. § patitur. l. 15. §. 27. ff. eod.* ita tamen, si seruis atrocius quid ad contumeliam dominorum sit factum, *d. §. patitur.* propter leuem vero iniuriam non peræque, vt si quis seruo conuitium dixerit, vel pugno percusserit, quod & in communi seruo obseruatur, quatenus dominis facta est iniuria, *l. 16. ff. eod.* Sic magis fit proprietario quam vsufructuario in re sic legata, vel alio titulo, sic quo ad proprietatem & vsumfr. acquisita iniuria, *l. item. §. vsumfr. 34. ff. eod.*

Quid si libero homini facta sit iniuria?

Aut in contumeliam & despectum domini est iniuria liber homo affectus, aut non: hoc casu si domino bona fide seruit non domino, sed sibi illata iniuria censetur, *l. item. §. pen. ff. eod.* Illo vero casu bene domino competit, quia toties competit iniuriarum actio, quoties contumelia quis est affectus, §. *patitur. h. l. 15. §. 4. 5. ff. eod.*

Quæ est pœna iniuriarum legibus præscripta?

Olim ex l. 12. tab. erat talio, si membrum fuerit ruptum, si vero os fuerit fractum pecuniariæ, siue numariæ constituebantur pœnæ. His desuetudine postea inumbratis, prætoria constitutio remansit, quæ iniuriam passis permisit iniuriam illatam æstimare, & Iudici æstimatam secundum iuris temperamentum ex æquo, vel bono, vel minoris approbare & limitare: Nam propter personarum dignitatem, vel crescit, vel decrescit æstimatio iniuriæ, §. *pœna. h l. 7. in fin. ff. eod.*

Est ne iure ciuil. hodie etiam iniuriarum actio?

Imo ex L. Cornel. à Cornel. Sylla lata, *l. 5. ff. eod.* quæ competit illi, qui se pulsatum, vel verberatum, aut domum suam vi introitam esse docuerit, §. *sed & lex Cornel. h.*

Intelligisne per domum solum eam quam quis iure proprietatis habet?

Non, sed quæ cuiuis est receptaculum tutum, siue ea sit pleno iure alicuius, siue conducta, siue etiam hospitii gratia concessa, *l. 5. 2. ff. eod. §. sed & h.*

Potest ne iniuriam passus criminaliter agere?

De ea iniuria tam criminaliter quam ciuiliter iniuriam passus agere potest, §. *in summa. hic.* vna tamen electa actione, alteram illico tollit, quippe ambæ ad vindictam & pœnam tendunt, *l. 6. 7. & vlt. ff. eod.* & sciendum quod criminalis hæc actio sit extraordinaria, quod extraordinario fiat iudicio, vel ad pœnam corporalem, vel mulctam fisco tribuendam: Ciuilis vero sit priuati iudicii, vtputa in quo iniuriam passus petit reum ad pecuniariam summam condemnari sibi applicandam, *l. fin. C. eod.* Dd. & Angel. *hic.*

Omnibus ne licet in criminalibus per procuratorem agere?

Non regulariter, quia per procuratores in criminalibus non agitur; sed ex Zenoniana Constitutione Illustribus personis conceditur per procuratores actiones iniuriarum criminaliter persequi & suscipere, *l. fin. C. eod.* ciuiliter vero omnibus fas est per procuratorem agere; *l. 11. §. 2. ff. eod.*

Quid

Quid vero iuris, si quis per alium alicui fecit iniuriam?

Quod quis per alium facit, ipse fecisse videtur: sic si quis aliquem conduxit quouis modo, vt carmen famosum affigat, vel cantilenam in cõtumeliam eius cantet, certe perinde tenetur, ac si ipse iniuriam fecisset, quia dolose fecit, vel fieri curauit, *§. non solum. hic. l. 11. ff. eod. l. 15 §. 2. ff. eod.*

Quomodo aboletur hæc actio iniuriarum?

Dissimulatione, id est, si iniuriam passus læsionem honoris non ad animum reuocauerit, quod exinde pręsumitur, si non protestatus sit, se velle honorem læsum defendere: item collocutione spontanea. *c. nec aliqua.* 27. *q.* 1. amicabili salutatione, gloss. *c. cum Adrianus. dist* 63. calicibus epotandis in conuiuiis, si inuicem se iisdem salutauerint, *tex. hic. in fin. l.* 11. §. 1. *l.* 5 *C eod.* Wesenb. & Dd. *h* §. *fin.*

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Quicquid calore iracundiæ, vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam si perseuerantia apparuerit, iudicium animi fuisse, ideo breui reuersa vxor, nec diuertisse videtur, *l.* 18. *ff. de R. I.*

II.

Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, *l.* 75. *ff. de R. I.*

III.

Quam æstimationem iniuriarum in libello actor expressit, Iudex sententia taxat, Dd. §. *in summa. h.*

IV.

Plus est membrum, puta brachium, caput, pedes rumpi, quam os frangi, cum in vno membro, puta manu plura sint ossa. Wesenbec. §. *pœna. h.*

V.

Defendi vxores à viris, non viros ab vxoribus æquum est, §. *patitur. h. t.*

E Iure Canonico.

Conficiens famosum libellum & manifestans pari puniuntur pœna, *c. 5. q. 1. l. 1. C. de fam. lib.*

APHORISMI POLITICI, ex Liu. d. loc.

I.

Merito proditor patriæ etiam ab hoste ipso, cui eam prodit, necatur, sic Tarpeia occisa à Sabinis.

II.

Legati iure gent. sacrosancti: itaq; propter eos violatos iuste bellum suscipitur: Sic Tatius occisus à Lauiniis.

TITVLVS V. DE OBLIGATIONIBVS quæ quasi ex delicto nascuntur.

Quæ dicitur obligatio quæ quasi ex delicto nascitur?

EA, quæ non ex dolo, sed culpa, proficiscitur, tanquam ex quasi delicto, vbi nempe personæ delictum vere & directe non comprehenditur, sed interpretatione, vel iuris fictione. Exempli gratia: si Iudex litem suam fecerit, & per imprudentiam iudicauerit, non ex maleficio obligatur, neque ex contractu, sed quia errore iuris, qui neminem excusat, deliquit, ideo quasi ex delicto, vel maleficio tenetur, §. 1. *h.* Item si negotiis tuis prauum & malum hominem præposueris, qui mihi damnum dedit, teneris ex quasi delicto, eo quod in culpa sis, vtendo malorum ope, *l. fin. ff. de var. & extr. cogn. l. 5. §. 4. ff. de O. & A.*

Ad quæ tenetur Iudex perperam iudicans?

Si per imperitiam iudicauerit, ad omnia inde enascentia damna resarcienda obligatur, *l. pen. C. de Test.* pro arbitrioque boni Iudicis pœnam sustinebit, §. 1. *h. l. filiusf. ff. de Iudic. l. 5. §. 4. ff. de oblig. l. fin. ff. de extr. cogn.*

Præterea quis obligatur ex quasi delicto?

Is, ex cuius cænaculo, vel proprio, vel conducto, gratisve concesso, §. *item. h.* vel superiore aliqua ædium parte quid deiectum effusumq; sit, vnde detrimenti quid prætereuntes acceperint, hic licet ipse non fecerit, dolove malo damnum non curauerit, tamen quia per suos id factum, ob alterius culpam ex quasi delicto tenetur, siue serui, siue liberi, §. *item. h. t. t. de his qui deiec. l. 1. 5. ff. de oblig.*

Ad quæ tenetur, vel qualis in talem datur actio?

De eo, quod deiectum effusumque sit, dupli, quanti damnum datum sit, constituta est actio, §. *item is. h.*

Quid iuris, si tali loco quid positum suspensumque sit, vnde periculum prætereuntibus imminere potest?

Etiam hoc factum punitur, si ibi vulgo iter fieri solet: Nam Reip. interest pacifice & quiete posse per itinera commeari, §. *item is. h.* ideo pœna horum decem aureorum est constituta, propter periculum quod imminet, non propter damnum, *l. 1. 5. & t. t. de qui dei. §. item. vers. cui similis. h.*

Quid si ex priuata culpa liber homo sit occisus, vel nocitum sit ei?

Hoc casu Iustinianus quinquaginta aureorum pœnam constituit in eum, cuius culpa occisus sit, §. *item is. h.* Sin vero non occisus, sed membrum fractum ruptumve sit, vel alias nocitum ei dicatur, tunc arbitrio Iudicis ex æquo & bono, tanquam temperamento stricti iuris, datur actio talis, vt simul computentur sumptus, damna, mercedes Medicis & Chirurgis exposita, cæteraq; impendia, & quod magis est, operarum, quibus caruit, cariturusve est, quoque habetur ratio, *ff. de his qui dei. t. t.*

Quid iuris, si hospes in cænaculo fuerit, teneturne?

Non hospes, qui inibi non habitat, sed hospitatur solum, is vero qui hospitium dedit bene, §. 9. *ff. de his qui dei.*

Quid si cicatrices, vel deformitates allegarit?

Vt cicatricum ita nec deformitatis ratio habetur, quippe in homine libero nulla corporis æstimatio fieri potest, *l.1* §.*5.ff.de his qui dei.*

Quid si fil.iusf. à patre separatim habitet & ex suo cænaculo nocitum sit, tenetur ne pater?

Siue deiectum, siue effusum suspensumve sit quid, cuius casus periculum demonstret, in filium non patrem datur actio, *tex.hic.l.5.ff. de his qui deiec.* id ipsum obseruatur etiam, si Iudex fuerit factus filiusf. & imperite sententiam tu erit, tunc enim non in patrem, sed filiumf. datur actio qui litem suam fecit, ho. est. qui damnum inde illatum resarcire tenetur, §.*item is.in fin.vers.quod & in filiof.*

Denique quis obligatur ex damno in naui, caupona, stabulove dato?

Si eorum maleficio, quorum nauem, cauponam, aut stabulum quis exercet damnum sit illatum, cum non ex maleficio ipse, nec ex contractu obligetur, culpæ tamen reus sit, quod non idoneos & fide dignos elegerit ministros, ideo quasi ex maleficio obligatur exercitor nauis, &c. §.*fin h.l.5.*§.*fin.ff.de oblig.l.1.5.& fin.ff.naut.caup.stab.l.vn ff.furti aduers.naut.*

Quæ oritur exinde actio?

In factum competit, & oritur actio, quando cum nauita, caupone, stabulario agitur, & datur pro qualitate damni, cũ facta sint diuersa, nec certa inde definiri queat actio, *l.5.ff.de obl.l.3.*§.*1 ff naut.caup.stab. l.fin.ff.de extr.cogn.* & quia rei persecutoria est, hæredi datur, in hæredem vero non competit, quia pœnalis ex delictoque descendit, *l.5.* §.*fin.ff.de his qui deiec.* vid. *J.de perpet.& temp.act.*

REGVLÆ IVRIS SIVE AXIOMATA.

I.

Pupillum, qui proximus pubertati sit, capacem esse & furandi & iniuriæ faciendæ. Gaius *l.111.ff.de R.I.*

II.

In hæredem non solent actiones transire, quæ pœnales sunt ex maleficio, veluti furti, damni iniuria, vi bonorum raptorum, iniuriarum, *d.l.*111. *ff.de R.I.* quia morte hæc extinguuntur, *l.in Senatus. ff. ad SC.Turpill.l.defuncto.ff.de publ.iud.*

III.

Pœnalia tamen iudicia semel accepta in hęredem transmitti possunt, *l.*164 *ff. de R.I.*

IV.

Hospes aperiendo hospitium quasi fidem suorum & tutum receptum profiteri & recipere videtur. Wesenb. *b.t.in fin.*

APHORISMI POLITICI ex Liu. d. loc.

I.

In nouo regno, seu principatu caueant Proceres, ne plebem impotenti fastu aut sæuitia, aut inhumanitate perterreant, vexent aut irritent: facile enim tunc seditiones & quidem periculosissimæ nascuntur. Sic Senatus populo ius defert eligendi Regem.

II.

Magnas victorias magna & diuturna pax sequi solet: sic 40. totos annos pax Romæ post Romulum bellatorem etiam mortuum.

TITVLVS VI.
DE ACTIONIBVS.

Quod est tertium iuris obiectum?

ACtiones, per quas personis propter res iura, hoc est, suum cuique, redduntur.

Quid est actio?

Est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur, §.1.*h.* vel est fa-

cultas rem persequendi suam, conseruandique eum, qui nobis obstringitur ad dandum faciendumve coram Iudice, *l.6.§ fin.ff. de neg. gest.* & notandum quod actionis fundamentum sit debitum, quippe quod non debetur, eius nomine nulla competit actio, *l.1.C.de posth. hæred.instit.*

Quare arbitros adiecit Imp.hoc §. nonne differunt?

Differunt quidem, sed actiones peræque coram Iudicibus atque arbitris proponuntur, *in princ.hic.* olim arbitri iudiciis bonæ fidei admittebantur, Iudices vero actionibus stricti iuris, *l.15.ff.de re iud.l.7.ff. repetund.*

Nonne sunt actionum diuisiones, vel subdiuisiones?

Sunt, & summa actionum diuisio est in duo genera diducta: aut enim sunt in rem aut personam, *§.1.h.l.25.ff.eod.* Cuiac. *lib.5.obs.c.17.*

Quid est actio in personam, seu personalis?

Est actio, vel condictio, qua quis intendit, aduersarium ei dare aut facere ex contractu, maleficio, vel quasi oportere, *in princ.h.* Dare hic significat dominium transferre, *l.75.ff.de V.O.l.fin. C.de condict. caus. dat.* facere vero significat insulam, vel palatium ædificare, rem tradere, *l.28.ff.de V.O.*

Quid est actio in rem, seu realis?

Est rei vendicatio, seu in rem nostram ab alio possessam actio, *in princ.h. cir.fin.* vt si annulum, vel rem corpoream nullo iure contractus, delicti vel quasi possideas, quam meam esse aio, tu negas: qui enim asserit, dominium rei ab alio possessæ ad se pertinere, is hac actione experiri poterit, *l.23.ff. de rei vend.l.3.28.ff.de oblig. l.1.C.de alien. iud.mut.caus.*

Quæ sunt necessaria huius actionis realis requisita?

Dominium ex parte actoris, intendit namque rem, quam vindicare conatur, esse suam, seque eius dominum pronunciari, *§.fin.h.* & possessio ex parte rei qui rem possidet, à quo sibi ablatam restitui possessionem petit actor. Bart. *l.35.§.vbi.nu.2.ff.de rei vend. l.40.§.2.ff. de procurat.*

Quia

Quia in corporalibus habes rei vindicationem, quæ vero competit actio in rebus incorporalibus?

Confeſſoria & negatoria. Nam confeſſoria peræque in rem eſt actio, qua quis vindicat ſeruitutem, vtputa, ius ſibi eſſe fundo forte, vel ædibus vtendi, fruendi, in eodemve eundi, agendi, vel ex eodem aquam ducendi, §. *æque. h.l.2.t.t. ff. ſi ſeru. vind. l.8.C. de ſeruit. l.9. cum eod. l.24. ff. de ſeru. vrb. prædior.* Negatoria eſt contraria, quæ datur pro libertate in re ſua tuenda, vel pro ſeruitute alteri in re ſua denegan-da, §. *æque. h. l.2.5. ff. ſi ſeru. vind.* Dicitur autem negatoria, quia negat, quod intendit actor & rem ſuam liberam pronunciari, & ab aſſerto ſeruitutis onere liberari quis velit. Weſenb. §. *æque.*

Quæ eſt differentia actionis inter res corporales & incorporales?

Ea, quod in corporalibus rebus qui poſſidet non agit: in incorporalibus vero bene is, qui poſſidet agere valet, *l.8. §.3. ff. ſi ſeru. vind. l.15. ff. de oper. nou. nunc. §. æque. h.*

Cui incumbit probatio, ei ne qui confeſſoria, vel negatoria agit?

Regulariter per rerum naturam qui agit probare debet, *t.t. de probat. l.4.23. C. de edend.* negantis enim nulla eſt probatio, *l.23. C. de probat.* Hoc vero loco ſecus eſt, quia qui negat, hoc eſt, negatoriã intendit, habet iuris præſumptionem pro ſe, rem nempe ſuam eſſe liberam, donec contrarium probatur, *l.8. C. de ſeruit.* & ſic poſſeſſor qui conuenitur, actoris partes obtinet, & per conſeq. probare ſuam intentionem is debet, nempe ſeruitutem ſibi iure, pacto, vel vltima voluntate, aliave ex cauſa competere. Weſenb. §. *æque. h.*

Eſt ne ſumma diuiſionis actionum alia ſubdiuiſio?

Eſt & ſubdiuiduntur actiones in ciuiles & prætorias, §. *ſed iſta. h.* quoad ciuiles vid. *l.2. §.2. ff. de orig. iur.* Illæ namque ex legibus, hæ in ſubſidium ob defectum legum, vel actionum à prætore, & ſic honorario iure ſunt introductæ & proditæ, *d. §. h.*

Competunt ne solum in rem prætoria actiones?

Non solum in rem, verum etiam in personam, *d.§.sed ista.h.*

Quæso ordine explices, quæ sint prætoria, siue honoraria in rem actiones?

In rem sunt Iustinianea hac methodo: Publiciana, Rescissoria, Pauliana, Seruiana, & quasi Seruiana, *d.§.& seq.h.*

Quid est ergo Publiciana?

Publiciana in rem actio est ea, quæ datur ex æquitate à Prætore ei, qui rem bona fide, bonoq; ad transferendum dominium titulo traditam, vtputa emptionis, permutationis, donationis, legati, &c. *l.13. ff.de publ.in rem act.l.3.§.fin.ff.de acq.poss.* nec dum vsu captam amisit, credens, vendentem, &c. dominum esse, quamuis habuerit venditor malam fidem, & rem vitio affectam vendiderit, *§.namq. h.* Talis si nondum per vsucapionem dominus rei iure ciuili fuerit effectus, *l.3.ff de vsuc.* & casu possessionem ad vsucapiendum necessariam amiserit, quia iure ciuili directam in rem actionem habere non potest, quæ solo domino competit, *l.23.ff.de rei vend.* ex æquitate Prætor adinuenit Publicianam hanc actionē, qua quis dicit rem se vsucepisse, quamuis vsu eam non ceperit (casu quo contra alium iniquum possessorem egerit, *l.pen.& vlt.ff.de publ.in rem act.*) quippe durum esset iniustum possessorem præferri bonæ fidei possess. *§.namque.h.* Cuiac. hæc actio dicitur prætoria vindicatio, *in parat.ff.de publ.in rem act.*

Quid est actio Rescissoria in rem?

Est restitutoria actio, quæ datur à Prætore ei, qui Reip. studiorum peregrinationis permissæ, legationis, appellationis prosequendæ, testimonii ferendi causa, &c. abfuit, contra eum, qui interim rem eius, quam à non domino titulo bono habebat, vsucepit, qua rescindit vsucapionem intra annum dicendo rem non esse vsucaptam, quamuis sit vsucapta, sed esse suam, quamq; sibi petit restitui, *§.rursus.h.l.15.31.ff.ex quib.caus.maior.*

Quæ est ratio huius rescissionis?

Ea etiam potest esse ratio, quod non quadam negligentia vsucapio sit neglecta, sed iusta causa absentiæ, vt dixi, quæ nemini debet esse nociua, *l.1.ff.de R.I.* Wesenb. *§.rursus.h.t.*

Quid est actio in rem Pauliana reuocatoria?

Est actio in rem prætoria,(etiam Fauiana ab Authoribus dicitur) quæ datur creditoribus ad res à debitore in fraudem suam alienatas, quæ obligatæ erant,reuocandas, §.*item.h.t t.ff.& C.quæ in fraud.credit.* ne dolo exhaustis bonis à debitore creditorum actiones annihilentur, *l.Ait Prætor.ff.eod.*

Quando habet locum hæc actio?

Tunc, si nimirum debitores sint per silentium declarati, quod non essent soluendo,dolove res alienauerint suas: dicunt enim creditores rem non esse traditam,licet tradita sit,quia præsumitur semper in bonis debitoris mãsisse res alienata,*l.2.C.quæ in fraud.* §.*item.h.* & habet locum hæc actio tam in mobilibus quam immobilibus rebus,*l.1.ff.quæ in fraud.* imo in incorporalibus, vt si obligatorias literas tradiderit, vel iura sua & actiones quis condonauerit dolo in fraudem creditoris, *d.l.1.in fin.*

Quid est actio Seruiana?

Seruiana in rem actio prætoria à Seruio Prætore inuenta datur fundi, vel domus domino, ad persequendas & retinendas res conductoris tanquam tacite pro mercede domus oppignoratas, §.*item. hic.* Sciendum tamen,quod in vrbanis prædiis inuectarum rerum & in rusticis fructuum non ius dominii, sed possessionis solum quæratur hac actione, *l.66.ff. de euict.* hinc soluta pensione exindeque debito propter deteriorationes, vel corruptiones soluitur & possessio, *d.l.66.* hæc actio vocatur etiam hypothecaria, §.*item Seruiana. h.l.3.* §.3.*ff.ad exhib.*

Quid est actio quasi Seruiana?

Est prætoria in rem actio, etiam hypothecaria dicta, *l.5.ff.de pign.* ad exemplum Seruianæ introducta, quæ datur creditoribus contra quosuis rei tam mobilis quam immobilis, §.*item Seruiana.h.* oppignoratæ,siue generaliter,siue in specie, siue tacite, siue expresse possessores, ad hoc, vt eius rei possessionem habere valeant, *d.* §.*h.l.17.* *16.ff.de pign.& hypoth.*

Est ne differentia alias pignoris & hypothecæ?

Est: nam pignus ad mobilia, hypotheca ad immobilia refertur, *l. 238. ff. de V. S. l. 9. §. 2. ff. de pig. act.* & pignus traditur, hypotheca vero nudo pacto, vel speciali conuentione citra traditionem constituitur, *l 66. ff. de furt.* alias quoad actiones nulla est differentia, quia semper hypothecaria proceditur. Duo vero actor probare tenetur hoc casu: 1. rem sibi esse oppignoratam: 2. rem tempore oppignorationis in bonis debitoris fuisse, *l. 15. §. 1. ff. de pign.*

Quid sunt actiones Prætoriæ personales?

Honorariæ personales sunt: de constituta pecunia, actio de peculio, actio de iureiurando, *§. in personam. h.*

Quid est actio de constituta pecunia?

Est actio, quæ datur aduersus eum, qui sine stipulatione constituit pro se, vel pro alio soluere, siue ex certa, vel incerta, ciuili, vel honoraria causa, modo debitum peti potuerit efficaciter & exigi, vel saltem solutum retineri, si fuerit naturale duntaxat debitum, *l. 2. C. de constit. pec.* vel est actio, qua quis constituit se debitum suum, vel alterius sine nouatione, vel stipulatione soluere velle: vocatur etiam actio constitutoria, *l. 20. ff. de constit. pec.*

Quæ est actio de peculio?

Est actio prætoria personalis, quæ competit ei, qui cum filiof. vel seruo peculium habentibus contraxit, *l. 1. cum seq. ff. quod cum eo.* aduersus patrem, vel dominum, vt peculiotenus, deductis naturaliter ipsis debitis, *l. pen. C. quod cum eo. l. 9. §. 2. ff. de pecul.* condemnentur. *§. actiones autem. h.*

Quomodo tenentur ex contractu filiorf. vel seruorum pater, vel dominus?

Ciuiliter quidem non, *l. 3. C. de pact. l. 1. C. ne fil. pro pat.* bene vero honorario iure ex æquo & bono veluti temperamento iuris ciuilis stricti. Nam periniquum censeretur, commoditates contractuum ex peculio ad eos pertinere, onera vero minime, *l. 29. §. 1. ff. de pecul.* Sciendum tamen, quod hodie peculium castrense & quasi excipia-

tur,

tur, *l.13.18.ff.de pecul.castr.l.7. C.de bon. quæ lib.* quia aduentitii peculii duntaxat hodie censetur pater administrator. Wesenb. §.*actiones.h.*

Quid est prætoria personalis actio iurisiurandi?

Est ea, quæ datur ei, qui postulante aduersario super re, vel negotio iurauerit, sibi quod petat deberi, quod iudiciale iuramentum nuncupatur, §. *item si quis.h.t.t.ff. de iureiur.* Hinc iuramentum quia rei iudicatæ æquiparatur, *l.2.ff.eod.l.36.ff.de re iud.* merito non erit disputandum vlterius præstito iuramento, (cum quæstio quasi transacta censetur iuramento, *d.l.2.eod.*) num quid debeatur, sed an iurauerit, *d.§.item si quis.h.l.7.8.9.& t.t. ff.de iureiur.*

Nonne sunt etiam pœnales prætoriæ actiones?

Sunt bene multæ, quæ propter delictum ex iure honorario competunt, vt sunt: actio albi corrupti, item actio in factum, quæ datur in eum, qui parentem sine venia patronumque in ius vocauit, *l.2.4. ff.de in ius voc.* item actio ex edicto Prætoris, quæ datur in eum, qui in ius vocatum exemit ipse, vel dolo malo per alium, *l.1.4.ff. ne quis eum qui in ius voc.* & aliæ innumerabiles, §.*pœnales.h.*

Quid est album corruptum?

Est violatio albi, hoc est, edicti Prætoris, quod in tabula dealbata curiæque, vel ædibus Prætoris affixa, proponebatur, & continebat interdum nomina citatorum ad iudicium, ad cuiusque instantiam quisq; esset vocatus: hæc actio albi corrupti popularis erat, non priuata in 50. aureos, *l.12.l.pen.& vlt.ff. de in ius voc.l.7.ff.de iurisd.*

Quas adhuc habes prætorias actiones?

Præiudiciales, quæ licet personales sint, tamen in rem videntur esse, eo quod in rem sint conscriptæ & conceptæ. Wesenbec. §.*præiudiciales. h.t.*

Quid est actio præiudicialis?

Est præiudicium, hoc est, decisio causæ eius, sine qua cohærentes & sequentes causæ definiri nequeunt: vel est prætoria decisio primaria actionis, ex qua subsequentes actionis controuersiæ commodius diiudicari possint. Wesenb. §.*præiudiciales.h.* Cuiac. *lib.5.c.37.*

Ex præiudicialibus actionibus profer exempla.

Ecce, si de statu alicuius quæstio oritur, numquid liber an seruus sit, liberalis causa dicitur & præiudicialis: quia si causa fuerit decisa & seruus fuerit is declaratus, qui in quasi possessione libertatis erat, consequenter dominicæ potestati & actionibus de peculio præiudicium adfert. 2. Idem iuris in liberto est: Nam patronus si egerit, & status quæstio mota sit à patrono contra libertum, qui in quasi possessione sit ingenuitatis, & eam obtinuerit, consequens est & præiudicium operarum & obsequiorum patrono debitorum, *l. 14. ff. de probat.* 3. Nec secus iudicari solet in actione de partu cognoscendo, vt si quæratur, numquid Mæuius sit Titii filius & si Mæuius negarit se esse filium Titii, & victus fuerit iudicio, illico sequitur quod patrem alere teneatur pauperem filius: sic hæc præiudicialis actio præiudicium adfert alimentorum successionum & quibus non? *l. 1. 3. & t.t. ff. de lib. cognosc.*

Quam habes formulam agendi in personalib. actionibus?

Licet supra *h.t.* de reali & personali actione dictum sit: tamen & hic dico eam extare formulam, vt quis experiatur condictione, si apparet quem dare oportere, hoc est, qui ex contractu maleficio, vel quasi est obligatus, *§. sic itaque. h. §. præterea. 3. j. de except.* Nam quod antea actoris est, nec alius quid iuris in eo habet, id actori dari nequit: *§. sed si rem. s. de legat. l. 4. C. de contrah. empt. l. 159. ff de R. I.* Dari quippe cuiquam id intelligitur, quod ita datur, vt eius fiat, *d. § sic itaque. h. l. 75. ff. de V. O. l. 167. ff de R. I. l. fin. ff. de cond. ca. dat.* Bald. *l. vn. nu. 5. C. de ali. iud. mut. caus.* Odio tamen furum receptum est, vt personali hac actione, condictione nempe furtiua quoque teneantur, *l. 1 t.t. ff. de cond. furt.* atque sic hoc loco dare restituere significat, quia dominus condicit rem, odio furum non translatam, sed propriam à fure, *l. fin. ff. vsufr. quemadmodum cau.* sed rei vendicatione, *d. §. h.t. l. 25. ff. de O. & A. §. appellamus. h.t.* Cuiac. *lib. 5. c. 31.*

Dantur ne actiones tam realis quam personalis solum in possessores?

Aduersus fures possessores dantur in rem actiones, *l. 25. ff. de oblig. l. fin. ff de rei vend.* sed condictiones tam contra furem quam eius hæredes etiam non possidentes dantur, *l. fin. de oblig. quæ ex delict.*

Habes

Habes ne aliam principem diuisionem actionum?

Habeo, sunt namque aliæ rei persecutoriæ, seu rei persequendæ causa adinuentæ, quæ iam pœnæ persequendæ, quædam etiam mistæ, nimirum quæ ad pœnam & rem tendunt, §. *sequens. h.*

Quæ sunt actiones rei persecutoriæ?

Eæ quæ rem persequuntur, quibus quisque petit quod suum est, §. *sequens. h.* item in personam comparatæ sunt & rem in simplum ex obligatione quærunt, veluti ex contractu mutui, commodati, depositi, mandati pro socio, exempto vendito, locato, conducto, §. *sequens. h.*

Quæ est actio prætoria mixta?

Imp. *h.* §. depositi actionem, si nempe tumultus incendii ruinæ, naufragii causa depositum quæratur, mistam vocat: sic tamen, si dolo tale depositum fuerit denegatum, quo casu prætor in duplum actionem permittit tam ad rem depositam quam eius æstimationem ad instar pœnæ à depositario, vel eius hærede deponendam, *d.* §. *in fin. l.* 16. *ff de dol. mal.*

Nonne ex maleficiis quoque prodita sunt actiones?

Sunt: aliæ namq; pœnam persequuntur duntaxat, aliæ rem, aliæ tam personam quam rem, quæ & mixtæ sunt, § *ex maleficiis. h. t.* & dicuntur pœnales hæ actiones, quia omnes ex delicto oriuntur. Wesenb. *d.* § *h. t.*

Quæ sunt actiones tantum pœnales prætoriæ?

Furti tam manifesti quam non manifesti, quippe his pœnæ nomine ad duplum, vel quadruplum proceditur. *d.* § *ex maleficiis. h. l.* 7. §. 1. *ff. de cond. furt. l.* 54. § 3. *ff. de furt.* § *fin.* ꝫ. *de obl. quæ ex delict.* Sub hac pœna vero non comprehenditur res ipsa, cum pro ea re propria actio, rei vendicatio nimirum sit inuenta, contra quemuis possessorem, §. *ex maleficiis. h.* § *sic itaque.* ꝫ *h t* item condictio furtiua tam contra furem quam eius hæredem, *l.* 5. 7. *ff de cond. furt.* non vero contra tertium, cum sit personalis, § *ex maleficiis. h t.*

Quam dicis mixtam ex maleficiis actionem?

Quæ tam ad rem ipsam, quam pœnam persequendam agit, secus tamen, quam in præcedentibus, § *ex maleficiis. h.*

Quales sunt ista actiones mixta?

Vi bonorum raptorum, actio L. Aquiliæ, & actio quæ competit pro venerabilibus locis relictis, si quis videlicet huiusmodi legata distulerit, vel inficiatus fuerit, *d.* §. *circa fin.* §. *sed furti.* 12. ℐ. *eod.*

Quare dicitur vi bonorum raptorum actio mixta?

Quia in quadruplo rei persecutio continetur, & pœna in triplum se extendit solum, §. *ex maleficiis.h.* §. 1. *de vi bonor. rapt.* ꝭ.

Quare dicitur mixta L. Aquilia actio?

Quia si de damno iniuria agatur contra eum qui inficiatus sit, illico in duplum aduersus infi.iantem competit hęc actio tam ad rem quam pœnam, *d* §. *l.* 23. §. 7. *ff. ad L. Aquil.* sic si quis in simplum egerit contra eum qui hominem occiderit claudum, non modo simplum, hoc est, quanti tempore occisionis fuerit quæritur, sed tanti reus damnatur, quanti plurimi & maximi precii eo anno is fuerit, *d.* §. *h.t. l.* 23. §. 3. *ff. ad L. Aquil.*

Quare dicitur mixta actio qua pro legatis ad pias causas competit?

Quia in duplum contra inficiantem, & qui distulit exsolutionem eiusmodi legati, quoad in ius vocatus sit, datur: res enim ipsa & insuper tantum pœnę nomine exigitur, §. *ex maleficiis.h.* §. *sed furti.* ℐ. *eod.*

Extant ne adhuc alia actiones, qua mixtam habent naturam?

Extant, & dicuntur mixtæ, quia tam in rem quam personam directæ censentur, vt & in rem scriptæ mistæ dicuntur, §. *quemadmodum.* Iason. §. 1. *nu.* 8. *& hoc* §. *quadam. nu.* 24. *l.* 22. *ff. famil. hercisc.*

Quales sunt ista actiones?

Actio familiæ herciscundæ, communi diuidundo, & finium regundorum, §. *quadam actiones. h.*

Quid est actio familia herciscunda?

Est actio mista, quæ datur illis, qui communem habent hæreditatem diuidendam, *l.* 1. 2. *ff. famil. hercisc. d.* §. *quadam.* In hac quilibet

cohæ-

cohæredum petit suam partem, & eatenus realis est hæc actio: quatenus vero quisque agit ad expensas in res hæreditarias factas, vel ad fructus diuidendos exinde perceptos, eatenus personalis est: vnde mixta dicitur non immerito *d.§.quadam.l.22.§.3.ff.famil. hercisc.*

Quale est verbum hercisco?

Græcum, & idem significat quod diuido, hinc herciscundæ, id est, diuidendæ familię, herciscere enim diuidere significat. Wesenb. *hic.* *§.quadam.*

Quid est actio communi diuidundo?

Est actio mixta, quæ datur inter eos, qui rem communem habent, sine tamen societate, vel causa hæreditaria, vt diuidatur, *d.§.quadam. hic.* & hæc eadem ratione mixta dicitur, cum quisq; quod suum petat: & si fuerint personales præstationes, quoad expensas, meliorationes fructus perceptos, &c. *l.4.§.3.ff.communi diuid.*

Quid est actio finium regundorum?

Est actio quoque mixta, quæ competit pro finibus iis, qui confines habent agros, vt distinguantur, vel alicui partium adiudicentur, *§.quadam.h.l.1.2.3.4.ff.fin.regund.* & eatenus realis dicitur; cum vero petat & agat quis ad damna inde prouenientia, eatenus personalis censetur, & per conseq. mixta erit, *d.§.h.l.4.ff fin. regund.* Sciendum tamen, quod ex æquo & bono Prætor in his actionibus mixtis procedere vt plurimum soleat, *l.2.ff.fin.reg.l.52.§.2.l.55.ff.famil.herc.l.1.ff. communi diuid.* Wesenb. *ad d.§.quadam h.t.*

Ex principibus diuisionibus quæ est tertia actionum diuisio?

Hæc, quod actionum quædam sint in simplum, quædam in duplum, quædam in triplum, & denique quædam in quadruplum, *§. omnes.h.* Dd. *l.vn.C.de sent.quæ pro eo quod interest.* nec vlterius actiones extenduntur: Mosaico tamen iure furtum bouis in quintuplo puniebatur. Wesenb. *h.§.*

Quæ sunt actiones in simplum conceptæ?

Eæ, quæ ex stipulatu, mutui datione, empto vendito, locato conducto, mandato ex aliisque compluribus causis realibus oriuntur, *§.omnes.h.*

Quæ sunt in duplum conceptæ actiones?

Actio furti, nec manifesti, §. *omnes. h l. 50. ff. de furt. l. 1. ff. vi bon. rapt.* duplatur vero non interesse, sed rei precium iustum, *d. l. 50.* actio damni iniuriæ ex L. Aquilia contra negantem, §. *sed furti. j. eod. l. 20. §. 4. ff. de pet. hered.* hoc casu tamen non duplatur verum rei precium, sed omne interesse, §. 4. *s. ad L. Aquil. d. §. sed furti. h. t. j. l. 4. C. ad L. Aquil. l. conductiones. C. de locat.* Actio depositi, incendii, naufragii, tumultus causa, § *omnes. h. l. 1. §. 1. ff. depos.* contra inficiantem tamen solum est in duplum non simpliciter, & in duplo simplum quoque inest. Wesenb. *d. §. omnes.* Actio serui corrupti, quæ in eum datur, cuius hortatu consiliove malo seruus alienus fugerit, *d. § omnes. h.* in qua actione totum interesse & damnum duplatur, *l. 10. ff. de seru. corrupt.* Actio pro legato, venerabilibus locis, Testamento relicto, nec soluto ante Iudicis citationem, quæ etiam datur contra inficiantem tale legatum in duplum, pro vt & contra eum qui ex bonis defuncti celauerit quædam, ne repertorio inserantur, quæ duplicato exigi possunt, *l. fin. § 3. C. de iur. delib.* Wesenb. *ad d. § omnes autem. 21.*

Quæ sunt in triplum conceptæ actiones?

Cum hodie actiones in triplum non sint in vsu, ideo quod viatores qui in ius vocant & iudicata exigunt, veluti executores litium, sportularũ, hoc est, mercedis, seu honorarii nomine nil exigere possint: ideo non opus est de actione in triplum plura adferre. Hanc tamen tripli actionem argumenti §. *tripli.* ad artifices qui iusto carius operas vendunt & locant, transfert Wesenb. *d. § tripli. h.*

Quæ sunt in quadruplum conceptæ actiones?

Actio furti manifesti, actio quod metus causa, actio contra calumniatores, actio condictitia ex lege aduersus executores litium, §. *quadrupli. h.*

Quomodo actio furti manifesti datur in quadruplum?

Ita vt quadruplum in totum sit pœna, §. *fin. s. de furt.* quare simplum duntaxat precium quadruplatur, *l. 50. ff. de furt.* Wesenbec. §. *quadrupli. h.*

Quomodo actio quod metus causa datur in quadruplum?

Ita vt quadruplo simplum contineatur, vt iuris est in prætoriis actionibus: sicque omne damnum, quadruplatur, *l.14.* §.7.8.9.*ff. quod met.caus.*

Cui datur hæc actio quod metus causa?

Ei qui probabili,vel iusto metu coactus rem suam vendidit, tradidit,vel promisit contra eum, qui metum talem intulit. Hæc actio intra annum datur in quadruplum propter contumaciam nolentis iussu Iudicis rem restituere ante litem contestatam, post annum vero in simplum,*l.14.ff.de eo quod met.caus.*

Quomodo actio contra calumniatores datur?

Ita vt quadruplo simplum comprehendatur tanquam in prætoria actione. Wesen.§.*quadrupli.*datur autem in eum,qui calumniandi gratia pecuniam ab aliquo accepit,vt negotium alicui faceret,vel non,§.*quadrupli.h.l.1.t.t.ff.de calumn.*

Quid est calumniator?

Qui alicui scienter falsa crimina vexandi gratia imponit,vel litem contra quem mouet,vt eum vexet, vel quid ab eo exigat, hinc iuramentum calumniæ scilicet vitandæ, Dd. *h.*§.*quadrupli.*

Quomodo actio condictitia ex lege aduersus executores litium datur in quadruplum?

Ita, vt si iusto plus ministri publici, vel executores litium à partibus per concussionem exegerint pro mercede, vel honorario (quæ sportularum nomine comprehenduntur) in quadruplum condemnentur,*l.1.in fin.ff.de calum.t.t.ff.de concuss.*Dd.*h.*§.

Habes ne actionum tam in duplum, quam in quadruplum quandam differentiam,vel distinctionem?

Habeo, & primo inter actiones in duplum ea est distinctio,quod serui corrupti & furti, nec manifesti actiones omnino natura sua non euentu inficiationis dupli sint, §.*sed furti.h.l.7.ff. de condict.furt.*

l.5.§.2.ff.de seru.corrupt. Sed actio damni iniuria ex L. Aquilia ac nonnunquam depositi per inficiationem duplicantur: Nam in fatentem in simplum datur: quod vero attinet ad actionem pro legatis ad pias causas, ea tam ex inficiatione quam dilatione vsque quo per legitimum Magistratum ad solutionem adigatur, duplicatur, hoc est, tam ex mora solutionis quam negatione in duplum dantur: si vero nec inficiatio, nec mora solutionis interuenerit, in simplum competunt, §. *sed furti.h.* Inter actiones in quadruplum vero talis obseruatur distinctio, quod actio, quod metus causa sua natura hoc in se habet, vt si quis rem ablatam actori iussu Iudicis restituat, absoluatur à pœna quadrupli, §. *fin.J.de perpet.& temp.act.* §. *item actio.h.* & quod quadruplo res contineatur: ab hac reliquæ actiones, vtputa furti manifesti, calumniæ, & condictitia ex L. Aquil. contra executores litium, differunt, in quibus indistincte quadrupli pœna locum habet, quia non sunt arbitrariæ actiones, §. *item actio.h.* Wesenb. *h.* §.

Quæ est quarta diuisio actionum?

Hæc, quæ à natura & qualitate actionum desumitur, quod quædam sint bonæ fidei, quædam vero sint stricti iuris, §. *actionum.h.*

Quæ sunt bonæ fidei actiones?

Quas lex voluit esse bonæ fidei, *l.fin.C.de pet.hæred.* §. *fuerat.25.J. eod.* & quarum actionum, siue contractuum conuentio fluit ex consensu & iure gentium, nominatum contractum faciat, *l.7.ff.de pact.* Nam in his bonæ fidei actionibus quisque bonam alterius fidem sequitur, & acquiescit in eadem, sic commodato non datur cuiquam, quemadmodum nec deponitur res, nisi cuius fides bona habeatur explorata, adusque, vt per omnia, quod inter contrahentes partes actum factumque sit, attendi debeat in his bonæ fidei actionibus, *l.1.24.16.ff.depos.* nec iudex in his stricte secundum allegata, vel libello comprehensa procedit, sed semper æquum & bonum tanquam temperamentum stricti iuris pro norma habet, ne summum ius contra bonam fidem contrahentium summa iniuria dici queat: vel vt Wesenb. dicit in quibus olim clausula bonæ fidei, aut libera arbitrandi facultas permittebatur.

Quomodo appellantur actiones bonæ fidei?

Actio ex empto-vendito, *l.1.11.ff.de act. empt.l.21.ff.locat.* locato-

con-

conducto,*l.17.C.de locat.*mandati,*l.2.ff. de oblig.* pro socio,*l.52. ff. pro soc.*negotiorum gestorum,*l.7.ff.de negot.gest.* tutelæ,*l.1.ff.de tutel.&rat. distr.*familiæ herciscundæ,*l 9.C.famil.herc.*communi diuidundo,*l.4.14 ff.de com.diuid.* depositi,*l.1.§.17.ff depos.l.7.ff.de eo quod cert.loc.* commodati,*l.3.§.2.ff.commod.* pignoraticia, *l.2.§.7.ff de pign.act.* præscriptis verbis, quæ de æstimato proponitur,*l.1.ff. de æstim.* item quæ ex permutatione competit,*l.1.ff.de rer.permut.* & hæreditatis petitio, *l.fin.C.de petit.hæred.§.actionum.h.*

Quæ sunt ergo actiones stricti iuris?

Reliquæ omnes, exceptio enim firmat regulam in casibus non exceptis:Dec.*in l.1.ff.de R.I.* & in his iudex non liberam peræque habet arbitrandi facultatem, sed alligatur ad normam iuris & legum, & per omnia libello conformem sententiam ferre tenetur: nec tamen ideo illæ bonæ fidei actiones dicuntur,quod hæ sint malæ fidei, sed quod in illis Iudicis arbitrium non sit peræque adstrictum vt in his. Wesenb.§.*actionum.h.*& *in sua Isagoge* eleganter & latius.

Quid iuris in rei vxoriæ actione?

Hoc,quod ipsa actio rei vxoriæ hodie non sit in vsu,sed alia superuenerit in locum eius ex stipulatu pro dote nimirum quæ pro ea introducta etiam bonæ fidei actionum naturam demeruit, § *fuerat h. l.21.ff.solut.matrim.l.vn.C.de rei vx.act.*& merito, quippe si societas est bonæ fidei actio, non iniuria indiuidua hæc societas etiam bonæ fidei actionibus erit connumeranda,*l.1.ff.de rit.nupt.* Wesenb.§.*fuerat.h.*Hæc vero actio datur marito pro dote soluto matrimonio contra promittentes eam, vel vxori soluto matrimonio ex causa iuribus permissa,*d.l.vn.C.de rei vx.act.* & sciendum. quod mulier tacitam habet hypothecam, & quod aliis creditoribus etiam anteriorem hypothecam habentibus præferatur. *l 12.C.qui pot.in pign.hab.* non tamen expressam habentibus, vt Dd. *in d.l.12.*

Quia dolo quis petit quod mox restituere debet, valet ne compensatio?

Valet, & permittitur tam in bonæ fidei iudiciis quam stricti Iuris cum dolo retineret,quod restituere deberet, *l.8.ff.de dol.except l.123.*

ff.de R I. & ipso iure compensationes debitum minuunt, *l.4.ff.de compens.* Wesenb. §.*in bon fid. h.*

Quid est compensatio?

Est debiti & crediti inter partes contributio & defalcatio, vel est debiti ad debitum inter contrahentes deductio, *t t.l. fin. C. compens.* hoc tamen verum est in iis compensationibus, quæ iure aperto, hoc est, liquidi ad liquidum, vinum pro vino, oleum pro oleo, triticum pro tritico, sed qualitate & valore condigno, nituntur, Dd. *d.l.fin.C. de compens.*

Depositum admittit ne compensationem?

Non quia hic excipitur, & exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, Dec.*l.1.ff.de R.I.§.in bon.fid.* idem iuris esse debet in commodato, nec ibi debet esse compensatio, vtputa debiti cum re commodata, quantitatis cum specie, illiquidi cum liquido. Wesen.*d.§.* nec admittitur depositi cum deposito, vt nec depositæ pecuniæ compensatio propter fidem, quam elegit in depositario, quam fallere turpe esset, Dd. *h.§.l.fin.§.1.C.de compens.*

Quam habes præterea actionum diuisionem?

Hanc, quod actionum stricti iuris quædam sint & dicantur arbitrariæ, (quæ potius est subdiuisio, *§ præterea h.*) tam in rem quam personam, licet alias in rem actiones stricti iuris sint, *l.16.de rei vend.l.19. de vsur.* Vnde notandum venit, arbitrarias actiones natura esse strictas, hoc est, stricti iuris, ex accid. vero fieri arbitrarias, cum in arbitrariis actionibus incertum quid petatur, *l.18.ff.de dol.mal.* Wesen. §.*præterea.*

Quid significat arbitrium?

Arbitrium significat boni viri æstimationem & sententiam, quę ex æquo & bono contra rigorē iuris fertur, *l.22.§ 1.ff de R.I.l.1.ff.de leg.2.*

Quas enumerat Imp. arbitrarias in rem actiones?

Publicianas, Seruianam de rebus coloni, quasi Seruianam siue hypothecariam, §.*præterea.h.*

Quas vero in personam enumerat actiones?

Actionem quod metus causa, *d § h.l.14.cum seq.ff.quod met.caus.* actionem de dolo malo, *d.§.h.l.18.ff de dol.mal.* actionem ad exhiben-

dum

dum, *d.*§.*h.l.*3.§.2.*ff ad exh.* actionem, qua id quod certo loco promissum est, petitur, *t.t.de eo quod cert.loc.* cum similibus in quibus Iudex ex arbitrio propter causas sufficientes sententiam ferre solet, vt in confessoria, negatoria, *l.*7.*ff.si seru.vend.* Pauliana, *l.*10.§.14.*ff. quæ in fraud.cred.* rerum amotarum, *l.*8.§.*vlt.ff.rer.amotar.* Fauiana, *l.tenetur.ff.si quid in fraud.patr.* Wesenb. §.*præterea.h.t.*

Licet ne Iudici incertam ferre sententiam?

Non licet, sed in quantum fieri potest, curet Prętor, vt certam sententiam ferat in arbitrariis quoq; actionibus licet incerta sit petitio, *d.*§.*h.l.fin.ff.de prætor. stip.& t.t. C.de sent. quæ sine cert. petit.*

Quid iuris si quis libello plus complexus fuerit debito?

Hoc casu olim talis causa cadebat, hoc est, litem & rem quam petiit amittebat, *l.* 4. vbi Dd. C. *de pact.* nec nisi magna ex causa in integrum restituebatur à Prætore, §.*si quis agens.h.* & hic erat strictarum actionum effectus. Wesenb.*d.*§.

Quot modis plus petitur?

Quatuor: re, tempore, loco, & causa. Re, vt si cui 50. debeo, is centum petat dolo: vel cui partem debeo, is totum sciens petat, §.*plus h.* Tempore, vt si quis quod elapso demum anno debeo, illico petat, vel quod sub conditione promisi, ille pure petat, *l.vn.ff. quando dies vsusf.leg.ced.* dies namq; est pars summæ, *l.*21.§.4.*ff. de act.empt l.*1.§.1.*ff.de edend.* Loco, veluti si id quod Sempronii stipulatus es, Pragæ petat, §*plus.h.* Vbi sciendum, si locus solutionis non fuerit specificatus, videatur solutio ibi peti, vbi agitur, quoniam inibi soluendum est, *l.*38.*ff.de iudic.* Causa, vt si quis stipuletur 20. aureos aut Stichum, & alterutrum postea petat, causa plus petit, quia non is sed debitor in alternatiuis habet electionem, & promissionis est electio, *l.*10.*ff.de iur.dot.l.*34.§.*pen.ff.de contrah.empt.* Vbi notandum, quod libellus ita conceptus vitietur, & reus ab obseruatione iudicii absoluetur, *c.examinata.de iudic.* Wesenb.§.*huic autem h.* vel ex Zenonis constitutione talis petitor sumptus litis restituere cogitur, & induciæ duplicantur, si tempore plus fuerit petitum, §.*fin.J de except.* In reliquis vero petitionibus quomodo puniantur petitores, vid.*l.fin.C.de plus pet.* ex prę-senti, §.*sed hæc.* tripli condemnatione puniuntur.

Quia

Quid si hæredes exinde eorum conueniantur, vel si fideiussores?

In solidum hi tenentur, cum beneficium illud sit personale, *l.13. ff.solut.matr.* hoc tamen sciendum, ob impensas necessarias in res dotales factas, quod marito retentio concedatur, §.*item si. h.l.1.5.ff. de impens. in res dot.l.56.§.2. ff.de iur.dot.* secus in vtilibus & voluptariis sumptibus obseruatur, *l.5.8.9.ff.de impens.in res.* Tertia est actio, quæ inter patrem, Patronum, socium, &c. cum filiis libertis, sociis vertitur, qui omnes si egerint ad solidum non consequuntur vltra quam patres, patroni, socii vniuersitates donantes facere possunt, cum eorum ratio condigna habeatur, ne egeant, §.*item si.h.l.16.ff de re iudic. l.63.ff.pro soc.l.19.§.1.ff.de re iudic.l.41.ff.eod.l.qui id quod. ff. de donat.l.28. ff.de R.I.*

Quid iuris in compensationibus oppositis ex his actionibus?

Hoc, quod oppositæ etiam petitiones minuant ex æquo & bono, §.*compensationes. h.l.fin. C.de probat.* Quarta est actio, quæ datur in eum qui bonis cessit, qui licet excussa substantia denuo quid acquisiuerit, ad pinguioremque fortunæ flatum adspirauerit, tamen conuenitur ex æquo & bono, quoad facere potest, ne plane egeat. Inhumanum & inciuile valde videretur, spoliatum suis fortunis in solidum damnari, §.*cum eo quoque.h. Nouell.135.* ne quis cogatur bonis cedere, *l.6.ff.de ceß.bon.* Hinc & hoc beneficii habet talis, quod cessione hac carceres prætereat, Dd.*hic.*& Wesenb. qui salarium & quæstum officii, quo cum suis viuere valeant his qui bonis cessere, permittit, *d.§.fin.h.t.*

REGVLÆ IVRIS ET AXIOMATA.

I.

Minus est actionem habere quam rem, *l.204.ff.de R.I.* quippe multa accidere possunt, vt, licet actionem habeas, rem tamen non consequaris, §.*illud quæsitum.de diuis.rer.* forte ob inopiam debitoris, *l.nam is.ff.de dol.* vel propter dubium litis euentum, *l.51.ff.de pecul.*

II.

Qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere

videtur, *l.15.ff.de* R.I. adeo vt & in bonis esse dicatur, *l.rem in bonis.ff.de acquir.rer.dom.* per interpretationem, alias naturaliter verum est, minus esse actionem, &c. *d.l.204.*

III.

Nunquam actiones presertim pœnales de eadem re concurrentes alia aliam consumit, *l.130.ff.de* R.I. non ipso iure, sed bene ope exceptionis, id est, ex æquitate quatenus posteriore iudicio plus consequi actor potest.

IV.

Quod alicui non licet suo nomine, nec alieno licet: hinc alterius circumuentio alii non præbet actionem, *l.49.ff.de* R.I. Nam quod vna via prohibetur, non debet alia via admitti, *c.cum quid vna via.ff de* R.I. *in 6.* sic cum ius ciuile fecerit intestabilem, & voluerit iure Pretorio ad successionem venire non permittitur, per *d.reg.l.10.§.5.ff de bon.poss.contra tab.*

V.

Quod à quoque pœnæ nomine exactum est, id eidem nemo cogitur restituere, *l.46.ff.de* R.I.

VI.

Post litem contestatam pœnitere regulariter non licet, *l.26.ff.de nox.act.*

VII.

Frustra fit per plura quod fieri potest per pauca, *l.1.ff.quod met.caus.*

VIII.

Exempla non arctant regulam, *l.pen.§.vlt.ff.de iur.& fact.ignor.*

IX.

Prætor in iure æquitatem spectare solet, *l.90.ff.de* R.I. *l.4.ff.de eo quod cert.loc.*

X.

Dolo facit qui petit, quod mox restituere debet, *l.8.ff.de dol.except.*

XI.

Pœnitentia furtum eiusque pœna non tollitur, *l.65.ff.de furt.*

XII. Sur-

XII.

Surrogatum sapit naturam eius cui surrogatur, §. *fuerat.h.*

XIII.

Frustra petis quod intus habes, *gloss. marg.in l.fin.ff.de vi arm.*

XIV.

Quod meum est, amplius meum fieri non potest, §. *sic itaque.h.t.*

XV.

Legitimus & iustus filius præsumitur, donec contrarium probetur, *c.lator. qui filii sint legit.* vbi Panorm. *nu.6.*Bart. *l. non nudis.num.2. C.de probat.*

XVI.

Nemo sui status, nec membrorum est dominus, *l.13. ff.ad L.Aquil.*

XVII.

Iuramentum rei æquiparatur iudicatæ, *l.56.de re iudic.*

XVIII.

Propter iustas causas falsa pro veris possunt allegari, §. *namq; si.h.t.*

XIX.

Negantis per rerum naturam non est probatio, *l.23.C.de probat.*

XX.

In pari causa potior est possidentis conditio, *l.16. C. de condict.ob turp.caus.*

XXI.

Actore non probante reus absoluitur, etiamsi nil præstiterit, *l.fin. C.de rei vend. l.2.C.de probat. l.4. C.eod.*

E Iure Canonico.

I.

Accusator non probans obiectum crimen tenetur ad pœnam talionis, nisi suam innocentiam purgauerit, & interim dum purgat, est suspendendus, *5.q.6.ca.1.& 2. 2.q.3.per tot.*

II.

Hodie omnes purgationes sunt arbitrariæ, *2.q.5.c.consuluisti.1.q.5.* & not. *in c.fin.de calum.*

III.

Diebus feriatis etiam ex consensu partium non potest procedi, & angustia temporis ad comparendum vitiat citationem, Abb. *c.fin. de fer.5.q.2.ca.1.& c.primates.per tot.*

IV.

Feriis tamen hominum causa indultis renunciari potest, Abb. *d.c.*

APHORISMI POLITICI, ex Liu. d. loc.

I.

Regis pietas plurimum valet ad inserendam subditorum animis pietatem: Sic Romani sub Numa.

II.

Iustum est bellum, quod propter res nobis captas repetitas & non restitutas suscipitur: Sic Rom. aduersus Albanos.

III.

Nemini quantumuis egregio viro licere debet impune leges violare: neque enim benefacta sceleribus sunt compensanda: Sic Horatius victor à Romanis damnatus.

IV.

Bella ante res per iustos feciales, seu legatos repetitas iuste non suscipiuntur: Sic Rom. soliti repetere.

TITVLVS VII.

QVOD CVM EO QVI IN aliena potestate est, negotium gestum esse dicatur.

Quia hactenus de actionibus nostro nomine actum est, possumus ne alieno etiam nomine agere & conueniri?

POssumus, vtputa filiorum seruorumve nomine, §.1.*h.& t.t.* Serui enim per se non obligantur, nec conueniri possunt, *l.43.ff.de oblig.* quod in filiisf. secus est, *l.39.ff.de oblig.*

Ex quibus contractibus filiorf. vel seruorum in parentes Dominosve dantur actiones?

Hic enumerantur & præscribuntur sex actionum species, nimirum primo actio quod iussu: secundo actio exercitoria: tertio actio institoria: quarto actio tributoria: quinto actio de peculio: sexto actio de in rem verso, & in fine, exceptio SC. Macedoniani. *t.t.hic.*

Quid est actio quod iussu?

Est actio, quæ perpetuo datur in patrem dominumve, quorum iussu cum filio seruoque quis contraxit: vel vt Wesenb. §.*si igitur.h.* definit, est actio Prætoria stricti iuris, qua dominus & pater propter iussum ex contractu filiorum seruorumque obligantur, & tenentur, vid.*l.fin.C.quod cum eo qui in alien.pot.*

Quæ est causa impulsiua huius actionis?

Temperamentum stricti iuris, bonum scilicet & æquum ex iure honorario, cum is, qui iussu præcedente cum his contraxerit, non serui filiivef. fidem sequitur, sed patris dominique, §.*si igitur.h.l.fin.ff.pro soc.* quare periniquum esset, non ratificare quod iussit, sicq; reuocare quod semel placuit, cum incommodo contrahentium filii

patientia & scientia eius negotietur, illum teneri, Dd. *in l. 19. ff. si cert. pet.* Nam ab æquitate alienum esset, præponentem, cuius fidem contrahentes sequuntur, non teneri, cum ex præpositione, vel patientia fidem contrahentibus dedisse videatur, *l. fin. ff. pro soc. l. si institorem.* vbi Dd. *ff. si cert. pet.* Wesenb. *h.*

Quid est institor, quid præponens?

Institor dicitur is, qui rem alterius negotiando gerit, non marina, sed terrestri negotiatione, Dd. *l. 3. ff. de insti. act. l. 19. ff. si cert. pet.* qui vero talem institorem quæstuariæ causæ præponit, præponens dominus dicitur, *l. 3. ff. de instit. act.* Wesenb. institorem proprie eum appellari ait, qui vniuersitati negotiationis præponitur: Eum vero qui certæ negotiationi præponitur quasi institorem. Dd. *d. l. 3. eod. l. 5. ff. eod. l. 5. 6. C. eod.*

Quid est actio tributoria?

Est actio prætoria personalis, rei persecutoria, qua petitur, vt merces peculiares æqualiter cum creditoribus diuidantur: vel est actio, quæ datur creditoribus, qui cum seruo filiouef. contraxerunt in merce peculiari, vt distribuatur pro rata crediti inter illos & dominum, seu patrem illius, cum quo contraxerunt, aut si diuisio, inæqualis tamen, sit instituta, vel facta, eius inæqualitatis noua distributio, seu correctio fiat, *§. introduxit. h. l. 3. 5. 7. 8. & vlt. ff. de tribut. act.*

Quæ dicuntur merces peculiares?

Eæ, quæ ad peculium pertinent filii, vel serui, & in quibus patris & domini assensu negotiantur, quæstumque exinde sibi adquirunt, Dd. *§. introduxit. hic.*

Quid est actio de peculio?

Est actio, quæ datur iis, qui cum filiisf. vel seruis peculium habentibus contraxerunt, vt eatenus illis satisfiat, quatenus peculium patitur, vel peculiotenus, *l. 1. cum seq. ff. quod cum eo. §. præterea. h.*

Cum serui omnia dominis acquirant, quomodo possunt habere peculium?

Licet serui acquirant dominis cuncta, attamen si domini illorum

illos suo labore quid acquisitum separatim habere permiserint, peculium illorum dicitur, *l. 4. in princ. l. 5. & fin. ff. de pecul.*

Quid iuris habet dominus in hoc peculio?

Hoc, vt si seruus domino iisque qui in eius sunt potestate, quid debeat, is in computationem cum cum reliquis creditoribus veniat, *l. 9. §. 2. ff. de pecul.* non obstante naturali duntaxat obligatione, *l. pen. C. quod cum eo.* Hinc etiam sequitur, quod tale peculium dominus in fraudem creditorum nequeat adimere, *l. 8. 21. 40. cum seq. ff. de pecul.*

Qua actione potius expedit agere, de peculio, vel tributoria?

Sciendum, quod interdum conuenientius sit peculiotenus experiri quam tributoria actione, interdum è contra: Nam cum de peculio agitur, tunc totius peculii ratio habetur, in tributoria, eius, quod in mercibus est solum. Hinc tributoria tunc melius est procedere, cum domini multa debeãtur, quippe in actione peculiotenus prius domino debita detrahuntur: in trib. æqualis fit distributio. Wesemb. *§. introduxit.*

Quid est actio de in rem verso?

Est actio prætoria personalis rei persecutoria, qua ex eo, quod cũ filiof. vel seruo gestum est, agitur cõtra patrem & dominum, vt quatenus in rem eorum versum est, præstent. Wesembec. *ad versic. in rem autem. §. præterea. h.* vel est actio, quæ datur aduersus dominum, vel patrem, si seruus, vel filiusf. pecuniam mutuo acceptam in rem eorum insumpserit, *l. 1. ff. de in rem verso.*

Quid intelligitur in rem domini versum?

Omne id, quod necessario, vel vtiliter in rem eius filius, vel seruus impenderit, *l. 3. 5. 7. 10. ff. de in rem vers.* vt si quis ædificia ruentia fulserit, familiæ necessaria emerit, *d. l. 5.*

Quid iuris, si in eum finem quis impenderit quid, antequam vero in rem domini versum sit, perierit?

Hoc casu, si sine culpa sua perierit, vt si quis frumentum emeri

pro familia, horreo vero reconditum igne ſit conſumptum, nihilominus in rem domini verſum dicitur, *l.3.§.6.ff.eod.de in rem verſ.* quia fatalis euentus ab obligatione negotii non excuſat, *l.10. in fin.ff.de negot.geſt.l.17. in princ.eod.*

Qua actione prius experiri licet, an de in rem verſo, vel de peculio?

Imperator præſcribit §. *præterea.in fin.h.t.* quod Iudex antea diſpicere debeat, an in rem domini verſum ſit, quippe quatenus in rem verſum probatur, eatenus in ſolidum dominus condemnatur, nec compenſatio admittitur, *l.16.17. ff.de in rem verſ.* quatenus vero non in rem verſum eſt, eatenus, quatenus in peculio eſt, deducto quod ſibi debetur, condemnatio fieri ſolet, Weſenb. §. *præterea.h.*

Quid proprie dicitur peculium?

Id quod deducto ære alieno, hoc eſt, quod domino eiuſque poteſtati ſubiectis debetur, ſupereſt: id enim tali caſu ſolum peculium dicitur, §. *cum autem.h.l.1.ff.de pecul.*

Quia concurſus actionum, tributoriæ, de in rem verſo & de peculio, fit, qua expedit agere?

Quia facilime ſolidum conſequi ex contractu poteſt, §. *cæterum. h.l.1.ff. quod cum eo.l.1. ff. de in rem.* tributoria vel ideo expedit agere, quia dominus nullam habet prærogatiuam præ reliquis creditoribus, non enim illi fas eſt ſibi debitum deducere prius, *l.1.ff.eod.* id quod ſecus eſt in actione de peculio, in qua ante deducitur, quod domino debetur, *d.l.1.de trib.l.4.5.9.ff.de pecul.* De peculio, vt ſupra etiam *hoc tit.* dixi, ideo expedit dicere, quod totius peculii ratio habetur, in tributoria ſolum eius quo negotiatio fit, hoc eſt, in merce peculiari, tertia, vel quarta peculii parte, *l.11.ff.de trib.act.* De in rem verſo is agat, qui id probare poteſt, in rem domini eſſe verſum, alias cum difficilis ſit probatio, eligat, qua facilime debitum actione conſequatur, §. *is quoque.h.l.5.§.2.ff.de in rem verſ.*

Quid eſt SC. Macedonianum?

SC. Macedonianum dictum à Macedone impientiſſimo fœne-

ratore,edixit ſerioq; inhibuit mutuam pecuniam filiisf. dari,quare ſi contra quis fecerit, mutuasq; pecunias in poteſtate parentum conſtitutis dederit,vi huius SC.non habet actionem ad eas conſequendas,licet ab emancipatis filiis petat, §. *quæ diximus. h.l.1.t.t.ff.ad SC Macedon.*

Indiſtincte ne hoc SC. habet locum?

Non,quippe in Caſtrenſi, vel quaſi peculio non habet locum, vt quibus filiif.vtuntur adinſtar patrisf.item in ea pecunia,quę ſtudiorum,legationisque cauſa fuit data & credita, & in quibus cauſis patris pietas ſumptus neceſſarios non recuſaret, *l.5. C. ad SC. Macedon. t.t.eod.*

De ſola ne pecunia loquitur SC. Macedonianum?

De ſola pecunia, ſi tamen in fraudem legis SCto hoc vſi fuerint creditores frumento vino oleove mutuo dato,vt diſtractis & diuenditis fructibus his pecunia filiif.vterentur, ſubueniendum eſt & hoc caſu filiisf *l.7. §.3.ff.ad SC.Maced.*

Quare eſt introductum hoc SC. Macedon.?

Propter fauorem filiorumf. necnon propter odium creditorum peſſimo modo filiosf.deglubentium, *l.1.ff.ad SC.Maced.l.qui exceptionem.ff.de condict.indeb.* quippe filiif. ſæpiſſime numero dolo ſic circumuenti & aggerati æris alieni cumulo indiſſolubiliq; debitorum nexu vitæ parentum cum iactura ſalutis & honoris inſidiabantur: ſiquidem ad amiſſas ob luxuriam pecunias & opes redire non potuerunt, §. *quæ diximus.h l.1.3.ff.de SC. Maced.*

REGVLÆ IVRIS ET AXIOMATA.

I.

E pœnalibus cauſis non ſolet in patrem de peculio actio dari, *l.58. ff.de R.I.*

II.

De ſimilibus idem eſt iudicium, *l.32. ff.ad L. Aquil.l.1.ff.de fonte. tex.hic. §.1.*

III.

Quoties contra tertium danda eſt actio ex aliqua æquitate,toties vtilis non directa datur, *l.13.§.21.ff.de act.empt.*

IV. Fraus

IV.

Fraus omni beneficio excluditur, *l.2.§.pen.ff.ad SC. Vellei.*

V.

Fidem fallere graue est, *l.1.ff.de constit.pecun.l.1.ff.de pact.*

VI.

Non minus facto quam verbis quis voluntatem suam declarat, *l.20.ff.de acquir hared.*

VII

Accessorium non regulat principale, *l 3.ff.de pact.c.accessorium.42.ff.de R.I.in 6. l.5 ff. quod iussu.*

VIII.

Qui ratum habuit mandare videtur, *l.60.ff.de R.I.l.9 C.de neg.gest.*

IX.

Paria sunt subscribere, vel sigillare, Roman. *Cons.303.nu.*·.2. quia sigillum operatur ratificationem sigillantis, *gloss l.2.verb.conquisita.C.de reb al en.non alien.* Dum tamen constet sigillum esse illius. Wesen. *§.si igitur.b.*

X.

Ex separatis nil infertur, *l.20.ff.de minor.*

XI.

Nemo criminis alieni successor constituitur, *l.26.ff.de pœn.*

XII.

Breuitate ICti gaudent, *l.1.ff.quod met.caus.l.fin.§.1.C.de appel.*

E Iure Canonico.

Sacramento doceri solet, quod ab alterius animo pendet, *l.si cui. §.7.*Panorm.*c.præsent.n.3.de Testam.*

APHORISMI POLITICI, ex Liu. d. loc.

I.

Perterritis hostibus & victis instandum, neque eis consultandi, aut sese colligendi spacium dandum est: Sic Tarquinius Priscus Sabinos victos vrget.

Ik

In regnis electiuis prædecessorum Regum liberi præteriti solent fere in alios electos reges esse iniquiores, adeo vt facile contra eos coniurent. Sic Anci Martii filii in Tarquinium conspirarunt.

TITVLVS VIII.

DE NOXALIBVS ACTIONIBUS.

Quomodo ex contractibus filiorumf. & seruorum patres dominique obligantur hactenus, dic iam quomodo ex delictis eorum conueniantur?

SI maleficium, vel delictum priuatum commiserint, vtputa furtum, vel bona rapuerint, vel damnum dederint, deniq; iniuriam alicui fecerint, tunc domini adusq; ex his delictis (nam in publ. delictis serui pœnas in proprio corpore experiuntur, *l.2. C.de accus.l.12. ff.de nox.act.*) nisi maleficium publ. domini scientibus & volentibus fecerint, quo casu etiam dominus pro æstimatione damni conuenitur, *l.4.§.2.ff d.t.* obligantur, vt aut dubium litis euentum subeant, æstimationemque præstent eius, aut seruum noxæ exhibeant, §.1. *h.t.t.ff.de nox.act.*

Quæ est differentia inter noxam & noxiam, & quæ eorum significatio?

Noxa pœna est delicti, quippe noxæ dedere perinde significat, ac si diceres, corpus quod nocuit pœnæ loco dare, *L.17.§.15.ff.de ædil. edict.§.1.J.de offic.iud.tex.h.in princ.l.1.ff.de his qui deiec.l.1.§.5.ff.si quadrup.paup.fec.* Noxia autem ipsum maleficium priuatum est, pro quo iudicio priuato agitur ad pecuniariam mulctam, *d.l.17.§.15.ff.de æd. edict.* & ita noxia ad instar causæ est obligationis: noxa vero effectus seu pœna. Wesenb. *hic.*

Quid

Quid si delictum sit nimis magnum dominoque onerosum?

Domini est hac in parte eligere, numquid noxam, id est, seruum dare sit paratus, vel noxiam, id est, damnum, seu culpam eius præstare, & sic seruum noxa dedendo liberatur dominus noxali iudicio conuentus, §. *dominus. h l. 2. ff. eod.* esset enim nefas nequitiam seruorum vltra eorum corpora dominis esse damnosam, §. *ex maleficiis. h.*

Quid iuris si seruus iam deditus pro damno quæsita sua pecunia damnum domino ipse resarcierit?

Fauore libertatis, & quia nouus dominus nondum Iure Quiritium acquisiuit plenum dominium certe manumittitur etiam inuito domino auxilio honorarii iuris, §. *dominus. h. l. 2. ff. si ex nox. caus.*

Ex quibus iuribus descendunt hæ noxales actiones?

Partim ciuili, partim honorario, siue prætorio iure. Nam delictum furti, nec manifesti ex l. 12. tab. §. *sunt autem. hic.* (manifesti furti actio est Prætoria in quadruplum) item damni iniuria ex L. Aquil. descendunt: ex edicto vero Prętoris actio iniuriarum & vi bonorum raptorum, §. *sunt autem. h.*

Actiones noxales in quem & aduersus quos dantur?

Id docet Imp. *hoc tit.* vbi dicit: omnis noxalis actio caput sequitur: quare quicunque est caput, vel dominus, sub cuius potestate est noxa, seu corpus tempore quo actio instituitur, non qui fuit tempore delicti, is debet conueniri, §. *omnis autem. h. l. 18. ff. de furt.* Hinc manumissus quia non est in potestate directo ipse tenetur, *d.* §. *omnis l. 15. ff. de condict. furt. l. 4. C. an seru. pro suo fact. l. 14. de oblig.*

Quid si seruus suo domino noxiam commiserit?

Hoc casu nulla nascitur obligatio, & consequenter nec actio, §. *si seruus. h. l. 4. ff. de iud. l. fin. C. an seru. pro suo fact. l. 1. C. de nox. act.* quippe inter dominum & seruum non oritur obligatio, *d. l.* cum pro vna persona habeantur, ac membra capiti se opponere non debeant.

Quid si filijf. deliquerint, dantur ne actiones noxales in parentes eorum?

Olim dabantur, §. *sed veteres. h.* Nam vitæ & necis potestas, imo

alienationis ius quoque parentibus tunc concedebatur, *l.1.ff.de lib. & posth. l.2. C. de pat. qui fil. distrax.* hodie in seruos duntaxat noxales actiones proponuntur, *l.21.C.de furt.§.sed veteres.h.* Filii vero si propria pecunia satisfacere non possunt, in patrem dirigitur actio ciuilis pecuniaria, *l.53.h.t.l.15.ff.de iudic.l.1.ff.de his qui deiec.* Welenb. *h. in pr. l.39. ff. de O. & A.*

REGVLÆ IVRIS SIVE AXIOMATA.

I.

Qui non habet in ære, luat in corpore, *l.3.ff.de si ssp Tut.* quæ tamen regula militat in actionibus è delicto descendentibus.

II.

Contrariorum eadem est doctrina, *§.si seruus in fin.h.t.*

III.

Remota causa remouetur effectus, & quia causa obligatio est actionis; sic eadem remota, vt inter dominum & seruum, remouetur & actio, *d.§.seruus.h.l.42.§.2.ff.de procurat.*

IV.

Nemo seipsum ad pœnam dedere potest, cum nemo sit sui corporis dominus, *l.13.ff.ad L. Aquil.*

E Iure Canonico.

Grauitas delicti commensuratur è qualitate præcedentis culpæ & pro modo culpæ imponitur pœna, *c.fin.de his qui filios occ.*

APHORISMI POLITICI ex Liu. d. loc.

I.

Regna scelere parta non sunt diuturna: Sic Tarquinii superbi regnum momentaneum.

II.

Insignis iniuria à Regiis liberis, vel Rege in vnum aliquem è regni proceribus populo gratum & magnis necessitudinibus suffultum facta, sæpe eius Regis eiiciendi occasionem dedit: Sic Tarquinius superbus eiectus.

III.

Adulteria Regum regni amissione à Deo punita.

TITVLVS IX.
SI QVADRVPES PAVPEriem fecisse dicatur.

Quid iuris si non serui, sed animalia dominorum pauperiem, hoc est, damnum sine iniuria fecerint?

EOdem modo domini animantium actione noxaliter conueniuntur ex l. 12. tab. nimirum de pauperie, *t.t.h.l.1.ff.eod.*

Quid est pauperies?

Est damnum sine iniuria facientis datum. Wesen. *h.t.l.1.§.3.ff.h.t.* quippe animal quod sensu & ratione caret, hoc est, προαιρέσει animo nocendi iniuriãdive non potest dici iniuriam fecisse, §. 1. *h.t.l.1.ff.eod.* cum iniuriæ æstimatio ab animo dependeat, *l.1.ff. de iniur. l.65.ff.de furt.l.1. C.si aduer.delict.l.pen.ff.de adult. l.46.54.ff.de furt.*

Quid est actio de pauperie?

Est actio personalis ex l. 12. tab. quæ ob damnum ab animali datum competit in eius dominum, vt aut damnum sarciat, aut animal quod nocuit in noxam dedat. Wesenb. *h.t.l.1.ff.si quad. pauper.fec.dic. tex.in princ.h.*

Quid vero iuris si instigatu alicuius, & sic cum iniuria damnum sit ab animali illatum?

Si id probari potest, nil obstat, quin in eum, qui instigauit, detur in factum actio, *d.l.ff.eod.* quippe vt plurimum, vel subinde in eum qui fuit in causa, quod damnum sit datum, actiones competunt, *d.l.1.2.& t.t.ff.eod.l.30.ff.ad L. Aquil.*

Quid iuris si quædam quadrupes aliam concitarit?

Cum ex ea concitatione sit damnum illatum, in dominum concitantis datur actio, quia is damnum dedisse censetur, *d.l.30.ff.ad L. Aquil.*

Quid

Quid iuris si commiserint animantia sine instigatione, vel concitatione?

Q. Mutius distinxit, vt si arietes, vel boues commiserint, & alter lterum occiderit, & is qui aggressus erat periisset, cessare actionem: n vero is, qui non prouocarat, competeret actio: propterea eum si- ı aut noxam sarcire aut in noxam dedere oportere, *l.1.§.11.ff.h.t.*

Quid si animal non corpore suo directo, sed ex sua causa ex alia re damnum dederit?

Eadem ratione hæc actio competit, vtputa si plaustro bos obtri- erit aliquem, vel alia re deiecta, *l.1.§.9.ff.h.t.*

Quid si in domo, vel taberna latratores molossi alligati quem læserint?

Non competit hæc actio, imo quis actionem non habet, *l.2.in fin. od.* quippe in publ. vbi iter fieri consueuit, prætor seu ædilis alligari rohibuit, *l.42.ff. de ædil. edict.* Sed à soluto cane læsus habet actio- nem, quia improbum animal cum iactura proximi habere non licet, *l.l.2.h.t.* & sciendum, vbicunq; nocuerit animal, de pauperie actio- ni locus est, *l.fin.ff.eod.*

Eadem ne competit actio, si quadrupes, vel aliud animal ferum, vt canis, nocuerit?

Non eadem directo, sed illo casu, si quadrupes pauperiem fece- rit, directa competit actio: Hoc casu vtilis ex sententia legis.

Quid si animal plurium fuerit, in quem datur actio?

Aduersus singulos & quidem in solidum, *l.1.§.12.13.* quia noxalis actio in solidum datur, non enim potest partim noxæ dedi, *l.8. ff. de nox. act.*

Quid iuris si canis, vel fera in publ. læserit quem?

Actio ædilitia in duplum damni dati competit, *§.2. h.t.l.42. ff. de ædil.edict.* nisi liber homo sit læsus, quo casu in tantum dominus con- demnatur, in quantū Iudici æquum videtur, *§.caterū. h.d.l.qua vulgo.*

Quid

Quid si lite nondum contestata animal decesserit?

Extinguitur actio, quia noxæ tradere, vel dedere est animal tradere viuum, *d.l.1.§.13.h.t.ff.*

Quid iuris si vrsus fugit & sic nocuit?

Si à domino fugit & nocuit vrsus, non potest quondam dominus conueniri, cum dominus esse desierit, §.*fera.de rer. diuis.l.1.§.4.h.t.l.3.§.5.ff.de rer.diuis.* quia noxæ dedi nequit, § 1.*s.de nox.act.*

REGVLA SIVE AXIOMA.

Nunquam actiones pœnales alia aliam consumit, de eadem videlicet re concurrentes, *l.130.ff.de R.I.* quoad electionem, *l.pen.ff.de priuat.delict.* secus quoad solutionem, *l.34.ff.de O.& A.* præsertim si ambæ ad pœnam dirigantur, *l.vlt.ff.de iniur.* Wesenb.*h.in fin.*

APHORISMI POLITICI,
ex Liu. Dec.1. lib.2.

I.

Regum insolentia & tyrannis efficit, præsertim apud feroces & militares viros, vt Monarchia in Democratiam maxime mutetur: Sic Romæ accidit.

II.

Iis, qui sceleratas in patriam coniurationes vere detegunt, præmia constituenda: Sic Vindicio qui primam coniurationem detexit præmium datum.

TITVLVS X.

DE IIS PER QVOS AGERE POSSVMVS.

Quia dixti, quomodo quis suo vel alieno nomine conueniri queat, restat vt dicas, quomodo quis suo vel alieno nomine conuenire possit?

ET sciendum quemlibet aut suo, aut alieno nomine agere posse, *tex.hic.in princ.l.1.t.t.ff. de postuland.* olim secus erat, quippe cum

ctiones essent solennes, *l.2.§.2.ff.de orig.iur.l.1.2.C.de form.& imp.act.* *blat.* nemo alterius nomine agere potuit, *d.l.2.ff.de orig.iur.*

Actiones legis siue actus legitimi rite ne instituuntur per Procuratores?

Non quandoquidem nemo alieno nomine lege agere potest, *123.ff.de R.I.*

Quid est in iure lege agere?

Est ex formulis à lege institutis ex præscripto legis impetratis sonniter actionibus apud Magistratum experiri: hinc legis actiones, *4.ff.de adopt.l.3.§. de offic. Procon.* vtputa manumittere, adoptare, mancipare, acceptum ferre, *l.13.§.10.ff.de accept.* hæreditatem adire, tutorem dare, *l.8.ff.de Tut.& Cur.dat.d.l.3.ff.de offic. Proconf.l.77.ff. de* *I.* Wesenb. *h.t.*

Nonne aliquando & olim alieno nomine agere fas erat?

Fas erat, vbi apprime fauorabiles causæ erant, vt quando ageretur pro populo per syndicum, *l.1.& t.t. quomodo cuiusque vniu.* pro salute publ. *l.2.ff. ne quid in loc. publ.* quippe reip. interest patronos ac defensores habere. *l.4.ff de oper.nou nun.* pro libertate cuius causa fauorabilis est nimis, *l.4.ff. de Iust. & iur.l.122.ff. de R.I.* pro absentibus apud hostes, *tex.hic.* reip. causa, *l.33.§.2.ff de procur.*

Quomodo agitur alieno nomine hodie?

Per Curatorem, Tutorem, Procuratorem, *§.1.h.* quia nonnunquam ætas & lubricum iuuenilis caloris iudicium, vel deniq; etiam necessaria peregrinatio horum industriam & tuitionem efflagitat.

Quid est Procurator?

Procurator est, qui res vel negotia alterius mandato domini interueniente, vel præcedente administrat, *l.1.ff.de procur.l.8.ff.eod.* & constituitur, vel solo consensu vltro citroq; per nuncium per epistolam, *65.ff.de procur.* in ciuilibus tamen non criminalibus causis, *l.13.ff. publ.iud.* à Procuratore differt Aduocatus, qui litigantibus consilium patrocinium præbet, *l.1.§.aduocatos.ff.de var.& extr. cogn.*

REGV-

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Publice vtile est absentes causa reip. defendi, *l.33.ff.de procur.*

II.

Libertas omnibus rebus fauorabilior, *l.122.ff.de R.I.*

III.

Multæ iustæ causæ esse possunt impedimento, quo minus rem suam quis exequi possit, §.1.*h.t.*

E Iure Canonico.

I.

Regulariter in causis criminalibus non potest interuenire Procurator, *c.veniens.de accus.c.tua.eod. l.pen.§.fin.ff.de publ.iudic.*

II.

Natus annos 14. potest esse in iudicio super causis spiritualibus per se & per Procuratorem, non obstante patria potestate, Lancell. *de procur. pag.260.*

APHORISMVS POLITICVS, ex Liu. d. loc.

Et facere & pati fortia strenui viri & ciuis & militis est.

TITVLVS XI.
DE SATISDATIONIBVS.

Quia non simpliciter quis ad agendum, vel excipiendum admittitur, sed satisdationibus opus est, dic quid sit satisdatio?

SAtisdatio est cautio fideiussoria, vel iuratoria, vel pignoratitia ratione rei quæ petitur, & suum habet correlatiuum satis accipere, *l.1.ff.qui satisd.cog. l.3.C.de V.S.l.21.ff. de constit.pecun.*

Quotuplex est satisdatio?

Est aut iuratoria, aut extraiudicialis: hoc vero tit. solum de iuratoria satisdatione sermo est institutus, cuius tres fuerunt species. 1. iudicio sisti, *t.t ff. qui satisd.cog.* 2. rem ratam haberi, vel habitum iri, *t.t.de iud.sol.* & hic mos prædecessoribus in vsu erat.

Quem vero modum satisdationis nouitas amplexa est?

Eum, vt si quis suo nomine in rem, vel personam conueniatur, non satisdat iudicatum solui, hoc est, pro litis æstimatione non præstat cautionem, sed satisdat duntaxat, quod ad exitum litis dubium vsque perseuerare velit, & si litem amiserit, vel causam, impensas litis præstare paratus sit, §. *sed hodie.h.t.t.ff.qui satisd.cog.*

Quomodo is satisdat?

Pro qualitate personæ, quippe talis debet admitti satisdatio, à reo qualis præstari potest, *gloß c.ex parte.23.verb.contumacia.ff.de V.S.* Qui enim aliam sufficientem per fideiussores idoneos non possunt præstare, præstant cautionem iureiurando, §. *necessarium. in auth.vt nul. iud.l.fin.* vbi Dd. *ff.qui satisd.cog.l.4.C.de vsufruct.* vel nudam interdum promissionem si immobilia possident, Dd. *l.sciendum.ff.qui satisd. cog. l.fin.C.de agent.in reb.* §. *sed hodie.h.*

Quid iuris in Clericis, vel illustribus personis?

Clerici indistincte, siue possideant immobilia, siue non repromittunt absq; iuratoria cautione, *l.24.l.32. C.de Episc. & Cler.* Idem inter illustres personas obseruari solet, *l.quoties.C.de dign.Nou.112.c.2.*

Quid vero iuris si lis per procuratorem actoris inferatur?

Si dominus præsens sit, procurator non satisdat, si eum rem ratam habiturum confirmarit, §.3.*h.l.1.C. de procur.l.1.C.de satisd.* sicuti nec satisdat, si mandatum procuratorium actis sit insinuatum, §. *sin autem.h.* Wesenb. *h.*§.*l.vlt.C.de prec.Imp.offerend.*

Quid obseruatur in procuratore rei?

Sane hoc, vt non perinde simpliciter nuda confirmatio sufficiat,

vt in procuratore actoris, sed requiritur, vt quo iudicio & res adiudicata sint in tuto, interueniat, vel præcedat fideiussio satisdatiove & hypothecaria cautio, ita vt tam ipse quam hæredes sui obligentur, §. *si vero aliquis.*

Quid iuris si absentem reum quis voluerit defendere?

Quia interest publice absentes defendi §. *si vero.h.l.33.§.2.ff.de proc.* ideo si quis satisdatorem iudicatum solui præstiterit, propter oppido fauorabilem causam admittitur, *l.vn.C.de satisd.§.si vero reus.h.* Nemo namque alias sine satisdatione defensor idoneus intelligitur, §. *hac ita.h.&* §.10.

Criminales causa admittunt ne satisdationem?

Non regulariter, nisi magna ex causa, sicuti nec Procurator in criminalibus negotiis admittitur, *l.13.§.1.ff.de publ.iudic.*

Licet ne absentium causas agere?

Non, nec si cautionem quis præstiterit, vbi mandatum non habuerit. Wesenb. *h.in fin.*

REGVLÆ IVRIS SIVE AXIOMATA.

I.

Publice interest absentes à quouis defendi, *l.33.§.2.ff.de Procur.*

II.

Nemo alienæ rei sine satisdatione defensor idoneus intelligitur, §. *hac ita.§.si vero reus.h.*

III.

Non exemplis, sed legibus iudicandum est, *l.13.C.de sent. & interl. om.* nec quid Romæ sit factum, sed quid fieri debet spectandum, *l.12.de offic.Præs.*

IV.

Conueniunt rebus nomina sæpe suis, §. *1.h.t.* §. *pen.* s. *de donat.*

V.

Vltra vires nemo obligatur, *argum.§.sed hodie.h.*

VI.

Accessorium sequitur suum principale: vel membra sequuntur caput, sic Metropolim, siue matricem sequuntur, legibus & iuribus

reliquæ eo pertinentes ciuitates. § *fin. h. t.* hinc *l.* 30. *ff. ad Munic.* habetur, qui ex vico ortus est, eam patriam intelligitur habere, cui reip. vicus respondet.

E Iure Canonico.

Monachi etiamsi satis accipere dareve parati sint, Procuratores tamen nisi propriæ Ecclesiæ vrgente necessitate & superioris iussu esse non possunt, *c.* 1. *de synd.* Lancel. *de Procur.*

APHORISMI POLITICI, ex Liu. d. loc.

I.

Quibus in regnis sua virtuti, vel bellicæ, vel domesticæ sunt præmia, illic multi in iisdem illis artibus & virtutibus præclari solent existere. Honos enim alit artes, omnesque incenduntur ad studia præmio & gloria: Sic Cocles, sic Mutius Romæ.

II.

Obsides fugientes reddendi: Sic Cloëlia reddita.

TITVLVS XII.

DE PERPETVIS ET TEMPOralibus actionibus, & quæ ad hæredes & in hæredes transeunt.

Quia de actionibus & requisitis non nil dixti, restat etiam vt dicas, quoad duraturæ sint actiones?

ID indicat Rubrica *tit. huius.* vel enim in perpetuum sunt concessæ, vel ad tempus: hoc est, vel sunt temporariæ, *l.* 9. §. 2. *ff. de iuriur.* vel perpetuæ, *l.* 56. *ff. de O. & A.*

Quare

Quare sunt tales actionum præscriptiones introductæ?

Publicæ salutis causa, ne litium cursus protrahatur, & ne in perpetuum homines inquietari possint, vt etiam vsucapiones propter ea inuentæ, ne rerum dominia sint in incerto subinde, & patresf. ad diligentiam & industriam habeant calcar, s̄. *de vsuc. & ff. eod.*

Quid significat perpetua actio, siue perpetuum?

Perpetuum quia opponitur præscriptioni temporali significat 30. vel etiam 40. annorum cursum, *l.* 3. 4. *C. de præscript.* 30. *an. l.* 5. *C. quibus non obiic. long temp. præscript.* Wesenb. *h. t.* §. *hoc loco. l.* 35. *ff. de oblig.*

Quæ actiones olim erant perpetuæ?

Quæ ex lege, *tex. hic. in princ.* SCto, sacris constitutionibus proficiscebantur, *l.* 3. *C. de præscript.* 30. *ann. d. l.* 35 *ff. de O. & A l.* 21. § *ff. quod met. caus.* quoad enim saluæ permansere ipsæ leges, durabant & actiones inde natæ, *d.* §. 1. *hodie secus est.*

Quia hodie certos fines sacræ Constitutiones actionibus dedere, dic quoad concessa est vita actionum, tam Ciuilium quam Pratoriarum?

Qualis causa, talis effectus, *l.* 4. *ff. de I. & I.* & quia prætoriæ iurisdictiones erant annuæ, hinc natæ actiones etiam plerunque erant annuæ, §. 1. *h.* nisi in rem fuerint, quæ in perpetuum adinstar actionum ciuilium erant, *l.* 35. *ff. de O. & A.* quales sunt actiones furti manifesti vi bonorum raptorum, &c. hodie tamen quia furtum capitale est, vt reliquæ actiones capitales 20. annorum spacio terminantur, *l.* 20. *C. ad L. Corn de fals.* Ciuiles vero actiones varios habent prescriptionum fines, quod videre est, vel inde, cū res immobiles inter præsentes longi temporis possessione decennio acquirebantur, inter absentes 20. an. § *& cū.* s̄. *de vsuc. l. pen. & vlt. C. de præsc. long. temp.* & hæc dicebatur temporalis p̄scriptio. Perpetua vero prescriptio res, vel 30. vel 40. vel 100 an spacio complectitur. Præscriptio namq; 30. an. comprehendit res ciuiles, *l. si quis.* 8. *& t. t. C. de præsc.* 30. *an.* Præscriptio 40. an. res Ecclesiæ, *l fin. C. de prascr.* 39. *vel* 40. *ann. Auth. quas actiones. C. de SS. Eccl.*

Præ-

ræſcriptio 100. annorum recepta eſt in rebus ciuitatum, *l. fin. C. e SS. Eccleſiis.* item in rebus Principis, *C. de præſcript. 30. annor. l. 6.* item n ſeruituribus ciuitatum, *l. 2. ff. de aq. quot. & æſt. l. diuturna. C de aq. uct.* Weſenb. *h. t.* Alciat. Par. *libr. 3. c. 24.* Coraſ. *lib. 5. cap. fin. Miſcell.* Duar. *lib. 1. c 34. diſp. anniuerſ.* Porro ſciendum, quod Prætoriæ obliationes olim anno terminabantur, hodie vna cum ciuilibus præcribuntur, obligatio tamen doli biennio, *l. fin. ff. de dol. præſcript.* Iniuiarum actio anno, *l. 5. C. de iniur.* quinquennio, inoff. querela, *l. 34. C. de noff. Teſtam.* item accuſatio cuiuſuis obligationis ex L. Iul. Lenociii ſtupri & adulterii, *l. 6. 30, §. de adult.* item ſtatus controuerſia deuncto facta: item in commiſſis fiſcus præſcriptione quinquennii excluditur, *l. 2. C. de vectig. & commiſſ. t. t. de quadrien. præſcript.* Præſcriotio 20. annorum tollit omnes pœnas temporales & accuſationes, & officium Iudicis claudit, *l. 12. C. de falſ.* Reliquæ ex contractibus obligationes omnes fere finiuntur & præſcribuntur 30. annis, *l. ſicut. C. de præſcript. 30. an. Inſtit. in princ. de temp. except.* Eccleſiaſticæ res 40. nnis præſcribuntur, vt dixi, *l. 4. C de præſcript. 30. ann. l. antep. C. de SS. Eccleſ. Nou. 9. & 131.* Cuiac. *lib. 5. c. 5.*

Quid ſi rem perſequantur actiones tranſeunt ne ex delicto?

Id videre eſt ex certis regulis Iuris: & primo *hoc § non.* ſe offert certiſſima norma: ex maleficiis pœnales actiones in hæredem rei non tranſeunt veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, damni, *d. §. non autem. h.*

Quid ſi lis cum defuncto fuerit conteſtata, tranſeunt ne ex maleficio actiones?

Tranſeunt, *l. 26. ff. de O. & A. l. vn. C. ex delict. defunct.* pœnalia namq; udicia ſemel accepta in hæredem tranſmitti poſſunt, *l. 164. ff. de R. I.* eſt enim obligatio nata ex litis conteſtatione, quæ eſt quaſi contractus, *l. 3. ff. de pecul.* hinc ſequitur alia regula, ſi ex delicto defuncti in hæredem quid peruenerit: ſicuti pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debet: ita nec lucrum facere, ſi quid ex ea re ad eum peruenilſet, *l. 38. ff. de R. I.* iniquum namque eſſet valde, vt cum iactura alterius hæres ex delicto defuncti locupletior fieret, *l. iure natura. ff. de R. I.*

Quid iuris si ex dolo defuncti ad hæredem quid peruenerit?

Hoc casu distinguendum est, aut ex maleficio aut ex contractu ad hæredem res peruenit: illo casu militat regula: Toties in hæredem damus actionem de eo quod ad eum peruenit, quoties ex dolo defuncti conuenitur, non quoties ex suo, *l.44 ff. de R.I.* Nam ex suo dolo quisq; in solidum tenetur. Hoc vero casu secus est, quippe dolus, qui defuncto potest imputari ex contractu hęredes in solidum ligat, *l. ex depositi. ff. de O. & A.* & hoc maxime in bonæ fidei contractibus militat: Nam ex contractu bonæ fidei actionibus rei persecutoriis in solidum etiam ob dolum defuncti hæredes obligantur: hinc regula, in contractibus, in quibus doli præstatio, vel bona fides inest, hæres in solidum tenetur, *l.152. ff. de R.I.* huius generis sunt omnes contractus bonæ fidei, in quibus bona fides ipso iure inest.

Quid significat finalis regula h.t.

Regula hæc, omnia iudicia esse absolutoria, significat si à reo actori ante sententiam satisfiat, & conuenerint vltro citroq;, quod debeat absolui reus, obtento enim fine frustra quæritur de mediis, *l.3.* vbi Bald. *C. de Instit. §. de susp. Tut.* Wesenb. *h.t. in fin.*

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Qualis causa, talis effectus, *l.4. ff. de I. & I.*

II.

Senatus non legem, sed ius facit, *l.9. ff. de LL.*

III.

Surrogatum sapit, hoc est, retinet naturam eius cui surrogatur, *l.10. ff. si quis caut.*

IV.

Iniusta lucra etiam hæredibus extorquentur, *l.1. ff. de eo per quem fact. l.5. de calum. l.17. quod met. caus.*

V.

Accessorium sequitur suum principale, *l.76. ff. de rei vend. l.178. ff. de R.I.*

E Iure Canonico.

Litis contestatio est fundamen iudicii, quo deficiente frustra su-r ædificabitur, Dd. *in rubr. de edend.* Canon. *in rubr. de iudic.* & per ec. *in rubr. de prapar. iudic.*

APHORISMVS POLITICVS, ex Liu. d. loc.

Exulum pro patria recuperanda certamen in prælio esse solet a-errimum, ac proinde iis nostrûm fortissimi opponendi: Sic Roma-exules vna cum Tarquinio pugnant.

TITVLVS XIII.
DE EXCEPTIONIBVS.

De actionibus, quæ actoris sunt partes quia hactenus, porro quæ sunt partes rei?

EXceptiones, quæ sunt partes & defensiua arma rei, quibus im-petus actoreos excludit, *h. t. l. 2. ff. de except.* & tali casu stricte su-tur, & proprie est exceptio iuris: quando vero generaliter sumitur improprie pro omni defensione, dicitur exceptio facti, vt quando e actione quis calumniose agat. Dd. *h. t.*

Quibus casibus, vel exemplis hanc exceptionem illustrat Imperator?

Tribus, exceptione quod metus causa, doli mali, & in factum, *n. princ. h.* Exempli gratia: inter te & Caium obligatio orta est, ia metu, qui in cōstantem virum cadere potest, inductus despon-i centum, hic quia consensum est in contractum sequeretur con-nnatio iuris ciuilis, *in princ. h.* ast quia causa contractus iniqua est, *tep. §. pen. ff. quod met. caus.* iniquum etiam esset te condemnari: id-adinuenta est medela ex temperamento stricti iuris, videlicet ex-tio, quæ nisi esset, stricto iure propter obligationis vinculum se-eretur condemnatio. Dicis itaq; te consensisse, verum metu coa-

ctum

ctum, *tex. h l. antepen. l. 5. C. de inut. stip. l. 36. ff. de V. O.* Item si conueneris cum Titio, vt tibi mutuo det 100. Titius acceptoà te Chirographo ratione mutui solutionem, vel numerationem dolo recusat, dicens se dedisse, idque probare conatur chirographo, quo casu tu obligatus es propter consensum: ast quia negas numeratiõnẽ, & iniquum esset condemnari, habes exceptionem non numeratæ pecuniæ, *in princ. h. t. t. de dol. mal. l. 14. t. t. C. de numer. pec.* Deniq; exemplum esset exceptionis in factum, sed quia infinita sunt, satis est scire, non posse dari certum exemplum, nec formula certa potest assignari, quia in factum qualecunque illud sit propter errorem concipitur exceptio, *l. 15. ff. ad L. Falcid.* Wesenb. *h t.* Hæc & similia sunt exempla, vtputa, exceptio pacti conuenti, §. *praterea. h.* iurisiurandi, quod si fuerit iudiciale iusiurandum, tum rem quasi ex consensu vltro citroq; definit, *l. 2. 31. 17. ff. de iureiur.* quippe sponte præstitum iusiurandum nil operatur, *l. 3. ff de iureiur.* & exceptio rei iudicatæ, §. *item si. h.*

Quotuplices sunt exceptiones?

Exceptionum aliæ sunt peremptoriæ & perpetuæ, aliæ temporales & dilatoriæ, §. *appellantur. h.*

Quæ sunt exceptiones peremptoriæ?

Quæ sunt subinde etiam vltra 30. annos agentibus impedimento, *tex. h. l. 6.* vbi gloss. & Dd. *C. eod.* semperque rem, seu actionem perimunt, talis est exceptio doli mali, §. *appellantur. h.* exceptio quod metus causa factum est, exceptio pacti conuenti, cum conuenerint ita vtrinque, ne vnquam pecunia peteretur, *d. §. h. l. 21. ff. quod met. caus. l. 5. ff. de dol. except.*

Quoad durant exceptiones?

Certum tempus iure non est præfixum, vel ideo, quia exceptio non militat nisi actione mota, contra quam se opponit pro reo, quare cum expectandus sit actor, quo obiectu exceptionis se reus muniat, non currit contra reum & per conseq. contra exceptionem præscriptio, Bart. *l. 3. nu. 3. C. de præscript. 30. annor. d. l. 5. ff. de dol. except. l. 1. §. fin. C. de annal. except.* Hinc illud, quæ annua sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum, *d. l. 6. ff. eod.*

Quæ sunt exceptiones temporales & dilatoriæ?

Quæ non in perpetuum durant, sed ad tempus conceduntur, §. *appellantur h* talis est exceptio pacti conuenti, cum ita vltro citroque conclusum sit, ne intra certum tempus ageretur, vtputa intra quinquennium, quo elapso nil impedimento est denique actori, quo minus agere valeat. *d.* §. *h.* Hæ exceptiones ante litis contestationem opponi possunt: Peremptoriæ vero tam ante quam post, *l.4.8.13.C. eod.* vide Dd. *ad h. locum.*

Quid si actor ante tempus pactionis litem inferre ausus?

Olim rem amittebat, §. *appellantur. h.* quia plus qui peteret, causa cadebat, hodie Zenonianæ constitutioni subiacet, de qua s. §. *si quis agens de action.* hoc est, inducias in duplum habeat, qui talem iniuriam passus est, nempe Reus, nec nisi expensas litis etiam persoluerit, suscipere litem Actor valeat, *d.* §. Quare impedit litis ingressum hæc exceptio expensarum, *l.13.C. de iudic.* Exceptionibus supra dictis similis est exceptio declinatoria, fori, iudicis, &c. propter incompetentiam exceptio procuratoria, quæ lite nondum contestata est opponenda, *l.13. C. de Procur.* de quibus & similibus ad hanc materiam pertinentibus Interpp. & Dd. *d.* §. *appellantur. & t.t. ff. & C.*

Infames possunt ne esse Procuratores?

Possunt. Dd. *in l.2. C. de dignit. l.1.* §. *7. ff. de postuland.* cum & Tutores esse queant, qui etiam tuentur pupillos, *d.l.1. de post.* item Notarii, *l. si quis. C. de suscept.* item arbitri, *l.7. ff. de recept. arbitr.* Nam procuratoris officium non est dignitas, sed onus, & à plerisq; pro vili contemptibilique functione habetur, *l.34. C. de Decur.* & quia litem contestando quodammodo fiat dominus remq; suam agat, *l.23. C. de Proc.* quare licet infamis, tamen pro sua re agere valet, *l.1.2. ff. de his qui not. inf.* Wesenb. *h. in fin.* & Dd.

REGVLÆ IVRIS SEV AXIOMATA.

I.

Non videtur cepisse, hoc est, inchoasse iudicium, qui per exceptionem remouetur à petitione, *l.13. ff. de R.I.*

II.

Nil intereſt ipſo iure quis actionem non habeat, an per exceptionem quis infirmetur, *l.112.ff.de R.I.* idque inſpecto fine: Nam fieri poteſt, vt ſi reus exceptionem non opponat, condemnetur, *l.diuus.ff.de in integr.reſtit.* Bart. *ad l.ſi vnus.ff.de pact.*

III.

Non poteſt videri accepiſſe, hoc eſt, factus eſſe locupletior, qui ſtipulatus poteſt exceptione ſummoueri, *l.115.ff.de R.I.*

IV.

Definit debitor eſſe qui nactus eſt exceptionem iuſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem, *l.66.ff.de R.I.*

V.

Nulla eſt actio quæ exceptione repellitur, *l.7.§.fin.ff.de dol.*

VI.

Reus in excipiendo partes actoris ſuſtinet, eoque niſi ſuam probarit intentionem, nil ei proderit exceptio, *l.in exceptionibus.ff.de prob.*

VII.

Non ſtatur iureiurando, quod quis ſponte & vltro præſtat, *l.3.11.ff.de iureiur.*

VIII.

Cui competit actio multo magis exceptio, *l.1.§.4.ff.de ſuperficia.*

IX.

Iuſiurandum naturalem tantum perimit obligationem, *l.95.§.4.ff.de ſolution.& liberation,l.fin.ff.de iureiur.*

X.

Inducta ad vnum finem non debent operari in contrarium, *l.15.ff.de LL.l.19.* vbi Iaſ.*ff.de leg.1.*

E Iure Canonico.

Reus excommunicatus licet reconuenire non poſſit, admittitur tamen ad proponendas ſuas legitimas defenſiones, *c.cum niſi.de except.* Et ex loco & tempore & aliis fontibus ducuntur exceptiones, *c.vn.de plus pet* Lancell. *de except.*

APHORISMI POLITICI ex Liu. d. loc.

I.

Bella externa ingruentia sedant domesticas seditiones, sic Romæ sæpius contigit.

II.

Externus timor est magnum concordiæ vinculum.

III.

In quouis reip. statu semper inopiæ annonæ publicæ cauendum, ne plebs ea laboret. Nam laborans facile seditionem mouet, estque intolerabilis. Sic post creatos primum Tribunos Romæ consulitur plebi.

TITVLVS XIV.

DE REPLICATIONIBVS.

Quia exceptioni opponitur replicatio, dic quid sit?

Replicatio est remedium actoris contra exceptionem Rei, *l.10. C. de except.* vel est exceptionis factæ exclusio: atque ita etiam potest dici quædam exceptio, quæ competit actori contra exceptionem Rei, *in princ. h. l.2. C. eod. l.7. ff. de Cur. furios. l.24. ff. de except. rei iudic. l.48. ff. de Procur.*

Contra hanc superest ne Reo remedium?

Est, nimirum duplicatio, & iterum contra Rei duplicationem actori datur triplicatio, contra triplicationem actoris Reo porro conceditur quadruplicatio, cui deinde opponitur quintuplicatio, & sic consequenter, *d. l.2. l.22. ff. de except* §.1. *hic.*

Nonne est modus præscriptus allegationibus?

Iustitia quidem debet esse communis, & quod æquum est in Quinctio non debet iniquum censeri in Mæuio: sed ne in infinitum procedatur litigando. & litium finis imponatur, hoc Iudici conceditur vt is modum adinueniat, finemque litigationibus imponat, cum infinitas sit vitanda, *l.3. §. fin. de Testib. l.9. cum Auth. seq. C. de iudic.* Modus

dus vsu receptus hodie is est, vt partes tribus libellis, vel scriptionibus querelas vltro citroque proponant, & concludant, quo sententia tandem superinde feratur.

Contra exceptionem Iurisiurandi habet ne locum replicatio?

Non habet locum replicatio de periurio, *l.15.ff.de except.* vbi Bart. & Dd. Wesenb. *in princ.*

Vnde procedit hic mos agendi?

Ex æquitate, propter posteriora pacta siue conuentiones nouissimas, quippe posteriora derogant prioribus, *l.12.C de pact.* non tamen ipso iure, quia elidit solum exceptio actionem, *l.27.§.2.ff. de pact.*

Quia pro debitore etiam interueniunt fideiussores, defensiones debitoris prosunt ne etiam fideiussoribus?

Omnino. *§.exceptiones.h.l.21.§.fin.ff.de pact.* quia quod à fideiussoribus petitur, id ab ipso debitore videtur peti, *l.19.C.de fideiuss. §.exceptiones,h.l.5.ff.de lib.leg.l.32.ff. de pact.*

Quid iuris si debitor bonis suis cesserit?

Hoc casu exceptio hæc fideiussoribus non datur, *d.§.exceptiones. h. l.22.ff.de pact.* rationem dat Imperator hic in fine: quia qui fideiussores habet. censetur suis iuribus adeo prospexisse, vt si lapsus fuerit debitor facultatibus, habeat regressum contra fideiussores, à quibus suum consequi valeat, *in fin.h.t.l.22.ff.de pact l.4.t.t.de ceß bon. s. de act.* vide copiosius de generibus exceptionum, *lib.44.ff.tit.1.2.cum seq.*

APHORISMI POLITICI, ex Liu. d. loc.

I.

In Democratia nemo in plebem iniurius diu toleratur: Sic Cornelius eiectus Roma.

II. Qui

Quæ sunt interdicta restitutoria?

Quæ à Prætore conceduntur, quo alicui quid restituatur, vel in antiquum statum demoliendo, vel ædificando reponatur, vt cum iubet Prætor ei, qui vi de fundi possessione deiectus est, restitui possessionem, *d.§.summa.h.*

Quæ sunt interdicta exhibitoria?

Quæ à Prætore, vel ideo permittebantur, quo aliquid exhibeatur, veluti vt libertus exhibeatur, cum patronus operas interdicere velit, vel, vt is exhibeatur, de cuius libertate quæstio est, *d.§.summa.h.t.*

Quæ est differentia inter actionem ad exhibendum & exhibitoria interdicta?

Actio ad exhibendum, vt plurimum spectat ad proprietatem rei actionemque eius, *l.1.3.t.t.ff ad exhib.* Interdicta vero exhibitoria ad possessionem: itẽ illa exhibentur res priuatæ: interdictis vero etiam de iure publ. agitur, *l.1.ff eod.l.3.§.6.l.si liber.ff.ad exhib.* Wesenb *.h.t.*

Quæ est secunda diuisio interdictorum?

Quædam interdicta sunt comparata adipiscendæ, quædam retinendæ, quædam recuperandæ possessionis causa, *§.sequens.h.t.*

Quæ sunt interdicta adipiscendæ possessionis causa?

Quæ dantur prætorio successori, hoc est, bonorum possessori, qui tamen nondum nactus fuit possessionem, & est triplex, quorum legatorum & Saluianum.

Cui competit interdictum quorum bonorum?

Hæredi filio scilicet emancipato pro possessione hæreditatis à Prætore petita, quippe talis emancipatus de iure ciuil. nullum habuit ius in hæreditate paterna, quod durum erat, vt qui perinde filius erat ac in potestate constitutus: Quare P.R. Prætores & Magistratus constituit, qui rigorem l. 12. tab. ex æquo & bono temperarent, quique statuerũt de iure Prætorio perinde emancipatum tam ad corporalia quam incorporalia vniuersitatis iura esse admittendum. Dd.

Quibus competit interdictum quorum legatorum?

Hæredibus contra legatarios, qui propria authoritate apprehenderunt legata, nondum ab hærede deducta Falcidia, cuius demum esset distribuere legata: Est itaque effectus huius interdicti, quo legatarii condemnentur, vel cuncta legata restituenda, quorum hæres est ipse, à quo legatarii legata rehabere poterunt. Dd.

Quibus datur interdictum Saluianum?

Saluianum interdictum est id, quod competit locatori contra inquilinum qui deportat bona sua locatori tacite oppignorata, ad alium locum quo inibi maneant, vt eadem eo deferat, quo primo inducta fuere, vt locatori saluum maneat pro pensione ius in iisdem, siue apud colonum, siue apud tertium sint res, datur actio realis contra possessorem, *l.1.ff.de Salu. interdict.*

Quæ sunt interdicta retinendæ possessionis?

Quæ à Prætore conceduntur, & competunt ei, qui possidet contra molestantem eum in sua possessione, quo casu quæritur, vter ex litigatoribus possidere, & vter petere debeat, & sic vterque & actionis & rei personam sustinet, *l.3.§.1.ff.vti poss.*

Quotuplex est hoc interdictum?

Duplex, nimirum vti possidetis, & vtrubi. Illud competit inter duos, qui eandem rem immobilem cõtendunt possidere: hoc quod conceditur duobus ob possessionem rei mobilis, vid. *gloss.4. & 7.in c. pastoralis.de causis poss.& propriet.*

Quæ sunt interdicti huius iura?

Olim diuersa erant, vt liquet ex §.*sed interdicto.h.* hodie secus est, quia tam vti possidetis quã vtrubi interdictorum potestas exæquata est, nempe vt is victor existat, tam in immobilibus quam mobilibus qui possessionem, nec vi, nec clam, nec precario ab aduersario litis contestationis tempore detinet, *d.§.sed.h.* Nouissime tamen is vincit, qui vel iustiorem, vel antiquiorem possessionem probauerit, siue tempore litis contestatæ, siue antea eam habuerit, *c.9.extra de probat.* Wesenb.*h.* §.*sed interdict.*

Quia in interdicto retinendæ possessionis apprime de possessione quæritur, dic pro euidentia normam circa hanc possessionem?

Certas Imper. §. *poßidere.h.t.* regulas præscribit, & primo is dicitur possidere, qui ipse possidet: secundo si eius nomine alius in possessione sit, vt colonus, inquilinus, *l.1.9.ff. de acquir. poß. l.2. C.eod.* tertio possidet quis per depositarium, quarto per commodatarium, *l.30.ff. de acquir. poß. l.6. C. commod.* quinto etiam solo animo possessio retinetur, ne singulis momentis rebus insistere nostris cogamur, §. *poßidere. h. l.3.§.7. l.25. §. fin. l.6. ff. de acquir. poß.*

Quid est solo animo possidere?

Est cum neq; ipse sit in possessione, neq; eius nomine alius, nec tamē relinquēdę possessionis causa à possessione discesserit, sed reuersurus, §. *poßidere. h.* solo tamen animo adipisci possessionem nemo potest, *d.§. in fin l.41. ff. de acquir. poß.* Wesen. *h. & in parat. de acq. poß.*

Quæ sunt interdicta recuperandæ possessionis?

Interdictum hoc competit illi, qui de possessione immobilium vi fuerit deiectus, vtputa ædium, fundi, §. *recuperandæ. h.t.* nec datur hoc interdictum pro rebus mobilibus, pro quibus condictio furti, actio vi bonorum raptorum sufficit, *l.1. ff. de vi & vi arm.* huiusmodi est interdictum vnde vi, *d.§. recuperandæ. h.*

Quid est interdictum vnde vi?

Est tale remedium, quo is qui deiecit, cogitur restituere possessionem ante omnia cum omni damno & interesse, *d.§. recuperandæ. h. l.1. ff. de vi & vi arm.* quippe etiam prædo ante omnia est restituendus, *c.5. de restit. spol. c. in literis eod. l. si coloni. C. de ag. & censit.* vide Dd. *in c. querelam. de elect.* Alex. *consil. 33. nu.1. vol.6.*

Quæ est pœna præscripta in eum qui quem vi deiecit?

Aut aliquem quis vi armata deiecit de possessione, aut sine armis. Hoc casu tenetur de vi priuata: illo vero de vi publ. §. *recuperandæ. hic. l.1. ff. ad l. Iul. de vi publ.* Armorum autem appellatione

textus hic scuta, galeas, gladios, lapides, fustes, comprehendit, *d.§.h.l.41.ff.de V.S.l.9.ff.de vi publ.l.3.ff.vnde vi.* Pro vi publica est pœna scilicet deportatio, *l.10.ff ad L. Iul. de vi publ.* nouissime banno tanquam turbatores pacis publ. puniuntur, vid. Dd *ad h.*§. Pro vi priuata, *L.Iul.* est pœna scilic. confiscatio tertiæ bonor. partis, *l.1.ff.ad L.Iul. de vi priuat.* vide pœnam constitutionis, *in l.7.C.vnde vi.*

Sunt ne quædam aliæ interdictorum diuisiones?

Sunt: quædam enim sunt simplicia, quædam duplicia: vt quando Prætor alteram duntaxat partem alloquebatur, vtputa: vnde tu illum deiecisti, simplex erat interdictum, talia sunt interdicta restitutoria & exhibitoria: Sin vero vtramque partem, duplex: vt vti possidetis, ita possideatis, §.*tertia.h.l.2.ff.de interdict.*

Nonne prohibitoriorum interdictorum etiam diuisio?

Est, nempe, simplicia aut duplicia sunt. Simplicia, vt si Prætor in loco sacro publicoq; quid fieri vetat: Duplicia, vt vtrubi & vti possidetis interdicta. In simplicibus alius est actor, alius reus. In duplicibus par vtriusque litigatoris est ratio, & vnusquisque tam actoris quam rei partes sustinet, §.*tertia.h.l.2. de interd.* Dd. *ad tit. de interd. & vti possidetis.*

Quando interdicta locum habuerunt?

Quando ordinaria iudicia in vsu erant, in quibus formulæ à Prætore præscribebantur & impetrabantur, *l.47.ff.de neg. gest.* Sed quia hodie omnia iudicia sunt extraordinaria, cum formulæ illæ & impetrationes à Prætore sint sublatæ, ideoque forma iudiciorum est mutata, & consequenter interdicta, §.*fin.h.t.* Hodie tamen ex interdictis saltem vtilis actio conceditur, cessante directa. Wesenb. *in fin.h.t.*

REGVLÆ IVRIS ET AXIOMATA.

I.

Cum par delictum est duorum, semper oneratur petitor, & melior habetur causa possessoris, *l.154.ff.de* R.I.

II.

In eo quod vel is qui petit, vel is à quo petitur lucri facturus est, durior est causa petitoris, *l.33.ff.de* R.I. Petitor hic est qui asserit, & è sua assertione ad lucrum contendit.

III. Fi-

III.

Filiusf.neque retinere,neque recuperare, neq; adipiſci poſſeſſionem rei peculiaris videtur,*l.93.ff.de* R.I. adeo, licet de rei peculiaris poſſeſſione per interdictum retinenda,recuperanda, aut adipiſcenda agatur,debeat pater non filius agere.

IV.

Vt nulla poſſeſſio acquiri niſi animo & corpore poteſt:ita nulla amitti poteſt,niſi in qua vtrumque in contrarium actum eſt, *l.153. de R.I.* quibuſcunque enim modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur. Conſumitur enim contrarium à contrario, & ex vtriuſque inuicem concurſu medium exoritur,§.*fin.* ſ.*quibus mod. tol. obl.l.ab emptione.ff.de pact.*

V.

Nihil tam naturale eſt quam vnumquodque eo genere diſſolui, quo colligatum eſt,*l.153. ff.de* R.I.

VI.

Nemo ſolo animo adipiſci poſſeſſionem poteſt, licet ſolo animo retinere poſſit,§.*poßidere h.t.*

VII.

Vt retineri,ita amitti ſolo animo poteſt poſſeſſio, non vero adipiſci,*d.l.153.ff.de* R.I.

VIII.

Qui poſſidet petere non poteſt, cum naturaliter ei dari nequeat quod habet, §.*ſed ſi rem.ſupr.de leg.l.6.17.de leg.1.*

IX.

Longe commodius eſt poſſidere quam petere, §.*retinenda. h.l.24. ff.de rei vend.l.fin.C. de rei vend.*

E Iure Canonico.

I.

In pari cauſa melior debet eſſe poſſidentis conditio, *c.in pari. ff. de R.I.in 6.*

II.

Interdicta vniuerſitate & ſinguli de vniuerſitate cenſentur inter-

dicti, ne interdictum reddatur elusorium, *c. si ciuitas. c. si sententia. de sent. excom. in 6.*

III.

Respectu personarum interdictum Ecclesiasticum est stricte interpretandum: non ergo valet argumentum de loco ad personas, *d. c. si sententia. & d. c. si ciuitas.*

APHORISMI POLITICI ex Liu. d. loc.

I.

Parum tuta est sine plebis viribus & populi consensu Maiestas, aut publ. dignitas.

II.

Aduersus plebis temeritatem nunquam Proceres & Senatus ira certent, sed comitate.

TITVLVS XVI.
DE POENA TEMERE LItigantium.

Quia de iuribus tam Actoris quam Rei dixti, dic num quid sit eorundem temere litigantium quaedam condigna poena?

EST, id quod praesenti tit. videre est, vbi triplex poena est constituta, nempe pecuniaria, §. 1. *h.* iurisiurandi religio, calumniae, §. 1. *h. l. 44. §. 4. ff. famil. hercisc.* & infamia, *in princ. h. t.*

Quae fuit causa huius constitutionis?

Fauor tranquillitatis, & odium rixarum, quo lites inanes & expensarum modus coerceantur: Est enim reip. profuturum, ne rebus suis homines abutantur, & nihili rixis & litium processibus occupati magis necessaria praebeant, *l. 21. ff. si cert. pet.*

Quid

Quid est iusiurandum calumniæ?

Quando tam actor quam reus principales scilicet personæ subeunt iusiurandum tale: Actor primo, se non calumniandi animo litem mouisse, etiam num existimare, se iustam causam habere. Reus postea iurat, se pariformiter ad reluctandum non alias peruenisse, nisi existimasset, vel nunc putaret, se bona instantia vti, *l.2.C.de iurei. propter calum.* vel iuramentum calumniæ est, cum quis iurat, se bona fide, & non animo calumniandi agere, vel respondere, nec egisse, vel respondisse, Dd.§.*ecce.h.* Hoc etiam iuramentum subeunt Aduocati & Procuratores, *d.l.2.C.de iur.cal.l.12.§.patroni.C. de indic. §.ecce. h.in fin.* vbi Dd.

Quid est pecuniaria pœna?

Hoc casu pœna pecuniaria est certarum causarum, in duplum aduersus inficiantes, vt si quis id quod ad pias causas erat relictum negauerit, vel distulerit: item si quis negarit, se damnum iniuria dedisse, cum similibus, *Nou.112.de litigios.§.ad excludendas.Nou.96.* Hodie vt plurimum obseruatur condemnatio in expensas & damna, *l.13.§.3.C.de iudic.c.1.de plus pet.c.examinata.de iudic.l.15.*vbi Bart. *C.de iudic.* Wesenb. *h.§.ecce.*

Potest ne iuramentum calumniæ à partibus mutuo remitti?

Iure ciuil. quidem non. §.*ecce.h.* Nam etiam actor pro calumnia iurare cogitur *l.2.§.4. C.de iur. propter calum.* secus de iure Canonico, Dd.§.*ecce.h.t.* Wesenb.*hic.*

Quid est pœna infamiæ?

Est ea, quæ omnium est maxima, quippe fama semel amissa nullo commodo potest resarciri, *l.si in duab.ff.de R.I.* Et ex quibusdam duntaxat iudiciis oritur, veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo, tutelæ, mandati, depositi, pro socio, §.*ex quibus.h.* Directis tamen non contrariis actionibus, cum in his iudiciis vt plurimum de mala fide, hoc est, fide rupta quæstio est, cuius pœna propric est infamia, *l.5.ff.depositi.* vide Wesenb.*in parat.ad tit. de his qui not. infam. & tit.de dol. malo.*

Quia proxime dictorum omnium cognitio dependet à iudicio, dic quid sit iudicium?

Iudicium est actus iudiciarius, in quo inter partes Actorem scilicet & Reum à Iudice res litigiosa iure definitur.

Quia partes à Iudice citantur, dic quid sit citatio.

Citatio est Rei vel omnium quorum interest à Iudice ad se vocatio. Vtique enim inprimis aduersarius in ius vocandus est, id est, ad eum vocandus, qui ius dicturus sit, §.*fin. h.*

Quæ debet regulariter in se continere citatio?

1. Nomen citantis Iudicis. 2. Nomen eius qui vocatur. 3. Nomen eius, ad cuius instantiam fit citatio. 4. Causam, propter quam fiat citatio. 5. Locum idoneum, vbi compareat. Mynsing. *cent.* 5. *obser.* 85. Gail. *lib.* 1. *c.* 48. *nu.* 5. 6. 7. 8. 9 *& seq* 4. *cap.*

Quia citationes multifariam fiunt, dic quid sit citatio publ.?

Est quæ fit per edictum, vel per clamorem. Per edictum, quæ fit publica denunciatione Iudicis, domui Rei, Curiæ, vel valuis Ecclesiarum affixa, & hæc citatio in casibus necessitatis solum militat, quando quis alias citari non potest, vel quia latitat, vel non tuto loco degit, Gail. *lib.* 1. *obs.* 57. Per clamorem seu buccinam publ. citatio fit tribus diebus, Cuiac. *obs. lib.* 7. *c.* 15. 16.

Quid est citatio priuata?

Quæ fit viua voce in faciem, vel ad domum, hoc est, per familiam Rei, per Notarium, vel nuncium, quæ verbalis dicitur, *l. cessante. C. quom. & quand. Iudic.* vel quæ fit literis, cum quis literaliter ad Iudicem citatur.

Quid est realis citatio?

Est quando Reus personali captura ad iudicium ducitur. In ciuilibus tunc locum habet causis, cum reus vocatus legitime noluerit comparere, *l. consentaneum. C. quomodo & quand. Iud.* vel si fugæ periculum subsit: in criminalibus vero causis est prima, §. *si quis vero. Auth. vt nulli iudic. collat.* 9.

Quid est peremptoria citatio?

Quæ in se particulam peremptorie, & tantum temporis, quantum tres aliæ citationes continet, *l. ad peremptorium. cum l. seq.* vbi Bart. *de iudic.* Duaren. *lib. 1. disput. c. 7.*

Citatus ad locum morbosum, seu vbi aër est pestilentialis, seu corruptus, teneturne comparere?

Non, quia esset contra charitatem proximi, quam iura tuentur, & quia saluti publicæ ante omnia est studendum, *l. 7. ff. ad Trebel.*

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Crudelis perhibetur qui famam negligit, quia vita hominis & fama æquiparantur, *l. 9. ff. de man. vind.* Iason *in l. 31. num. 278. ff. de iureiur.*

II.

Satius est pecuniam quam famam perdere, *l. 104. ff. de R. I.*

III.

Infamia morti æquiparatur, *l. 38. ff. ad L. Aquil. de adult.* item oculorum amissioni, *l. 8. C. de Decur.*

E Iure Canonico.

I.

Hodie etiam in causis spiritualibus iuratur de calumnia, *c. 1. §. fin. de iur. calum. in 6.*

II.

Iuramenti de calumnia omissio non vitiat processum, *c. 1. eod. in 6.*

III.

De calumnia iuratur etiam in causa appellationis, *c. Christus de iureiur. & cap. 2. de probat.*

APHORISMI POLITICI,
ex Liu. Dec. 1. lib. 3.

I.

Acrius pugnant, quibus cum hostibus nulla spes pacis, aut veniæ reliqua est: Sic Æqui contra Rom.

II.

Pestis bello coniuncta grauissimum Dei iudicium, & de pace potius quam bello nunc cogitandum: Sic Romæ Ebutio & Seruilio Coss.

TITVLVS XVII.
DE OFFICIO IVDICIS.

Quid est officium Iudicis?

Officium Iudicis est partes vltro citroque exaudire, & partium deniq; allegationibus probationibusq; auditis sententiam secundum ll. constitutiones & consuetudinem loci ferre, §. *oportet. h. §. fin. Auth. de Iudicib. l. 1. ff. de offic. cons.*

Quid si Iudex contra ll. secundum conscientiam & discretionem suam iudicauerit?

Iudex, qui vir bonus præsumitur & iustitiæ Præses constituitur, si aliter quam dictum est iudicauerit, sententia erit ipso iure nulla, *l. 1. ff. quæ sent. sine app. l. 32. ff. de re iudic. l. 5. C. de LL.*

Quomodo autem Iudex secundum præscriptum modum iudicabit?

Ita, vt omnes allegationes sedulo exaudiat, & ex æquitate discutiat, *l. 90. ff. de R. I. l. 8. Auth. hodie. C. de iudic.* & secundum allegata & probationes denique iudicet, Dd. *ad l. 6. ff. de offic. præsid.* Verbi gratia: si noxali iudicio agatur, ita causam definiat, vt alternatiue sententia feratur, & ita dominum condemnabit, vt aut seruum pro noxa dedere, *in princ. h. l. 6. ff. de re iudic.* aut æstimationem præstare debeat.

Sic

Sic & in bonæ fidei & arbitrariis iudiciis actionibusque secundum actionum naturam & præscriptam normam pronunciare tenetur, §.*præterea.* ĩ.*de action.l.*11.*ff.de act. empt.l.*4.*ff.de eo quod cert.loc.* Welen.*h.* Quare si actor intentionem suam sufficienter probauerit, *l. vlt.C.de rei vend.* nec reus idonee contra exceperit, *l.*9.*C.de except.* vel probauerit, *l.*14.*ff.de probat.* condemnatio rei sequitur: sin minus, absolutio, *l.*1.*ff.de re iudic.*

Quomodo iudex debet ferre sententiam in actionibus realibus?

In realibus, si possessor intentionem suam habuerit in iuribus fundatam, eamque probauerit, contra petitorem feratur sententia pro possessore absolutoria: sin vero petitor suam causam probauerit, præsto sit condemnatoria, iuxta *d.l.*1.*ff.de re iudic.* contra possessorem vt rem petitam vna cum fructibus restituat, §.*etsi in rem.h l.*17.22.*C.de rei vend.l.*3.*C.de cond.exl.*

Quid si possessor negauerit se posse illico fructus restituere, terminumque petat?

Quia hoc ex arbitrio Iudicis dependet, & æquitati est consentaneum, ideo datur & conceditur ad hoc terminus restituendi, estque indulgendum tempus, ita tamen, vt caueat idonee in his realibus actionibus de litis æstimatione, si interim non restituerit, & quidem fideiussoribus, *d.*§.*etsi in rem.h.l.*68.*ff.de rei vend.l.*21.*ff.de iudic.*

Quomodo iudex procedat si hæreditas petatur?

Aut qui possidet hæreditatem est bonæ fidei possessor, aut prædo siue malæ fidei possessor: Illo casu bonæ fidei possessorem compellere non debet Iudex, vt consumptos, vel non perceptos restituat fructus, §.*etsi hæreditas.h.l.*48.*ff de acquir.rer.dom.l.*78.*ff. de rei vend.l.*13.*ff. quib.mod.vsusfr.* sed bene perceptos & consumptos, *l.*22.*C.de rei vend.* §.*si quis à non dom.* ĩ *de rer.diuis.* Hoc vero casu malæ fidei possessorem Iudex cogere potest, vt etiam eos restituat fructus quos percipere potuit, licet non perceperit, culpa tamen sua, *d.l.*22.*C.de rei vend.*

Quos autem restituere cogitur fructus bona fidei possessor?

Extunc tam consumptos quam quos sua culpa non perceperit, vel quos percepit & extant, §.*si quis à non domino.* ĩ.*de rer.diuis.*

Quare Imp. dicit post inchoatam petitionem & non post litem contestatam?

Quia est bonæ fidei hæreditatis petitio, & vniuersalis, vt merito fructibus adaugeatur, *l.25.ff. de pet. hæred.* atque ideo qualiscunque controuersia in hac petitione prodest pro lucro fructuum, *d.l.25.* Hoc tamen secus est in venditionibus stricti iuris, vbi post litem demum contestatam possessor in mala constituitur fide, *d.l.25.l.10.C. de long. temp. præscript.* & consequenter omnes veniunt fructus, *l.2.3.22.35.ff. de vsur.*

Quale est officium Iudicis in actionibus ad exhibendum?

Tale, vt adigat eum cum quo agitur ad exhibendum quo rem cum sua causa, hoc est, fructu commodis & vtilitatibus à lite contestata, *l.25.ff. de ædil. edict.* vsque ad rem iudicatam, *§. si ad exhibendum. h.* exhibeat, id est, vt Imp. hic loquitur, vt eam causam habeat actor, quam habiturus esset, si, cum primum ad exhibendum egisset, exhibita res fuisset, *l.31.ff. si cert. pet. l.2.ff. de vsur. l.20.ff. de rei vend. l.7.C. ad exhibend.*

Quomodo impertit Iudex officium postulatum in actione mixta, nempe familiæ herciscundæ?

Sic, vt si hoc iudicio contra eum fuerit actum, is inuigilet, quo suum cuique tribuat æqualiter, & si proportio Arithmetica commode obseruari nequit, Geometrica proportione saltem subueniat, ita vt si alterutra pars aggrauata fuerit in re, vel parte maiore pro supplemento pecuniaria summa illi subuenire debet cohæres, cui maior pars fuerit attributa, *l.55. ff. famil. hercisc.* Idem obseruet Iudex, si vnus ex cohæredibus fructus omnes percepit, quid in re hæreditaria corruperit, aut consumpserit, vt æqualitas vltro citroque obseruetur, *l.22.§.3.ff. famil. hercisc. l.9.17.19. C. eod. l.16.ff. eod.*

Prout procedet Iudex in iudicio communi diuidundo?

Fere, vt supra, eadem quippe est via iuris vt in iudicio familiæ her-

ciſcundæ,ſi de pluribus actum fuerit rebus, §. *eadem. h.l.55. ff.famil. herciſc*. Sin vero de vna re agatur, vtputa fundo, ſi is diuiſionem recipit, diuidatur à Iudice: ſi tamen ex illa diuiſione alterutra pars fuerit læſa, illi Iudex pro officio ſuo, pro ſupplemento pecuniario à cohærede ſubueniat: ſin vero diuiſio inſtitui nequeat, ex tunc homo, vel mulus vni adiudicetur, qui alteri pecunia certa condemnandus erit, *l.1.3.C.com.diuid.* §. *eadem.h.*

In iudicio finium regundorum, quomodo Iudex procedere debet?

Ita, vt in dirigendis & determinandis finibus agrorum, ſic procedat, vt, ſi opus fuerit, alteri quid de alterius agro adiudicari id faciat, quo tamen caſu par eſt, vt is alteri viciſſim in certam pecuniam condemnetur, *tex. h.* §. *fin.l.2.3.ff.fin.regund.* Deinde hinc & illud fluit, ſi quis dolo terminos, vel lapides finales mouerit, vel furatus ſit, arbores exciderit malitioſe, vel quid ſimile fecerit, vt ſi Iudicem definire agros, vel fines non permiſerit, quo caſu tenetur extraordinarie de termino moto, *l.1.de term.mot.l.1.C.de accuſ.l.2.3.ff.fin.regund.* Et ſciendum, quod in omnibus his diuiſoriis iudiciis Iudicis partes ſint præcipuæ, qui prout illi tanquam viro bono viſum fuerit, poterit ex æquo & bono procedere: quodque Iudex partibus adiudicauerit, illico illi cui adiudicatum fuerit cedit, quia eſt modus adquirendi rerum dominia adiudicatio, *tex.h.in fin.*

REGVLÆ SIVE AXIOMATA.

I.

Factum à Iudice, quod ad eius officium non pertinet, ratum non eſt, *l.170.ff.de R.I.* nec illi eſt parendum, ſi fines officii non obſeruauerit, quia cenſetur tunc priuatus, Dd. *in d.l.* 170.

II.

Cum in iudiciis non ſit habenda acceptio perſonarum, Iudex conſtanter non quod ipſe velit, ſed quod lex, aut religio dictet, ſequatur, *in princ. h.t.*

III.

Non eſt ſingulis concedendum, quod per Magiſtratum publice poſſit fieri, ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi, *l.176.ff.de R.I.*

IV.

Qui authore Iudice comparauit bonæ fidei possessor est, *l.137.ff. de R.I.* Iuste enim possidet qui authore Prætore possidet, & purgat alienæ rei conscientiam, *l.iuste.ff.de acquir. poss.*

V.

Consuetudo & stylus legibus comparantur, *in princ. h.t.*

VI.

Qui non habet in ære luat in corpore, *l.pen. & vlt.ff. de in ius voc.l.1. in fin.ff.de pœn.* habet tamen solum locum regula, quoties ex delicto debitum prouenerit.

VII.

Sententia pro veritate habetur, *l.25.ff.de stat.hom.*

VIII.

Malitiis hominum non est indulgendum, *l.38.de rei vend.*

E Iure Canonico.

I.

Iudicare secundum ll. & consuetudinem debet quilibet Iudex, & summus Pontifex, alioqui ipso iure sententia est nulla, *c.1.de sent. & re iudic.*

II.

Res inter alios acta aliis præiudicium regulariter non adfert, *gloss. in c.quamuis.c.in verbo.res inter alios.*

APHORISMI POLITICI, ex Liu. d. loc.

I.

Est bonorum sociorum, sociis laborantibus, etiam antequam vocentur, succurrere. Sic Tusculani Romanis.

II.

Nullus est tam gratus populo Magistratus, quin eidem inuidiosus & exosus fiat, vbi sæuitiam aduersus plebem exercet. Sic Decemviri Romæ odiosi.

TITV-

TITVLVS XVIII.
DE PVBLICIS IVDICIIS.

Quæ sunt publica iudicia?

QVæ lege publ. de vindicando crimine ad Reip. exemplum pertinente, ita constituta sunt, vt eius certa & ordinata quæstio non ad aliquem Magistratum vi suæ iurisdictionis, sed ad populum pertineat, *l.1.ff.de offic.eius cui mand.Iurisd.* Wesen.*h.in princ.*

Vnde dicuntur?

A populo, hinc publica, quasi populica, *l.15.cum seq.ff.de V.S.* quod cuique de populo competant, *§.publica. §.vniuersitatis. I.de rer.diuis.* Pari modo & actiones nuncupantur populares eæ, quæ omnibus & cuilibet patent, *l.1.ff.de pop.act.* Hinc subinde criminale etiam dicitur iudicium, vbi finis tendit ad commodum Reip. vt fisci, &c. siue modo pœna sit corporalis, siue pecuniaria: vbi vero tendit ad emolumentum partium dicitur ciuile, *gloß.in l. prator. ff. de sepulch. violat.*

Quomodo diuiduntur publica iudicia?

Ita, vt quædam sint capitalia, quædam vero non capitalia, *§.1.h.t. l.2.ff.eod.*

Quæ sunt iudicia capitalia?

Quæ malefactores & delinquentes vltimo supplicio, id est, morte, *l.21.ff.de pœn.* Duar. *l. disp.c.35.36.37.ex l.1.ff.h.t.* afficiunt, vel aquæ & ignis interdictione, vel deportatione, quæ in eius locum successit, *l.2.ff.de pœn.* vel metallo, *d.l.2.* quia ciuiliter mortuus censetur, qui ciuitatem amittit, *l.103.ff.de V.S.*

Quæ sunt iudicia non capitalia?

Quæ infamiam cum damno pecuniario irrogant, publicaq; sunt licet non capitalia, *l.2.ff.de publ.iudic.l.7.§.1.in fine.ff.eod.* vbi Dd.

Quot enumerantur h.t. ab Imperatore publica iudicia?

Publica iudicia, quæ publ. legis iudicio vindicantur, enumerantur decem & sex. 1. Maiestatis læsæ crimen. 2. Adulterium.

3. Stuprum. 4. Homicidium. 5. Veneficium. 6. Parricidium. 7. Falsum. 8. Vis publ. 9. Vis priuata. 10. Raptus. 11. Peculatus. 12. Plagium. 13. Ambitus. 14. Repetundarum crimen. 15. Annonæ flagellatio. 16. Crimen residui, de quibus ordine *h.t.*

Quid est crimen læsæ Maiestatis?

Est summum & primum iudicium publ. imminutæ Maiestatis, quod crimen in Populum Rom. vel aduersus eius securitatem (Dd. vocant saluum conductum) hodie aduersus Remp. vel Principem committitur, *l 1. ff. ad L Iul. Maiest.* quia omne ius Pop. Rom. in Principem transtulit, *l. 1. ff. de constit. Princ. §. sed & quod. s. de I.N.G. & C.* Quare proprie & primario in Principem hodie hoc crimen committitur, *l. quisquis. C. ad L. Iul. Maiest.* Dd. *ad l. 1. ff. eod.* Secundario & improprie etiam in Duces, Comites, qui superiorem non agnoscunt: item in intimos Principis Consiliarios, *d. l. quisquis.* Ex aurea Bulla etiam in Electores.

Qui sunt præterea qui hoc crimine tenentur?

Secundario & improprie etiam tenentur, qui stant à partibus hostium, quos olim perduelliones vocabant, *l. quos nos. ff. de V.S.* item tenentur hoc crimine transfugæ, de quibus Cuiacius *lib. 15. obs. c. 34.* qui & superstites & defuncti damnantur, *l. fin ff. h.t. l. pen. C. eod.* item qui plebem aduersus Magistratum concitant, aut quocunque modo Reip. statum labefactare student, *t.t. ff. & C. eod.* Gail. *lib. 2. de pac. publ. per tot.*

Quæ est pœna præscripta huic delicto?

Olim erat ignis & aquæ interdictio, *l. 3. in fin. h.t.* hodie est capitalis, *l. 5. C. eod.* cum memoriæ defuncti damnatione, bonorumque eius publicatione, *d. l. 5.* vbi sciendum, quod si improprie sit hoc crimen, hoc est, non in Principem primario commissum, tunc ipsi duntaxat, non eorum liberi puniantur, *d. l. 5. C. ad L. Iul. Maiest.*

Puniunturne & liberi propter hoc delictum?

Sic per *d. l. 5.* sed humanæ leges cedere debent præceptis diuinæ Maiestatis, quod filius non portabit iniquitatem patris, *gloss. in l 8. ff. de in ius vocand. l. 22. C. de pœn. & t.t. C. ne fil. pro patr.* nec obseruatur, sed & legitima liberis debetur, *d. l. 5. l. 7. ff. de bon. dam. l. 32. & Auth. no-*

uissima.

uißima.C. de inoff. testam. Sciendum etiam, quod hodie arbitraria ſit pœna eorum, qui in inferiores à Principe delinquunt, Iaſon *l.3.n.12. ff.ne quis eum.*

Quid iuris ſi quis in diuinam Maieſtatem commiſerit?

Si blaſphemando Authorem linguarum gentium & omnis boni læſerit, lædatur præciſione linguæ, ſi læſio ſit intolerabilis & malo exemplo, *§.vlt.in Auth.vt non luxurientur.* Weſenb.*h.t.§.publica.*

Quod eſt ſecundum crimen, hoc eſt, Adulterium?

Eſt violatio alienæ matrisf. ſeu thori alieni, *l.215.ff.de V.S.c.36.q.1. c.32.q.5.* vel eſt illicitus coitus cum vxore ſponſave aliena perpetratus: ſic dictum adulterium ad alterius thorum tranſitus, ſiue acceſſus, *d.c.36.q.1.*

Qui committunt adulterium?

Tam maritus quam vxor: & ſciendum, quod ab vxore indiſtincte committatur, ſi rem habeat, ſiue cum ſoluto, ſiue marito alieno, quia ſemen adulterinum concipit & confundit cum maritali, *l.13.h.t.l. miles.h.t.* Cuiac.*lib.6.obſer.c.16.Deut.22.l.7.C.de repud.* A marito committitur, ſi rem habeat cum coniugata, ſiue nupta, *l.6.ff.h.t.l.22.29. C.h.t.* ſi namque cum ſoluta ſimplex dicitur ſtuprum, *l.1.18.C.h.t.* Iure tamen diuino ſecus eſt, quia peræque punitur, & iure æquali.

Quis dicitur præterea adulterium committere?

Is qui Lenocinium exercet, domumque ſuam ſtupris præbet, *l.8. 29.h.t.* & præterea is, qui nefandam contra naturam ſui ſexus libidinem exercet, *l.cum vir.C.de adult.Leuit.20.Deut.21.*

Quando cœpit dicta pœna capitis irrogari?

Tempore Diocletiani & Conſtantini, *l.18.C.de tranſact.l.30.C.h.t. §.item lex.h.t.*

Eſt ne adhuc in vſu?

Eſt. *l. quamuis.C.eod.* & quidem tam in marito quam fœmina ex lege diuina, *Deut.22.Leuit.20.Ezech.18.* vna cum dotis, vel donationis propter nuptias amiſſione, *l.8.l.fin.C.de repud.* Weſenb.*d.§.item lex.& tit.ff.de adult.* Cuiac.*lib.6.obſ.c.5.l.10.c.15.* Sciendum Coronidis

co hic, quod licet Scortatores & Adulteri aliquando ciuiles pœ-
s euitent, tamen hos iudicabit Deus, *Hebr.*13.1.*Cor.*6.9.10.

Quid est stuprum, tertium crimen?

Stuprum est illicitus coitus & inter personas solutas, virginem sci-
cet viduamque committitur, *l.*6.35. proprie vero est virginum illi-
ta defloratio *c.*36.*q* 1. In inhonestas personas tamen non commit-
tur stuprum, *l.*29.*C.de adult*. sicut nec adulterium, *d.l.qua adulterium.*
*l.*22. *C. eod.*

Quid si violentum fuerit stuprum?

Hoc casu secus est, quia illico raptus crimen vocatur cum per vim
t, vel pollicitationibus dolosis precioque, *l.*1.§.*fin.ff.de var.& extr.*
m.& pœna est capitalis, *d.l.*1.§. *sin autem.*7.*h.t.*

Nouo iure quæ est pæna stupri non violenti?

Si non fuerit violentum, obseruatur, vt aut quis vitiatam in vxo-
n ducat, aut pro conditione dotet, & hæc est pœna Canonica, *c.*1.
adult. etiam ciuilis pœna habet locum pecuniaria, vel carceratio,
est arbitraria pro loco, tempore, & qualitate personarum.

Quid est homicidium crimen quartum?

Homicidium est quælibet personæ examinatio violenter facta,
a anima à corpore separatur, *l.*11.*ad L. Aquil.* nec differt, quocun-
e instrumento fiat, siue gladio, siue veneno, *l.*3.*I.item lex.ad L.Cor-*
*.de sic.l.*1. *C. de malef.* Cuiac. *lib.*15.*obs.c.*26.27.

Quotuplex est homicidium?

Duplex, voluntarium & deliberatum, vel est casuale & non deli-
atum.

Quid est homicidium voluntarium dolo?

Si dolus interuenerit, quamuis infantem quis interfecerit, tamen
etur, & L. Cornelia de sic. tales malefactores vltore ferro profe-
itur, *l.in lege.ff.ad L.Cornel.de sic.* Dolus vero vt plurimum præsumi-
in factis illicitis, *l.*1.*C.vnde vi.l.non conuitij. C.de iniur.* Cuiac. *lib.*6.
*ru.c.*21.

Quid si infans nondum sit in vtero animatus?

Si talem quis interfecerit infantem inanimatum, distinguendum
est:

est: aut enim interfecit ante 40. diem à conceptione, *l.8. ad L.Cornel.* aut post 40. diem, illo casu nō ordinaria pœna punitur: hoc vero casu cædes facta censetur, & ordinaria punitur pœna, *l.38.ff.de pœn.gloss. in l.diu.ss.de extraor. crim.Exod.21.v.22.23.*

Quid est homicidium casuale?

Est quod fit absque dolo & præter propositum, huiusmodi exemplum extat, *c.12.q.5.de homic.* de eo qui per somnum infantem comprimit: & tale homicidium extra ordinem & mitius ordinaria pœna punitur, vel relegatione. *Exod.21.v.15.Ios.20. Num.15.& 35. Deut.19.*

Quæ est pœna homicidij?

Ordinaria pœna olim erat deportatio cum ademptione bonorum, *l.3.h.t.* hodie est capitalis, *d.l.3.l.16.18.ff.de pœn.Gen.9.Num.35.* Sed hęc pœna pro circumstantia variis mi uitur mod.vid.Gail. *lib.2.obs.110.* Venefici pariformiter puniuntur, quam iis eos Constantinus concremari voluerit, *l.3.h.t.* grassatores tamen cum latrocinio rota cruciantur de consuetudine, vide Dd. *§.item L.Cornel h.t.*

Quid est veneficium qualem crimen?

Est, quod fit, quando quis artibus odiosis tam venenis quam susurris magicis hominem interfecerit, vel exanimauerit, vel quando quis medicamenta mala publice vendiderit, *§.item.L.Cornel.h.t.*

Quid est pœna huius criminis?

Distinctione hic opus est: aut enim mors est secuta aut non: illo casu scelus hoc est capitale: hoc, extra ordin. puniuntur mitius.

Quid iuris contra abigentes partum medicamentis prohibitis?

Et *h.l.* distinguunt Dd. aut ante dimidium tempus vterum gerentium partus abigatur, aut post: hoc casu crimen capitale est danti ac accipienti pharmacum: plus enim est hominem veneno interficere quam gladio, *l.1.C.de malef.* Illo vero fustigatio aut relegatio. Poculum amatorium præbens peræque vltimo supplicio afficitur, *l.si quis.ff.de pœn.* Coras. *lib.1.Misc.c.24.*

Quid iuris statuis de iis qui cum diabolis ineunt pacta?

De consuetudine Imperii igne consumuntur: sin vero absq; con-
ratione quid damni intulerint, vel aliis prohibitis artibus, vel cry-
allo quem læserint, quiq; diabolica arte ariolantur, gladio punian-
r, & hoc congruit legi Mosaicæ, *Deut.* 18. *Leu.* 20. Wesenb. *h.* §.

Quid est parricidium sextum crimen?

Est crimen deterrimum, vt si quis parentum, vel liberorum præ-
.rauerit fata, dictum quasi patriscidium, siue parentiscidium.

Quæ est pœna parricidij?

Olim erat, vt talis qui eos exanimauit dolo, à quibus ipse vitam
spiritum duxerit, neque gladio, neque flammis, siue his similibus
biiciatur, sed virgis sanguineis cæsus, *l. pen. ff. eod.* insutus culeo cum
ne, gallo gallinaceo, vipera & simia, & inter eas ferales angustias
omprehensus, vel in vicinum mare, vel amnem proiiciatur, vt o-
nium Elementorum vsu viuus carere incipiat, qui vitæ datori vi-
m eripuit, & ei cœlum superstiti, terra mortuo auferatur, §. *alia. h. t.*
en. ff. eod. & hæc pœna ex maior. instituto, non ex L. Pompeia ori-
nem trahit, *l. pen. ff. de parricid.* eadem & conscii huius criminis pu-
ebantur pœna.

*Quid iuris si quis cognatos, vel consanguineos affines-
que interfecerit?*

Durum esset eum eadem pœna puniri, qua parricidia punitur,
m extensio fieri non soleat in atrocioribus extra proprietatem
rborum, *l. pen. ff. de pœn. l.* 1. §. 1c. *ff. de exerc. act.* Quare hodie de con-
etudine non durius quam capite puniuntur, nisi quod propter ex-
lentiam maioris reatus signo quodam grauitas delicti denotetur,
m equo ad caudam ligati tales trahuntur ad locum supplicii, vel
æ supplicio præcedente in terrorem aliorum alligantur. We-
nb. *h* §. Idem iuris erit inter coniugales personas, qui huius crimi-
rei fuerint conuicti. Wesenb. § *alia. h. t.* qui de non conscio huius
minis, sed tamen gnaro statuit arbitrariam pœnam. Dec. *nu.* 10. 12.
. 50 *ff. de R. I.*

Quid est falsum, crimen septimum?

Est crimen, quando quis dolo immutat verum falso, & videtur

etiam

etiam hæc L. Cornel. de fals. Testamentaria, §. *item lex Corn. h.t.l.30. ff. ad L. Cornel. de fals.* vt in Notario falsum Instrumentum immunitatis conficiente, vel qui falso Principis vtitur rescripto. Wesenb. *h.* §.

Quam pœnam irrogat hæc L. Cornel. de falsis?

Deportationem, §. *item lex. h.l.1. ff. eod.* & cum nostris tempp. publicatio bonorum plane sit sublata, *Auth. bona damnator. C. de bon. proscript.* interdum hodie in corpore extenditur etiam ad vltimum supplicium pœna, *l.22. C. de fals.* Wesenb. *h.* Sciendum tamen, quod dolus subinde debeat subesse, qui in publ. iudiciis est necessarium requisitum, *l. in lege. ff. ad L. Cornel. de sic. l.10. ff. de vi publ.* & talis qui ad decipiendum & nocendum lædendumq; fuerit conceptus dolus, *l.1. §.1. ff. de dol. mal.* nam nisi noceat, falsum proprie non est. Castrens. *cons.157. nu.12. lib.1.* dolus autem regulariter in illicitis præsumitur, *l.1. C. vnde vi. l. si non conuicij. ff. de iniur.*

Quid est vis publ. crimen octauum?

Quæ fit armis, & publ. vis dicitur, §. *item lex Iul. de vi publ. h.t.* nisi fiat per potestatem, vt Magistratum tanquam superiores, per quos etiam sine armis vis publica fit, cum excesserit fines iurisdictionis. Wesenb. *hic.* & fit conuocatis hominibus quocunque genere teli, *l.1. h.t. Nou. 85.* de armis ad villas naues, domos expugnandas, *l. pen. h.t.* item si quis noua vectigalia iniussu Principis extorqueat, *l.2.3.4. C. nou. vect. inst. non poß.*

Quæ est pœna huius criminis?

Olim erat aquæ & ignis interdictio, *l.10. in fin. ff. de vi publ.* & bonorum ademptio, *l.7. C. eod.* vbi Dd. Hodie ex Auth. *bona damnat. C. de bon. proscript.* secus est, quia bona eorum damnatorum non cedunt iudicibus lucro, seu officiis eorum. Sic damnantur etiam hodie propter hoc crimen capitis pœna delinquentes, *l.28. ff. de pœn.* Quæ pœna hodie obseruatur in effractoribus incendiariis, expilatoribus ædium villarum, *l.4. & pen. ff. eod. l.1. C quod licet vni.* vbi sciendum, quod lex & regio vbique sit. Wesenb. *h.* §. Latrones tamen rota constringuntur communiter.

Quid iuris in iis qui minantur alicui?

Si ad executionem consueuerunt minas perducere, & formido-

losi sint, solent adusque carceribus detineri, donec præstent cautionem de non offendendo, Dd. Bartol. & Imola, *l. hac autem. ff. si cui plus quam.*

Quid est vis priuata crimen nonum?

Quæ fit absque armis, §. *recuperandæ. I. de interdict.* vt si quis conuocatis hominibus ad hoc aliquem verberibus exceperit, *l. 2. ff. eod.* & criminalis est actio de vi priuata: item si quis pignus, vel rem sibi debitam non iure, sed vi ad se receperit, vel occupauerit: vel si quis ex suo agro quem deiecerit hominibus ad hoc conuocatis sine tamen armis, *l. 5. & t. t. ff. ad L. Iul. de vi priu.* Sciendum tamen, quod ad hoc vt vis dicatur, opus sit facto, quia vis non verbis, sed facto committitur, *l. 1. ff. vnde vi.*

Quæ est pœna huius delicti?

Publicatio tertiæ partis bonorum cum infamia, *l. 1 & vlt. ff. de vi priuat.* Nam ex omni publico iudicio infamia sequitur damnatū, *l. infamem. ff. de publ. iudic.* Hodie tamen, quia propter dictam Auth. bona non publicantur, ideo arbitraria vt plurimum hæc est pœna.

Quid est raptus crimen decimum?

Raptus est crimen & vis pub'. atque committitur cum filia ex paternis domibus violenter, vt corrumpatur abducitur, præcedentibus pactis de matrimonio, *Gen. 34. c. lex illa. q. 1. c. pen. de rapt.*

Quæ est pœna huius delicti?

Si filia, vel mulier consenserit, arbitraria hodie est pœna: sin vero non consenserit, capitalis decernitur pœna, *l. 5. § fin ff. de vi publ.* olim infuso in os liquefacto plumbo puniebantur, *l. vn C. de rapt. virg. l. 5. C. de Episc. & Cler.* & sciendum, quod ii qui opem huic flagitio dederunt, pariter capite puniantur, *l. vn. C. de rapt. virg.*

Quid est crimen peculatus vndecimum?

Est furtum publ. rei vel pecuniæ publ. *l. 9. §. 1. ff. ad L. Iul. pecul.* quæ lex Iulia peculatus eos punit, etiam qui rem sacram religiosam furantur, quippe & hæ publici sunt iuris, *l. 1. ff. de Iust. & Iur. l. 4 9. ff. ad L. Iul. pecul.* Quod namque in priuatis est furtum, id in publ. est peculatus, *d. l. 9.*

Quæ eſt pœna huius delicti?

Ex L.Iul. eſt aquæ & ignis interdictio, ſed ex conſtitutionibus eſt ſupplicium capitis, *l.vn. C.de crim. pecul.* Sacrilegi tamen & effractores templorum, qui res ſacras depeculantur, de iure non ſcripto in non nullis locis rota puniuntur. Weſenbec.*h.*§. At non ſolum hi, ſed & qui auxilio fuerunt, resve ſubtractas ſuſceperunt, §.*item L.Iul. pecul. hic.*

Quid eſt plagium crimen duodecimum?

Plagium dictum ſic à plaga, quia eſt magna plaga dominis & parentibus videntibus filios & ſeruos furtim ſurreptos, & barbaris ad mare diuenditos fuiſſe: & tale crimen plagiarii committunt, qui hanc facultatem parentibus & dominis arripiunt, *l.fin. C.ad L.Flau. de plag.*

Quæ eſt pœna huius criminis?

Interdum capitalis eſt pœna, interdum etiam leuior, *Deut.24.§. fin. h.* Pro modo delicti exaſperandæ ſunt pœnæ, *l.6.l.fin.C.eod.*

Quid eſt ambitus crimen decimum tertium?

Eſt crimen, quod ii committunt, qui largitionibus, pecunia honores ſacerdotia & Magiſtratus nondum legitime vocati ambiunt. Sic dictum ab ambeundo, id eſt, circumeundo & ſupplicando. Hinc ambitioſus qui largitionibus Magiſtratum affectat: in quos L.Iul.de ambitu lata eſt, *d.l.ff.vnic.*

Quæ eſt autem pœna huius criminis?

Deportatio: at noſtro tempore raro in tales animaduertitur, licet commode pœna pecuniaria cum infamia obſeruari queat, *d.l.vn.ff. ad L. Iul. de amb. & l.vn.C.eod.* Extenditur autem hæc pœna etiam in corrumpentes Iudicem, *d.l.vn.ff.* quos tamen aliæ pœnæ ex conſtitut. manent, *l.1.2 cum Auth.C.de pœn.iudic.*

Quid eſt repetundarum, crimen decimum quartum?

Eſt crimen, quod ab iis committitur, qui gratis iuſtitiam adminiſtrare deberent, pro pecunia à Iuſtitiæ norma recedunt, & pro pœna præmium, vel vice verſa diſtribuunt. Hoc etiam

com-

competit illis,contra Magistratum,qui vim passi sunt,vt rem minori precio,quam valebat, diuenderint, *l.1.3.4.5.ff.ad Iul. repet. l.fin.ff.de cond.ob turpem caus.*Et sciendum,quia hoc delictum pecunia solet puniri, ideo transeat ad hæredes à morte eius qui arguitur, intra annum,*l.2.& vlt.ff.eod.*

Quæ est pœna huius criminis?

Est interdum in quadruplum eius quod acceperunt,vt perperam sententiam ferant,*l.1.& fin.C.eod.* interdum in triplum, interdum in duplum, *Auth.nouo. C. de pœn. iud.* fuit etiam deportatio & interdum exilium ex arbitrio,*l.7.ff.eod.l.8.C.de pœn. l.6.7. & t.t. ff. de interdict. & releg.* Præter has enumeratas pœnas manet ab ordine & dignitate quam dehonestauit motio: si tamen in necem alterius pecuniam accepisset,durior esset sententia,*l.7.ff.ad L.Iul.repetund.*

Quid est annonæ flagellatio crimen decimum quintum?

Est crimen,in quod ii incidunt,qui quæstus gratia inhoneste annonam vexant,quo carior fiat,vnde egestas in reliquos conciues oritur.Wesenb. *hic.*

Quæ est horum pœna præscripta?

Certa quidem non est,sed extra ordinem puniuntur tales pro modo delicti,*l.annona.ff de extra.crim.l.solet.ff.de seruit.*

Potest ne arbitraria pœna ad mortem extendi?

Non regulariter, qua de re Marant. Spec. aur. Wesenb.*hic.*

Quid est crimen residuorum decimum sextum?

Est crimen,quod ex L.Iulia de resid. trahitur contra eos,qui officium publ.aut administrationẽ habuerunt, & tempore administrationis suę pecuniam quam acceperunt in quodcunque negotium erogandam retinuerunt, & non erogauerunt, item contra eos qui publicam rem ex administratione acceptam non eo quo debuissent reposuerunt,sed furtiue & dolo retinuerunt,*l.2.3.& t.t.ff. ad L. Iul. de resi.* Item qui ex rationibus publ. reliquatores manserunt,nec residuum intra annum post officium depositum restituerunt, *l.1.cum seq. ff.de pecul.* Duaren.*lib.2.c.26.l.4.10.ff.eod.ad L.Iul.de resid.*

Quæ

Quæ est pœna huius facti?

Pro rei qualitate varia. Nam si simpliciter reliquatores absq; dolo manserunt, post annum damnantur in tantum, in quantum tertia pars residuorum se extendit: vt si quis nonaginta relinquatur tertiam insuper partem quæ ad 30. se extendit, tenetur præstare & deponere, *l.1.4.ff. ad L.Iul. pecul.* Si vero dolose retineant, nec vltro fateantur debitum, imo reticeant, & pecuniam subtrahere studuerint, durius puniri solent, quia talis fraus à furto non manifesto parum differt, *l.1.cum seq.ff. de Tut. & rat. distrah.* Iure non scripto tamen ex statutis criminaliter non puniuntur, sed pro delicti qualitate si perfidiose egerint, pecuniaria mulcta. Wesenb. *h.t.in fin.*

REGVLÆ IVRIS ET AXIOMATA.

I.

Hoc iure vtimur, vt quicquid omnino per vim fiat, id aut in vis publicæ aut priuatæ crimen incidat, *l.152.ff.de R.I.*

II.

Vi factum videtur id, quod quisq; cum prohiberetur, fecit: Clam, quod quisque cum controuersiam speraret, fecit, *l.73.ff.de* R.I.

III.

Ea sola deportationis sententia aufert, quæ ad fiscum perueniunt, *l.97.ff.de* R.I. quippe non possunt vlla bona ad fiscum peruenire, nisi quæ creditoribus supersunt.

IV.

Quod à quoquam pœnæ nomine exactum est, id eidem nemo cogitur restituere, *l.46.ff.de* R.I. tum quod sibi adscribat, qui rem illicitam attentarit, tum quod indignus sit, vt exaudiatur, qui in iudicio propriam allegat turpitudinem.

V.

Nemo sentit damnum sua culpa, *l.203.ff.de R.I.*

VI.

Dolus in omnibus suo genere illicitis præsumitur, *l.1.C.de malef. & Mathemat.*

VII.

Cum verba sunt aperta non est opus coniecturis, *l. continuus. ff. de V. Oblig.*

VIII.

Vis non verbis, sed facto committitur, *l. 1. ff. vnde vi.*

IX.

Factum infectum reddi nequit, *l. 12. §. 2. ff. de capt. & postl. reuers.*

X.

In atrocissimis pœnis extra proprietatem verborum extensio fieri non debet, *l. pen. ff. de pœn. l. 1. §. 10. ff. de exerc. act. vers. in re dubia.*

XI.

Confessio & probatio æquiparantur, *l. 17. C. de pœn.*

XII.

Reos defendi publice interest, *l. 33. §. 2. ff. de Procur.*

XIII.

Absolutionis ac defensionis causa fauorabilior quam condemnationis, *l. 47. ff. de O. & A. l. 5. ff. de pœn. l. 40. ff. de pact.*

XIV.

Sententia pro veritate habetur, *gloss. l. 25. ff. de stat. hom.*

XV.

Nil periculosius quam de vita hominis & sanguine iudicare, *l. vlt. C. de probat. l. 5. ff. de pœn.* vbi Dd.

E Iure Canonico.

I.

Clerici habent priuilegium ne coram Iudice laico conueniri valeant, cui non potest vllo pacto renunciari, *l. ius publ. ff. de pact. c. si diligenti, de for. compet.*

II.

Spiritualis Iudex è causa iudicat inter laicos, *c. licet. c. ex tenore. de for. compet.*

III. Iu-

III.

Iudex laicus non poteſt condemnare Clericos, *c.verum.de for.comp.*

IV.

Actor ſequi debet forum rei, *c.experientia.cum ſeq.* 11.*q.*1.*c.cum ſit.& c.ſi Clericus.de for.comp.l.in criminali.C.de iu.om.iud.*

V.

Nuptias ll.ciuiles inter raptorem & raptam prohibent, per *l.vn.C. de rapt.virg.* & vid. ſed L.Canonica admittit, *extra de rapt.*

APHORISMVS POLITICVS,
ex Liu. Dec.1.lib.3.

Populus Iudex potius ſuæ vtilitatis quam publicæ honeſtatis rationem habet, idque conſtituit, quod ſibi vtile eſt, ſi modo vel tantillum probabili cauſa nitatur. Itaque populi iudicium non temere à ſociis in huiuſmodi controuerſiis eſt ſubeundum. Sic Pop.R. agrum inter Andreates & Aricinos controuerſum ſibi adiudicauit.

F I N I S,

pro quo

Gloria Deo in Excelſis.

Anno

Sponte hoſtIs qVarIt beLLa ô DaMnoſa ſVperbVs.